oni vtriusq; & exemplis, haut certè aliam ob causam, quam quod eo omnem dubitandi rationem præcidere voluerit, maximè cum ipse deinde etiam eum qui ad defensionem sui aliquem occiderit, iustum pronunciet, iure, non naturali, sed gentium, dum *in d. l. 3.* hoc iure, inquit h. e. iure gentium, iustè fecisse existimatur. Nec sequentia nostræ desunt sententiæ, vt in quibus etiam statuitur tantùm esse iuris gentium defensionem. Sic enim Vlp. *in l. 4. D. iust. & iur.* vt demonstret se tantum retulisse *in l. 2. & l. 3.* iuris gentium exempla, exorditur: *Manumissiones quoq; iuris gentium sunt. Quoq;* vocabulum asseverat, præcedentia esse tantum iuris gentium, vt ea de quib, *in d. l. 4.* loquitur, non iuris naturalis. Hæc enim est vis particulæ *quoq;*, vt sequentia præcedentibus & præcedentia sequentibus eadem qualitate connexa demonstret. Licet igitur in superioribus quædam vel esset, vel esse posset dubitatio; ea tamen omninò *h. l.* tolleretur, vt quę expressè hanc de qua loquimur defensionem attribuit iuri gentium. Non igitur ferendus est *Donell. 1. comment. 7.* qui ex d. l. 3. conatur probare contrarium, nempe esse iuris naturalis defensionem. Quia, inquit, d. l. 3. loquitur de natura. Sed cùm verba sint intelligenda secundum subiectam materiam facilè patebit vocabulum *naturæ* non ad animalia bruta, sed ad homines tãtum referri: loquitur enim ibi expressè de natura hominum. *inter nos (homines) natura constituit cognationẽ quandam, item: ideoq; nefas est hominem homini insidiari.* Deinde cum antecedentia & consequentia sint interpretatio medij *arg. l. in ciuile 12. D. de legib.* cui iam dubium esse potest, vocabulum *Naturæ* ad ius gentium esse transferendum, vt quod velint antecedentia & consequentia? Præterea ipsum cognationis verbum haut sine hanc Donelli interpretationem [illegible]

tur? Non, Quia ibi *minor esca maioris.* Quod proba[...] la eget. Insuper, si naturalis cognatio tam latè v[...] & simul comprehendat animalia bruta, nefas e[...] venari, & aucupari, & piscari. Ratio est, quia eade[...] bebit lex naturalis, vt cuius effectus in omnia [...] turalia extenditur *d. l. 1. parag. penult.* Quod tame[...] est omnium absurdissimum, refragante & divino [...] vili Divino: Dominaberis omnibus animalibus. [...] Civili *tot. tit. D. de acquir. rer. dom. tot. tit. instit. de reru[...]* ceo *cognationis* verbum à iure *in l. 1. & tot. tit. D. de* [...] latinis auctoribus ad homines referri propriè, pro[...] nimirum naturæ & sanguinis *coniunctione*. Cicero [...] Nulla tibi Quinte cum isto cognatio est. Idem [...] Quo quisq; te maximè cognatione, affinitate, vete[...] aliquo attingebat, ita maxima manu tua putaba[...] tial *lib. 12. epig. 44.*

Unice cognato iunctum mihi sanguine nomen

Quiq; geris studijs corda propinqua meis:

Impropriè tamen & figuratè similitudine aliq[...] quoq; res, eiusdem tamen generis & quasi co[...] tu aliquo nexu conglutinatas. Idem *Cicero pro A[...]* nim omnes artes quæ ad humanitatem pertinen[...] quoddam commune vinculum, & cognatione q[...] ter se continentur. Tandem necessum quoq; fue[...] tentia Donelli eodem modo dici posse, religio[...] Deum iuris esse naturalis, & hominibus cum b[...] libus commonem. Quæ enim est, vel esse pote[...] tis ratio cur in hoc id affirmetur, in altero verò [...] autem id statuere est omnium absurdissimum: [...] vnquam est affirmare sane religionem erga D[...] animalibus brutis? Quod solum tamen videt [...] *Raevard. ad l. 2. D. Iust. & Iur.* Hanc [...] rationem: *Quia, inquit, etiam in pleris[...]* [illegible]

Osmund Bishop of Salisbury composed a new ritual, wch was afterwards known by the name of the Missale secundum usum Sarum, and generaly used in England, Scotland and Ireland. obijt Osmundus 3tio Dec:ris 1099.

Decembr 4

1497

Ser and [illegible] Prayers





Dnica prima aduentus domini. Ad missã Introitus

AD te leuaui animam meã deus meus in te confido non erubescam: neqꝫ irrideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant nõ confundentur. ps. Uias tuas domine demonstra michi: et semitas tuas edoce me. Repetatur officiũ et postea dicatur Gloria patri. et Sicut erat. Tercio repetatur offm: ꝛ sic fiat p totũ annum tam in dnicis ꝗ̃ in festis sanctorum cum regimie chori: ꝛ in omnibus missis de sancta maria: nisi i dnica passionis dni ꝛ ab hinc vsqꝫ ad ce



nam domini ad missam de tempo
rali tm̄: tūc post psal. repetat offi-
ciū sine Gloria pr̄i. Sequatur Kyrie
Non dicitur Gloria i excelsis. p totū
aduētum de quocūq dicit missa:
nec a .lxx. vsq ad vigiliam pasche
His pactis factoq signaculo cru-
cis i facie sua vertat se sacerdos ad
populū eleuatisq aliquātulū bra
chijs iūctis q manibus: dicat hoc
modo Dn̄s vobiscū. Et chorus R.
Et cū spiritu tuo. sub eodem tono
Et iterū reuertat se sacerdos ad al
tare et dicat. Oremus. quotiēscū-
q dicitur Dn̄s vobis. ad missam:
semp sub eodē tono dicit similr et
Oremus. nisi in prefationibus: et
nisi in missa sponsaliū cum fit be-
nedictio sup sponsū et sponsā ante
Par dn̄i. tunc eni dicitur sic et in
consimilibus: ita determinando.
Dn̄s vobiscum. Orem⁹. Per om-
nia secula seculorum. R. Amen.
Excita q̄s Deinde dicat. Or
dn̄e potentiam tuā et veni:
vt ab iminētibus peccatorum no
strorum periculis te mereamur ptege-
gēte eripi: te liberāte saluari. Qui
viuis et regnas cū deo patre i vni
tate spūssancti deus. Per oīa secu
la seculorum. Amen. Iterū dicat sa-
cerdos Oremus. vt supra. Meō.
de sancta maria. Or. Deus qui de
beate marie. vt ifra. De quocūq
dicatur missa: semp fiat meōria de
sancta maria cum predicta orōne
vsq ad vigiliam natiuitatis dn̄i.
Cum vero fuerit missa de aliquo
sancto licet duplex festum fuerit:
vel missa Salus populi: tunc semp
fiat memoria de aduentu et de san
cta maria. ¶ Notādum q in om
nibus dn̄icis et festis cū regimine
chori per totū annum hoc genera
liter obseruetur: vt ad missam tot
dicātur collecte: quot dicebantur
ad matut. nisi in die natiuitatis
dn̄i: ita tamē q ad missam impar
numerus ipsarū collectarū semp
custodiatur: nisi in ebdo. natiuita
tis dn̄i tantum. Nam si due vel
quattuor orationes habent: tunc
erit tercia vel quinta oratio de oī-
bus sanctis. Or. Concede q̄sum⁹
oīpotens deus vt intercessio san-
cte dei genitric. per totū annum
tam per aduētum et in paschali tē
pore: q in alijs temporibus anni.
¶ Tamen quādo in die festo dicitur
missa i capitulo si fuerit de aliquo
sancto: meōria si habeatur et etiā
memorie de ceteris sanctis ad eā-
dem missā ad placitum dicuntur.
Sed si fuerit missa dn̄icalis in ca-
pitulo: tunc ad eandē missam de
dn̄ica fiat meōria de trinitate. re-
lique vero meōrie ad magn. mis-
sam dicūtur. In dn̄icis vero et in
festis cum regimie chori a pascha
vsq ad ascē. dn̄i diebz do. ptingēti
bus: nulla fiat meōria ad missam
de dn̄ica. Preterea in oībus festis
ix. lec. que in ieiunijs quattuor tē-
porum vel in vigilijs seu per totā .xl.
euenerint: nulla fiat meō. de ieiu.
ad missā de festo neq ad missā de
ieiu. fiat meō. de festo. Nam post
missā de festo missa solēnis fiat de
ieiu. vtraq ad principale altare.
In ferialibz autē diebz et in festis

sine regimine chori et a **Dñe ne i ira**
vsq3 ad primā dñicam .xl. et a **Deꝰ**
omniū. vsq3 ad aduentum dñi: ad
missam quinq3 dici solent orōnes
videlz prima de die/scda de sācta
maria. tercia de oībus scis **Cōcede**
quesumꝰ o.de. Et dicit ista pdicta
orō de oībus sctis tā per aduētum
ꝗ̄ in paschali tpe: et etiam genera
liter per totū annum. quarta orō
pro vniuersali eccl'a. Orō. **Ecclesie**
tue dñe. quinta pro pace. orō. **Deꝰ**
a quo. In oct. sācti andree vel qñ
dicitur missa **Salus populi** tūc erit
scda oratio de aduētu. tercia de sā
cta maria. quarta de oībus sāctis.
quīta pro vniuersali eccl'a. Itē in
ferijs ⁊ in festis sine regie chori. et
qñ dicit missa **Salꝰ popu.** ab oct.
epyphanie vsq3 ad caput ieiuñ. di
cūtur quinq3 orōnes. quarꝝ prima
de die. scda de sctā maria. orō. **Deꝰ**
qui salutis eterne. vsq3 ad purific.
Post puri. scdo dicit orō. **Cōcede nos**
famulos tu. tercia de oībus sāctis
vts. quarta pro vniuersali ecclia.
quinta de pace. Feria. iiij. i capite
ieiunij et in tribz diebz sequentibz
ad missā de ieiu. dicuntur iste qnq3
orōes. j. de die/ij. pro penitēti. orō.
Exaudi qs dñe. iij. d scā maria. orō
Cōcede nos. iiij. de oībus sctis. orō
Concede qs omps deus vt sancte
v. pro vniuersali eccl'a. orō. **Ecclie**
tue. Nulla dicit orō de gñalibus:
vsq3 ad .xl. Feria. ij. prime ebdo. xl.
et ab hinc vsq3 ad cenā dñi ad mis
sam de ieiu. dicūtur septē orōnes:
quarꝝ prima de die: ij. pro peniten
tibz. iij. de sctā maria. iiij. de oībus
sctis/quinta pro vniuersali eccl'a.
sexta pro pace/septima vna de ge
neralibz feriali. s. orō. **Pietate tua**
vel oratio **Sancte dei genitricis.**
vel orō. **Omniū sanctorꝝ.** vel orō.
Omps sempiterne deꝰ qui viuorꝝ
¶ Notādum est ꝙ secūdum vsū
Sarꝝ nunꝗ dicūtur vltra septem
orōes ad missā. qr deus in oratiōe
dñicali tm̄ constituit septē petitio
nes. In dñicis scdo .xl. vna sola orō
dicitur. qd per totā .xl. obseruetur.
In ferijs ⁊ in festis sine regimine
chori: et qñ dicit missa **Salus ppli**
ab oct. pasche vsq3 ad ascēsionem
dñi tres dicūtur orōes tm̄: quarū
prima de die. ij. de resur. orō. **Deus**
qui per vnigenitū tu. tercia de oi
bus sctis. vts. tñ in dñicis quando
de dñica agit: nulla fiat meō. nisi
aliqd festū alicuiꝰ sancti eueñ. tm̄
In estate vero qñ fit meōria de ali
quo scō in aliquo festo triū lect. vt
infra oct. vel in festo scti sansois:
fiat meōria de sctō pāthaleone/⁊ i
cōsimilibz: tūc fit tercia orō de scā
maria. quarta de oībus sctis. et. v.
pro vniuersali eccl'a. Itē a **Deꝰ oim**
vsq3 ad aduētum dñi in ferijs et i
festis triū lec. sine regie chori: et in
oct. et infra oct. quando chorus
nō regitur: quinq3 dicūtur orōes.
quarꝝ prima de die/scda de sancta
maria. tercia de oībus scis. quarta
pro statu eccl'e. et quinta pro pace.
In festo processi et martiniaī fiat
in primis meōria de scō suuithino
deinde de aplis/⁊ postea de sancta
maria: ⁊ tunc de oībus sāctis. Qñ
vero dicitur missa **Salus populi:**

vel Nos autem gloriari. tūc erit scda orō de sctā maria. tercia de oībus sāctis. quarta pro uniuersali eccl'a. quita pro pace. Incepta vero vltima orōne añ epl'am: subdyaconus per mediū chori ad legēdū epl'am in pulpitū accedat: et legat epl'a in pulpito oī die dñica et quā docūq3 chor⁹ regit per totū annū et in die cene et in vigilia pasche et penthecostes/et in cmeōra. aiarū In oibus vero alijs festis et ferijs: et in vigil'. et in quattuor tēporib3 extra ebdo. pēthec. ad gradū chori legatur tā in .xl. q̄ extra .xl. Lectio eplē b. pau. ap. Ad romanos. xiij°.

Fratres: Scientes quia hora est: iam nos de sōno surgere. Nūc autē propior est nostra salus: q̄ cū credidimus. Nox precessit: dies autē appropinquauit. Abiiciam⁹ ergo opera tenebrarū et īduamur arma lucis: sic vt ī die honeste ambulemus. Non in comessationibus et ebrietatib3 non in cubilib3 et īpudicicijs: nō in ctētione et emulatione. Sed īduimini: dñm iesum xp̄m. Qū epl'a legitur: duo pueri ī supp(e)llicijs fctā inclinatiōe ad altare añ gradum chori in pulpi. per mediū chori ad grad. incipiēdū se p̄parēt et suū v. decātandū. Gra. Uniuersi. chorus idē p̄sequat per totū vsq3 ad finē. qd per totū annū obseruet ad missam de die: nisi qū a cātore īcipiat et in missis que in capitulo dicuntur: et ī p̄cel. tm̄ vbi fit statio. Gr. Uniuersi qui te expectāt non cfundētur dñe. v. Uias tuas dñe notas fac michi: et semitās tuas edoce me. Post v. chorus repetat grad. ¶ Notādum 3 q̄ per totū annū repetitur grad. post suū v. ad missā de die tm̄: nisi in festis dupl'. et nisi in cena dñi si eps̄ celebrauerit: et nisi in .v. et .vj. feria ebdo. pasche. et ī quattuor tēporib3 post le. vbi grad. habet post lect. nec qū tractus dicit. Repetat etiā in die nati. dñi ad scdam mis. et sic in cmeōra .s. de trinitate. de spūsancto/et ī missa de cruce/et in missa Sal⁹ populi. et de pace/et de ceteris cmeōra. videl3 inter .lxx. et pascha tm̄. et in missa de scā maria vbi nō potest haberi allā vel sequētia/nec cant⁹ loco seqntie. In missa vero quotid. de scā maria: sufficit q̄ habeatur cant⁹ loco sequētie scil3 in capella eiusdē. Dū v. grad canitur: duo de supiori gradu ad allā cantandū cappas sericas se īduāt: et ad pulpitū per mediū chori accedāt. Dicto vero v. gr. pueri iterū incipiant gr. et p̄cantetur a choro vt supradictu3 est. Sequat Allā. chorus idē repetat et p̄sequatur cū neumate. qd per totum annū obseruet qū allā dicit: nisi qū a cātore īcipitur. vt in mis. q̄ in cap. dicūtur: et in p̄cessi. vbi fit statio. Clerici v. Ostende nobis domine misericordiam tuam/et salutare tuum da nobis. Et finiatur a choro. deinde clerici incipiant Allelu(i)a. sine neumate. Qd per totum annū obseruetur: quādo dicitur sequētia tm̄. Qū vero nō habetur sequētia tūc d3 neuma a toto choro post repetitionem allā Finito allā sequatur.

Salus eterna Sequentia. indeficiēs mūdi vita. Lux sempiterna et redemptio vere nostra. Cōdolens humana perire secla per tentātis numina. Non linquēs excelsa adiisti ima ppria clemētia. Mox tua spōtanea gratia assumens humana. Que fuerant perdita oia saluasti terrea. Ferēs mūdo gaudia. Tu aias et corpora Nostra christe expia Ut possideas lucida Nosmet habitacula. Adueȝ tu primo iustifica. In scdo nosqȝ libera. Ut cū facta luce magna iudicabis oia. Cōpti stola icorrupta nosmet tua subsequamur mox vestigia quocūqȝ visa. Non dicatur Amen. in fine sequeā. per totum annū ad missā. Nulla die dñica p annū dr sequeā. ad missam, qñ de dñica agitur: nisi per aduentū et i tēpore pasch. et in sexta die a nati. dñi. In festis vero sctōꝝ qñ chorꝰ regitur per totū annum extra .lxx vsqȝ ad pascha dicit sequētia nisi i festo plurimoꝝ ꝯfessoꝝ et nisi i festo sancti michaelis in mōte tūba A .lx. vero vsqȝ ad cenā dñi in dñicis et in festis .ix. le. canit tractus a quattuor cleric; de supiori gradu in cappis sericis rubeis ad gradū chori: nisi in festo purifi. et annunciatiōis bte marie. tamē in prima dñica .xl. et in dñica palmaꝝ i choro alternis vicibȝ hinc idē cātatur In fine allelupa vel sequentie vel tractꝰ. Diaconus anteqȝ accedat ad euāgelium pnunciandū thurificet mediū altaris tm̄. nunqȝ ei thurificetur lectrinū neqȝ ad missa neqȝ ad matutinas: ante pronunciationē euāgelij. Deide accipiat textū .s. librū euāgelioꝝ: et humilians se ad sacerdotē stantē coram altari: versa facie ad meridiez ita dicāt sine nota. Jube dñe bñdicē. Sacerdos respondeat. Dñs sit in corde tuo et in ore tuo ad pnunciādum sanctum euāgelium dei. In noie patris. etc. Si autē sacerdos per semetipm celebret: dicat priuatim. Jube dñe bñdicere. et postea dicat ipsemet. Dñs sit in corde meo et in ore meo ad pronunciandum sanctum euāgelium dei. In noie patris. etc. Et sic procedat dyaconꝰ per mediū chori/ipm textū super sinistrā manum solenniter gestādo/ad pulpitū accedat thuribular; et ceroferar; pcedētibus. Et si duplex festū fuerit/crux precedat. que quasi a dextris ꝯtraria id est ex opppsito erit legētis euangelium/facie crucifixi ad legentē cōuersa. Quandocūqȝ eni legitur epystola in pulpito: ibidē legatur euāgelium Et cū ad locū legendi peruenerint: textum ipsum subdiaconus accipiat: et a sinistris ipius dyaconi quasi oppositus ipm textum dum euangelium legitur teneat: ceroferarijs dyacono assistētibus vno a dextris et reliquo a sinistris ad eum ꝯuersis. thuribularius vero stet post dyaconum: ad eum cōuersus: et semper legatur euāgelium versus aquilonem id est boreā. Et si epyscopus exequatur officiū: omnes ministri in choro ad sequentiā cantandā veniāt

quando sequentia dicitur: preter principalem dyaconũ et principalem subdyaconũ: et ibi moram faciant dyaconi et subdyaconi i medio chori cum rectoribus chori: donec principalis dyaconus a pulpito post lectum euangeliũ/per chorum redeat. Cum autẽ inceperit euangelium: post **Dñs vobiscum** faciat signũ sup librum deinde in sua frõte ⁊ postea i pectore cũ pollice. Euangel'. Scdm matheũ. xxi

In illo tempore: Cũ appropinquasset ies' hierosolimis et venisset bethphage ad mõtem oliueti: tũc misit duos discipulos dicẽs eis. Ite in castellũ quod ɔtra vos est: et stati inuenietis asinam alligatã et pullum cũ ea. Soluite et adducite michi. Et si quis vob aliquid dixerit: dicite quia dñs his opus habet: et confestim dimittet eos. Hoc autẽ totum factũ est: vt adimpleretur qđ dictũ est per prophetam dicentẽ. Dicite filie syon. Ecce rex tuus venit tibi mãsuet': sedens super asinã ⁊ pullum filiũ subiugalis. Euntes autẽ discipuli fecerunt sicut precepit illis iesus. Et adduxerũt asinam et pullum: et imposuerũt sup eos vestimẽta sua: ⁊ eum desuper sedere fecerũt Plurima autẽ turba strauerũt vestimenta sua in via. Alij autẽ cedebant ramos de arboribus: et sternebant in via. Turbe autem que precedebant et que sequebantur: clamabãt dicentes. Osanna filio dauid: benedictus qui venit: i nomine domini. Lecto euangelio: osculetur librum. et accedens subdyacon' statim porrigat ei textũ. quem ipse dyaconus ex directo pectore deferat. Finito euãgelio incipiat sacerdos in medio altaris **Credo in vnũ deũ.** Deinde cantet a choro non alternatim sed a toto choro. Require infra. ¶ Hec sunt festa in quibus dicẽdum est credo secũdum vsum Sar. Omnibus dñicis diebus per totũ annum ad magnã missam siue de dñica agitur siue nõ. In missis tamẽ vigiliarum et sanctorum. iij. lec. sine regie chori: et in missis defunctorum quẽ i cap. in dñicis dicitur: nõ dicitur. Sed si missa dñicalis in dñica i capitulo dicitur: tunc dicitur **Credo** Dicetur etiã per octo dies natiuitatis dñi/pasche/et penthecostes. et in oĩ duplici festo per annum: ⁊ in omnibus festis apostolorum ⁊ euãgelistarũ: et in vtroqz festo sancte crucis/⁊ in festo marie magdalene/et in vtroqz festo sancti michaelis/⁊ in missa sponsaliũ. Dicetur etiã ad missã de sancta maria: qñ ad missam de die dicẽdum est per totum annum: et in festo alicui' sancti in cuius honore dedicatum est altare vel eccl'a: ad altare eiusdem sancti tantum. Post **Credo.** dicat sacerdos **Dñs vobiscum.** et **Oremus.** Offer. Ad te dñe leuaui animam meã: deus meus in te confido non erubescã/neqz irrideant me inimici mei. etenim vniuersi qui te expectãt non ɔfũdentur. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me quia tu es deus salutaris meus et te sustinui tota die. ℣. Respice in me ⁊

miserere mei dn̄e custodi animã meam
et eripe me non confundar quoniã inuo
caui te. Isti duo v̄sus dicuntur per
ebdo. alternis vicibus quando de
feria agitur: et nõ in die dn̄ica. qḋ
per totum annũ obseruetur: quã-
do v̄sus offertorij habentur. Nũ-
q̄ dicuntur duo versus cum offer
torio i vna feria/ nec dicũtur post
offertoriũ: nisi in ferijs per aduen
tum/ et a septuagesima vsq3 ad ce
nam domini tantum. Secreta.

**HEc sacra nos dn̄e potẽti vir
tute mũdatos: ad suum fa-
ciãt puriores venire principium.
Per dn̄m.** Alia secreta de sancta
maria. **In mentibus nostris. Per**
totum aduẽtum non dicitur pre-
fatio nisi quotidiana quãdo de tẽ
pore agitur. Cõmunio. **Dominus
dabit benignitatem/ et terra nostra da-
bit fructum suum.** Postcõmunio.

**SUscipiamus dn̄e misericor-
diam tuam in medio tem-
pli tui: et reparationis nostre ven
tura solẽnia/ cõgruis honoribus
precedamus. Per dn̄m.** Alia post
cõmunio de sacta maria. **Gratiã
tuam.** Et finiatur missa cũ **Bn̄di
camus dn̄o.** Sciendũ est q̄ i mis-
sa de cõmemoratione sancti loci:
vbi ecclesia dedicata est de aliquo
sancto q̄ de sancta maria: si festũ
huiusmodi sancti missam habeat
propriã: dicitur tũc in cõmemora
tione eiusdẽ sancti eadem missa sp
cum sequẽtia. sed sine **Credo.** ver
bis tamen **natiuitatis. Solenni-
tatis**/ vel consimilibus: in **Cõme
morationem** mutatis. In tẽpore
paschali erit secundũ allã. sicut in
festis cũ regimine chori ibidẽ sub-
notatis. ¶ Feria secũda qñ de fe-
ria agitur: Ad missam. Offm̄. **Ad
te leuaui.** p̄s. **Uias tuas. Gloria p̄ri.**
Repetatur officium **Ad te leuaui**
Hoc modo semp dicitur officiũ ad
missam quãdo chorus nõ regitur
nisi ĩfra passionẽ dn̄i. hec missa d̄r
per totam ebdo. nisi festũ. ix. l'. vel
octa. sancti andree intercurrãt: et
nisi qñ dicitur missa **Salus populi.**
vel aliqua cõmemoratio scti loci: vel
nisi de sctã maria faciendũ fuerit
et nisi in quattuor temporibz. Et
semp cũ suo allã dicitur missa dn̄i
calis. qḋ per totũ annum obserue
tur quãdo allã dicit̃. Dicetur etiã
allã ad oẽm missã de die per annũ
p̄terq̄ a. lxx. vsq3 ad vigiliã pasche
et exceptis vigilijs extra dn̄icam et
tp̄s pasche cõtingentibus. exceptis
etiã quattuor tp̄ibus q̄ extra ebdo.
pẽthecostes cõtigerint. Et sciendũ
est q̄ per totũ aduẽtum et a **Domi-
ne in ira.** vsq3 ad caput ieiunij: et ab
oct. pasche vsq3 ad ascẽsionẽ dn̄i:
singulis ebdomad̄ semel solet dici
Salus populi. pro magna missa.
ita videlz si vacauerit a festo scõr
extra oct. cũ regimine chori. Et si
missa dn̄icalis ĩ ebdo. cantata fue
rit cõpleta/ et cõmemora. btẽ ma-
rie virginis et scti loci et ppriẽ epi
stole et ppria euangelia pter illã
nõ fuerit p̄termissa: tũc illa si qua
dies vacauerit est cantãda. Quã-
do missa dn̄icalis in die dn̄ica vel
in scd̄a feria cãtata fuerit et tercia
feria vacauerit: semp dicit̃ missa

Salus populi. in ipsa tercia feria. Si vero nõ vacauerit: tunc in aliqua feria istius ebdo. q̃ ad hoc vacauerit cãtetur: vt supradictũ est.

¶ Feria. iiij. Lectio epystole beati iacobi apostoli. v°. ca°.

Charissimi: Patiẽtes estote: vsq3 ad aduẽtum dñi. Ecce enim agricola expectat preciosũ fructũ terre: patienter ferens donec accipiat temporaneũ et serotinũ. Patientes igitur estote ⁊ vos: et cõfirmate corda vestra qm̃ aduentus dñi appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: vt non iudicemini. Ecce enim iudex ante ianuã assistit. Exẽplũ accipite frẽs exit⁹ mali ⁊ lõganimitat ⁊ laboris et patiẽtie per prophetas: qui locuti sunt in nomine dñi nostri iesu christi. Initiũ sancti euãgelij secundum marcum. j°. ca.

Principiũ euãgelij iesu christi filij dei sicut scriptum est in esaia propheta. Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuam: qui preparabit viam tuã ante te. Vox clamãtis in deserto: parate viam dñi: rectas facite semitas ei⁹. Fuit iohãnes in deserto baptizãs: ⁊ predicãs baptismũ penitẽtie: i remissionẽ pctõrũ. Et egrediebatur ad eũ oĩs iudee regio: ⁊ hierosolimite vniuersi: ⁊ baptizabãtur ab illo in iordanis flumine: confitẽtes pctã sua. Et erat iohannes vestit⁹ pilis cameli: et zona pellicea circa lumbos ei⁹. Et locustas ⁊ mel siluestre edebat: ⁊ p̃dicabat dicẽs. Ueniet fortior me post me: cuius nõ sum dignus procumbẽs soluere corrigiam calciamentorũ eius. Ego baptizo vos aqua: ille vero baptizabit vos spiritu sctõ. Si aliqd festum vnde fieri debeat seruitiũ in hac quarta feria ꝯtigerit: epystola prenotata ⁊ euangel'. legantur in quinta feria si vacauerit. sin autẽ: omnino pretermittantur eo ãno.

¶ Feria. vj. Lcõ esaie pphete. lj°.

Hec dicit dominus de⁹. Audite me qui sequimini quod iustum est: et queritis dñm. Attẽdite ad petram vnde excisi estis: ⁊ ad cauernã laci de qua p̃cisi estis. Attẽdite ad abraham patrem vestrum: et ad sarã que peperit vos. Quia vnũ vocaui eum ⁊ benedixi ei: et multiplicaui eum. Consolabitur ergo dñs syon: et consolabitur omẽs ruinas eius. Et ponet desertũ eius quasi delicias: et solitudinẽ eius quasi ortum dñi Gaudiũ et leticia inuenietur in ea: gratiarũ actio et vox laudis. Attendite ad me pp̃le me⁹: ⁊ trib⁹ mea me audite. Quia lex a me exiet: et iudicium meum in luce populorũ requiescet. Prope est iustus meus: egressus est saluator meus: et brachia mea populos iudicabũt. Me insule expectabunt: et brachium meum sustinebunt. Leuate oculos vestros in celum: et videte sub terra deorsum. Quia celi sicut fumus liquescent: et terra sicut vestimentum atteretur: et habitatores eius sicut hec interibunt. Salus autem mea in sempiternum erit: et iusticia mea non deficiet.

Audite me qui scitis iustum: popu lus meus lex mea in corde eorum Nolite timere opprobrium homi num: et blasphemias eorũ ne me tuatis. Sicut enĩ vestimẽtum sic comedet eos vermis: et sicut lanã sic deuorabit eos tinea. Salus au tem mea: in generationes gene rationum. Euangelium. Sequẽ tia scti euãgelij scdm matheũ .iij°.

IN illo tempore: Uenit iohã nes baptista predicans in deserto iudee: et dicens. Peniten tiam agite: appropinquabit enĩ regnum celorum. Hic est enim de quo dictum est per esaiam prophe tam dicentem. Uox clamantis ĩ deserto parate viam domini: re ctas facite semitas eius. Ipse au tem iohannes habebat vestimen tum de pilis camelorum: et zonã pelliceã circa lumbos suos. Esca autem eius erat locusta: et mel sil uestre. Tunc exibat ad eum hiero solima et omnis iudea: et omnis regio circa iordanem: et baptiza bantur ab eo in iordane: confiten tes peccata sua. Si vero sexta fe ria nõ vacauerit: predicta epysto la et euangelium omnino preter mittantur: et hoc per totũ aduen tum. et a Dñe ne in ira. vsqz ad quin quagesimam: et ab octabis pasche vsqz ad primã dñicam ante ascen sionẽ dñi obseruetur. A Deus oim vero vsqz ad aduentũ dñi: si quar ta vel quinta feria non vacauerit tunc in sexta feria legantur episto la et euangelium de quarta feria si vacauerit. sin autẽ: omnino pre termittantur. Nunqz enĩ legãtur epystole et euangelia de quarta fe ria: in secũda feria vel in tercia fe ria. neqz epystola et euangeliũ de sexta feria: in quinta feria. Non enim debet seruitium anticipari: secundum vsum Sar. ¶ Dñica secunda aduẽtus domini. Offm.

POpulus syon ecce dñs ve niet ad saluandas gentes et auditã faciet dominus gloriam vocis sue in leticia cordis vestri. Ps. Qui regis israel intẽde: qui deducis velut ouem ioseph. Oratio.

EXcita domine corda nostra ad preparãdas vnigẽiti tui vias: vt per eius aduentum puri ficatis tibi mẽtibus seruire merea amur. Qui tecũ. Lectio epystole bti pauli apli ad Romanos. xv°.

FRatres: Quecunqz scripta sunt: ad nostram doctrinã scripta sunt. Ut per patientiam et consolationem scripturarũ spem habeamus. Deus autem patiẽtie et solatij det vobis idipsum sape re in alterutrum secundũ iesum christũ: vt vnanimes vno ore ho norificetis deum et patrem domi ni nostri iesu christi. Propter quod suscipite inuicem: sicut et christus suscepit vos in honorem dei. Dico enĩ xpm iesũ ministrũ fuisse circũ cisionis pp̃ter veritatẽ dei: ad cõ firmandas p̃missiones patrum. Gẽtes autem super misericordia honorare deum: sicut scriptum est Propterea cõfitebor tibi in genti bus dñe: et nomini tuo cantabo. Et iterũ dicit. Letamini gentes:

cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gẽtes dominũ: ⁊ magnificate eum omnes populi. Et rursum esaias ait. Erit radix iesse et qui exurget regere gẽtes: in eũ gentes sperabunt. Deus aũt spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo: vt abundetis in spe: et virtute spiritussancti. Gradale Ex syon species decoris eius deus noster manifeste veniet. ℣. Congregate illi sctõs eius qui ordinauerunt testamentũ eius super sacrificia. Allelu ya. ℣. Uirtutes celi mouebuntur et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum potestate et maiestate magna.

REgnantem Sequentia. sempiterna per secla susce- ptura concio deuota cõcrepa. Diuino sono factori reddendo debita. Cui iubilãt agmina celica eius vultu exhilarata. Quem expectãt omnia terrea eius nutu examinãda. Districtum ad iudicia. Clemẽtem in potentia. Tua nos salua christe clemẽtia propter quos passus es dira. Ad poli astra subleua: nitida qui sorde tergis secula. Insluat salus vera effugans pericula. Omnia vt sint munda tribue pacifica. Ut hic tua salui misericordia. Leti regna post adeamus supera. Quo regnas secula per infinita. Euãgel. Scdm̃ lucam. xxi°.

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Erunt signa in sole et luna et stellis: et in terris pressura gentium pre confusione sonitus maris et fluctuũ. Arescẽtibus hominibus pre timore ⁊ expectatione: que superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes celorũ mouebuntur: et tunc videbunt filium hominis veniẽtem in nube: cũ potestate magna et maiestate. His autẽ fieri incipientibus: respicite ⁊ leuate capita vestra: quoniã appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Uidete ficulneam: et omnes arbores. Cum producũt iã ex se fructũ: scitis qm̃ prope est estas. Ita et vos cum videritis hec fieri: scitote qm̃ prope est regnum dei. Amen dico vobis: quia non preteribit generatio hec donec omnia fiant. Celum et terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Offer. Deus tu conuertens viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. ostẽde nobis domine misericordiam tuam ⁊ salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti domine terram tuam auertisti captiuitatem iacob. remisisti iniquitatem plebis tue. ℣sus. Misericordia et veritas obuiauerũt sibi veritas de terra orta est et iusticia de celo

PLacare Secreta. (prosperit quesumus domine humilitatis nostre precibus et hostijs: et vbi nulla suppetũt suffragia meritorum: tuis nobis succurre presidijs. Per dñm. Prefatio quotidiana. Cõmunio. Hierusalem surge et sta in excelso/et vide iocũditatem que veniet tibi a deo tuo. Postcõmunio.

REfecti cibo potuq3 spiritualis alimoĩe supplices te dñe depcamur: vt hui⁹ participatione mysterij: doceas nos terrena despicere/et amare celestia. Per dñm.

¶ Feria.iiij. Lcō zacharie. viij°.

Hec dicit dn̄s deus exercituū Reuersus sum ad syon: et habitabo in medio hierusalem: et vocabitur hierusalē ciuitas veritatis et mons dn̄i exercituū: mōs sanctificat⁹. Hec dicit dn̄s de⁹ exercituum. Adhuc habitabūt senes et anus in plateis hierusalē: ꝛ viri baculus ī manu eius pꝛe multitudine dierū. Et platee ciuitatis cōplebuntur infantibus ꝛ puellis ludentibus in plateis eius. Hec dicit dn̄s exercituum. Si difficile videbitur ī oculis reliquiarum populi huius ī diebus illis: dicit dn̄s exercituum. Nunquid in oculis meis difficile erit dicit dn̄s exercituū? Ecce ego saluabo populū meum de terra oꝛientis: et de terra occasus solis: et adducam eos et habitabunt in medio hierusalē: et erūt michi in populum ꝛ ego ero eis in deum in veritate et in iusticia. Dicit dn̄s: oīpotens. S. matheū. xj°

In illo tempoꝛe: Dixit iesus turb⁊ ꝛ discipulis suis. Amē dico vob⁊: inter natos mulierum non surrexit maioꝛ iohanne baptista. Qui autem minoꝛ est in regno celoꝛum: maioꝛ est illo. A diebus autem iohannis baptiste vſqꝫ nūc: regnum celoꝛum vim patitur: et violenti rapiūt illud. Omnes enim pꝛophete ꝛ lex vſqꝫ ad iohannē pꝛophetauerunt. Et si vultis recipere: ipse est helyas qui vēturus est. Qui habet aures audiendi: audiat. ¶ Feria sexta. Epl'a Lectio esaie pꝛophete. lxij°. ca.

Hec dicit dominus deus. Super muros hierusalem constitui custodes: tota die ꝛ tota nocte perpetuo non tacebunt. Qui reminiscimini domini ne taceat⁊ et ne detis silentium ei: donec stabiliat et donec ponat hierusalem laudem in terra. Jurauit domin⁹ in dextera sua: et in bꝛachio foꝛtitudinis sue. Si dedero triticū tuum vltra cibum inimicis tuis: et si biberint filij alienigene vinum tuum in quo laboꝛasti. Quia qui congregabunt illud comedent: et laudabunt dominū: et qui cōpoꝛtant illud bibent in atrijs sanctis meis. Transite per poꝛtas: pꝛeparate viam populo/ planum facite iter: et eligite lapides: et eleuate signū ad populos. Ecce dominus auditum fecit in extremis terre. Dicite filie syon: ecce saluatoꝛ tu⁹ venit et ecce merces eius cum eo: et opus illius coꝛam illo. Et vocabunt eos populus sanctus: redempti a domino. Tu autem vocaberis quesita ciuitas: et nō derelicta. Euāgel'. Secundum iohannē. j°.

In illo tempoꝛe: Johannes testimonium perhibebat de domino: et clamabat dicens. Hic est quem dixi: qui post me venturus est/ āte me factus est: quia pꝛioꝛ me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus: gratiam pꝛo gratia: quia lex per moysem data est: gratia et veritas per iesū chꝛistū facta est. Deū nemo vidit vnq̄. Unigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrauit.

Dñica.iij.aduentus. Officium

Gaudete in dño semp: iterum dico gaudete/modestia vestra nota sit oibus hoibus dñs prope est: nichil solliciti sitis: sed in omni oratione petitiões vestre innotescant apud deũ. ps. Et pax dei q̃ exuperat oẽm sensũ/ custodiat corda vestra et intelligẽtias vr̃as. Or.

Aurem tuã quesumus dñe precibus nostris accõmoda: et mentis nostre tenebras gratia tue visitationis illustra. Qui viuis. Ad corinthios. Prime. iiij

Fratres: Sic nos existimet homo vt ministros christi: et dispensatores ministeriorum dei. Hic iã queritur iter dispẽsatores: vt fidelis quis inueniatur. Michi autẽ pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die: sed neq meipsum iudico Nichil eni michi cõscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autẽ iudicat me: dñs est. Itaq nolite ante tempus iudicare: quoadusq veniat dñs q̃ et illuiabit abscondita tenebrarũ et manifestabit consilia cordium. Et tunc laus erit: vnicuiq a deo. Grad. Qui sedes domine super cherubin excita potentiã tuam et veni. V. Qui regis israel intẽde/ qui deducis velut ouẽ ioseph. Alleluya. V. Excita domine potentiam tuã et veni vt saluos facias nos

Qui regis sceptra Sequẽtia forti dextra solus cũcta. Tu plebi tuã ostẽde magnam excitando potentiã. Presta illi dona salutaria. Que predixerunt prophetica vaticinia. A clara poli regia. In nostra iesu veni dñe arua. Euãgelium. Scdm matheum. xj.

In illo tpe: Cũ audisset iohãnes in vinculis opa christi: mittẽs duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui venturus es an alium expectamus? Et respondens iesus: ait illis. Euntes renũciate iohãni: que audistis et vidistis. Ceci vidẽt/ claudi ambulant: leprosi mundantur Surdi audiunt: mortui resurgũt pauperes euãgelizantur. Et beatus est qui nõ fuerit scãdalizatus in me. Illis autẽ abeũtibus: cepit iesus dicere ad turbas de iohanne Quid existis in desertum videre? Arundinẽ vento agitatam? Sed quid existis videre? Hoiem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiũtur: in domibus regũ sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiã dico vobis: et plusq̃ prophetã. Hic est ei de quo scriptũ est. Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã: qui preparabit viã tuam ante te. Offer. Benedixisti dñe terrã tuam auertisti captiuitatem iacob. remisisti iniquitatem plebis tue. V. Operuisti omnia peccata eorum mitigasti omnem irã tuam. V. Ostende nobis dñe miam tuã et salutare tuũ da nobis. Secreta.

Deuotiõis nostre tibi domine quesum⁹ hostia iugiter immoletur: que et sacri peragat instituta mysterij: et salutare tuum nobis mirabiliter operetur. Per d. Prefatio quotidiana. Cõmunio. Dicite pusillanimes confortamini et nolite timere/ ecce deus noster veniet et saluabit nos. Postcõmunio.

Imploramus dñe clementiã tuã: vt hec diuina subsidia a vicijs expiatos ad festa ventura nos preparẽt. Per dñm. ¶ Feria quarta quattuor tempor. Offm.

Rorate celi desup et nubes pluant iustum: aperiatur terra et germinet saluatorem. ps. Et iusticia oriatur simul: ego dñs creaui eũ. Sequat or sine Dñs vobiscũ. sed tñ cũ Oremus. Or.

Presta quesumus oĩpotẽs deus: vt redẽptionis nostre ventura solennitas: et presentis nobis vite subsidia ꝯferat: et eterne btitudinis premia largiatur. Per eũdem. Lectio esaie pphẽ. ij.

In diebus illis: Dixit esaias propheta. Erit ĩ nouissimis diebus preparatus mons domus dñi in vertice montium: et eleuabitur super colles. Et fluent ad eũ oẽs gentes: et ibunt populi multi et dicent. Uenite ascendamus ad montem domini et ad domũ dei iacob: et docebit nos vias suas: et ambulabimus in semitis eius: qr de syon exibit lex: et verbum dñi de hierusalem. Et iudicabit gentes: ⁊ arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres: et lanceas suas in falces. Nõ leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur vltra ad prelium. Domus iacob venite et ambulemus ĩ lumine domini dei nostri. Grad. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. V. Quis ascendet in montẽ domini/ aut quis stabit in loco sancto eius/ innocens manibus et mũdo corde. Hic nõ repetatur gradale: sꝫ stati sequatur Dñs vo. et Orem.

Festina quesumus Oratio dñe ne tardaueris: et auxilium nobis superne virtutis ĩpende. vt aduentus tui consolationibus subleuẽtur: qui in tua pietate cõfidũt. Qui viuis. Hic dñr meõ cõsuete. Epl'a Lcõ esaie pphẽ. vij.

In diebus illis: Locutus est dominus ad achaz dicens. Pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni: siue in excelsũ supra. Et dixit achaz. Nõ petam: et non tentabo dominum Et dixit. Audite ergo dom. dauid. Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus: quia molesti estis et deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomẽ eius emmanuel. Butyrum et mel comedet: vt sciat reprobare malum et eligere bonum. Gr. Prope est dñs oĩbus inuocãtibus eũ/ oĩbus qui ĩuocãt eũ in veritate. V. Laudem dñi loqtur os meũ et bñdicat oĩs caro nomẽ sanctũ ei⁹. Repetatur gradale. Euãgelium. Secundum lucam j. capl'o.

In illo tempore: Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth: ad virginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph/ de domo dauid: et nomen virginis maria. Et igressus angelus ad eam: dixit. Aue gratia plena dominus tecũ: benedicta tu in mulieribus.

Que cũ audisset turbata est in sermone ei⁹: ⁊ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angel⁹ ei. Ne timeas maria: inuenisti eni gratiam apud deũ. Ecce concipies in vtero ⁊ paries filiũ: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magn⁹: et fili⁹ altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedẽ dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo iacob in eternũ: et regni eius nõ erit finis. Dixit autem maria: ad angelum. Quomodo fiet istud: qm̃ virũ nõ cognosco? Et respõdens angel⁹: dixit ei. Spũs sanctus supueniet i te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ et qđ nascetur ex te sãctum: vocabitur filius dei. Et ecce helizabeth cognata tua: et ipsa cõcepit filiũ in senectute sua. Et hic mẽsis est sext⁹ illi que vocatur sterilis: qꝛ nõ erit ipossibile apud deũ omne verbũ. Dixit autem maria. Ecce ancilla dñi. Fiat michi: secũdum verbũ tuum. Offertorium. Aue maria gratia plena dominus tecũ. benedicta tu in mulierbus ⁊ benedictus fruct⁹ ventris tui. ℣. Ideoqꝫ et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei Et dicitur cum suo ℣su. Secreta.

Salutari ieiunio competentes domine hostias imolamus: presta vt ad natiuitatem panis eterni his officijs preparemur Per eundem. Prefatio quotidiana Cõio. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius ẽmanuel.

Salutaris tui Postcõmunio domine munere satiati supplices deprecamur: vt cuius letamur gustu: renouemur effectu. Per dominum nostrum. ¶ Feria sexta quattuor tempor. Officiũ.

Prope esto domine et omnes vie tue veritas: initio cognoui de testimõijs tuis quia in eternũ tu es. Psalmus. Beati immaculati in via / qui ambulãt in lege domini. Oratio.

Excita quesum⁹ domine potentiam tuam ⁊ veni / vt hi qui in tua pietate confidunt: ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis. Lectio esaie prophete. xi.

Hec dicit domin⁹ deus. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientie et intellectus / spiritus consilij et fortitudinis / spiritus scientie ⁊ pietatis: et replebit eum spiritus timoris domini. Non secundum visionem oculor iudicabit: neqꝫ scđm auditum auriũ arguet: sed iudicabit i iusticia paupes: et arguet in equitate pro mãsuetis terre. Et percutiet terrã virga oris sui: et spũ labior suor interficiet impium. Et erit iusticia cigulũ lumbor eius: et fides cinctoriũ renũ eius. Gr. Ostẽde nobis dñe miam tuã / et salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti domine terram tuã auertisti captiuitatẽ iacob.

Repetatur gr. S. lucam. i°. In illo tp̃e: Exurgẽs maria abijt in montana cũ festinatione in ciuitatẽ iuda: et itrauit i domũ zacharie ⁊ salutauit helizabet. Et factũ est vt audiuit salutationem

marie helizabeth: exultauit ĩfans in vtero eius. Et repleta est spiritusancto helizabeth: et exclamauit voce magna et dixit. Bñdicta tu inter mulieres: et bñdictus fruct⁹ ventris tui. Et vnde hoc michi: vt veiat mater dñi mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in auribus meis: exultauit in gaudio ĩfans in vtero meo. Et beata que credidisti: qm̃ perficietur ea que dicta sunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aĩa mea dñm Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo. Offertoriũ. Deus tu conuertens viuificabis nos et plebs tua letabitur in te. ostende nobis dñe miam tuã et salutare tuũ dã nobis. ℣. Bñdixisti dñe terrã tuã auertisti captiuitatẽ iacob. remisisti iniquitatẽ plebis tue misa et veritas obuiauerũt sibi veritas de terra orta est et iusticia de celo ꝓspexit. Secr.

SAcrificijs q̃sumus dñe salutaribꝫ his diebꝫ aptemur propensius: quibꝫ illud est mysterium celebrandum: cui seruit oĩs executio mãdatorum. Per. Prefatio quotid. Cõ. Ecce dñs veniet et oẽs sancti eius cũ eo et erit in die illa lux magna.

PErfice q̃sumus (Postcõio dñe misericordiã tuam populo supplicanti. quem tuorum refectũ largitate donorum et instantius gratiam postulare maiorẽ: et fiducialius sperare concedas. Per do.

¶ Sabbõ quattuor tpm. Offm.

VEni et ostende nobis faciẽ tuam domine qui sedes super cherubin: et salui erimus. ps. Qui regis israel intende, qui deducis velut ouem ioseph. Dñs orationes sine Dñs vobiscum. dicitur preter vltimã que est ante epystolam: sed tm̃ cum Oremus. Et oẽs lectiones cũ suis titulis legantur

DEus q̃ conspicis Oremus. q̃a ex nostra prauitate affligimur: concede propicius. vt ex tua visitatione consolemur. Qui vi.

Lectio esaie prophete. xix. ca.

IN diebus illis: Clamabunt ad dominũ a facie tribulantis: et mittet eis saluatorem et propugnatorẽ qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab egypto: et cognoscẽt egyptij dominum ĩ die illa. Et colent eum in hostijs et muneribus: et vota vouebunt domino et soluent. Et percutiet dominus egyptum plaga: et sanabit eã Et reuertentur ad dominũ et placabitur eis: et sanabit eos domin⁹ deus noster. Grad. A summo celo egressio eius et occursus eius vsqꝫ ad summum eius. ℣. Celi enarrant gloriã dei, et opera manuum eius annũciat firmamentum. Non repetatur gradale, sed dicatur statim Oremus. Or.

COncede quesum⁹ omnipotens deus. vt qui sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui tecum viuit et regnat in vni.

Lectio esaie prophete. xxxv.

HEc dicit dñs. Letabitur deserta et inuia: et exultabit solitudo et florebit quasi liliũ. Germinans germinabit: et exultabit letabunda et laudans. Gloria libani

data est ei: decor carmeli et saron. Ipsi videbunt gloriam dñi: et decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas: ⁊ genua debilia roborate. Dicite Pusillanimes confortamini ⁊ nolite timere. Ecce deus noster: vltionem adducet retributionis: deus ipse veniet ⁊ saluabit nos. Tūc apientur oculi cecorum: et aures surdorum patebūt. Tūc saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutorum. Quia scisse sunt in deserto aque: ⁊ torrentes in solitudine. Et q̄ erat arida in stagnum: et sitiēs in fontes aquarum. Ait dñs: omnipotens. Grad. In sole posuit tabernaculū suū et ipse tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo. ℣. A sūmo celo egressio eius / et occursus eius vsq̄ ad sūmū eius. Or.

Indignos nos q̄sumus dñe famulos tuos quos actiōis proprie culpa cōtristat: vnigeniti filij tui aduētu letifica. Qui tecū.

Lectio esaie prophete. xl. ca.

Hec dicit dñs. Sup mōtem excelsum ascēde tu qui euāgelizas syon. Exalta in fortitudie vocē tuam: qui euāgelizas hierusalem Exalta noli timere Dic ciuitatibꝫ iude. Ecce de⁹ vester. Ecce dñs deus in fortitudine veniet: et brachiū eius dñabitur. Ecce merces eius cū eo: et opus illius corā illo. Sicut pastor gregē suum pascet: in brachio suo congregabit agnos: et in sinu suo leuabit eos: dñs deus noster. Grad. Dñe deus virtutum conuerte nos et ostēde faciem tuam et salui erimus. ℣. Excita domine potētiam tuam et veni vt saluos facias nos. Sequatur Oremus. Or.

Presta quesumus oīpotens deus / vt filij tui ventura solennitas: et presentꝫ nobis vite remedia cōferat: et p̄mia eterna p̄cedat. Per eūdem. Lcō esaie pphē.

Hec dicit dñs christo (xlv. meo cyro cuius apprehēdi dexteram: vt subijciā ante faciem eius gentes ⁊ dorsa regū vertam. Et aperiā coram eo ianuas: ⁊ porte non claudentur Ego āte te ibo: et gloriosos terre humiliabo. Portas ereas cōteram: et vectes ferreos confringā. Et dabo tibi thesauros absconditos: et archana secretorum reuelabo vt scias quia ego dominus qui voco nomen tuū deus israel. Propter seruū meū iacob: et israel electū meum. Et vocaui te noīe tuo: assimilaui te ⁊ non cognouisti me. Ego dñs ⁊ nō est amplius: extra me nō est deus. Accinxi te ⁊ nō cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis et q̄ ab occidēte qm̄ absq̄ me nō est deus. Ego dominus: et non est alter. Formans lucē et creās tenebras: faciens pacem et creās malum. Ego dñs faciens oīa hec. Rorate celi desuper: et nubes pluāt iustū aperiatur terra et germinet saluatorem: et iusticia oriatur simul. Ego dñs creaui eum. Grad. Excita dñe potētiam tuā et veni vt saluos facias nos. ℣. Qui regis israel intēde qui deducis velut ouē ioseph. qui sedes super cherubin appare coram effraim beniamin et manasse.

Sequitur. Oremus. Oratio.

Preces populi tui q̄s dn̄e clementer exaudi: vt qui iuste pro p̄ctis n̄ris affligimur: pietat[is] tue visitatione cōsolemur. Qui vi.

Lectio danielis prophete. iij. ca°.

Angelus dn̄i descēdit cum azaria et sociis eius in fornacē: et excussit flamā ignis de fornace: et fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantē. Flama autē diffusa est sup fornacē cubit[is] quadragita nouē: et incēdit quos reperit iuxta fornacē: de caldeis ministros regis: q̄ eam incendebant Illos aūt oīno non tetigit ignis: neq[ue] contristauit: nec quicq̄ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabāt et glīficabāt et bn̄dicebāt deū in fornace dicētes. Duo clerici de ij. forma i[n] suppelliciis ad gradū chori cantēt tractū

Benedictus es domine deus patrū nostrorum. ℣. Et laudabilis et gloriosus in secula. Chorus inde repetat. Clerici versum. Et benedictū nomen glorie tue quod est sanctū. Chorus dicat. Et laudabile et gloriosū in secula. Clerici. ℣. Benedictus es i[n] templo sancto glorie tue. Chorus. Et laudabilis et. Cleric. ℣. Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedictus es super sceptrum regni diuinitatis tue. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedictus es qui sedes super cherubin intuēs abyssos. Chorus. Et lauda. Clerici. ℣. Bn̄dictus es qui ābulas sup pēnas vētorum. Chorus. Et lauda. Clerici. ℣. Benedicant te oēs angeli et sancti tui. Chorus. Et laudēt te et glorificent i[n] secula. Clerici. ℣. Benedicāt te celi/terra/mare: et om̄ia que in eis sūt Chorus Et laudēt. Clerici. ℣. Glīa patri et filio et spiritui sācto. Chorus. Et laus et honor potestas et īperiū. Clerici. ℣. Sicut erat in principio et nūc et sēper et in secula seculorum amē. Chorus ℣. Et lau. Deinde clerici reincipiant primū ℣. trac. et percātetur a choro et postea dicat sacerd. Dn̄s Orō vo. Orē[mus].

Deus qui tribus pueris mitigasti flamas igniū: concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flama viciorum. Per d. Hic dicūt[ur] mēo. cōsue. Ep̄la. ad Thessaloni. ij. ij.

Fratres: Rogam[us] vos per aduētū dn̄i nostri iesu xp̄i et nostre congregationis in ipsū: vt non cito moueamini: a vestro sēsu: neq[ue] terreamini neq[ue] per spiritū: neq[ue] per sermonem: neq[ue] per epistolā tanq̄ per nos missā: quasi instet dies dn̄i. Ne q̄s vos seducat vllo modo. Q̄m nisi venerit discessio primū: et reuelat[us] fuerit hō p̄cti: fili[us] perditiōis: q̄ aduersat[ur] et extollit[ur] sup oē q̄d dicit[ur] deus aut q̄d colit[ur]: ita vt in tēplo dei sedeat: ostēdens se tanq̄ sit deus. Non retinetis q̄m cū adhuc essē apud vos hec dicebā vobis? Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tēpore. Nā mysteriū iam operatur iniquitat[is]: tm̄ vt q̄ tenet nūc teneat: donec de medio fiat. Et tūc reuelabitur ille iniqu[us] quē dn̄s ies[us] interficiet sp̄ū oris sui: et destruet illustratiōe aduēt[us] sui. Duo clerici de. ij. forma in cappis nigris hoc

est in habitu quotidiano ad gradu chori simul dicant totum et integrum istũ tractũ. Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. ℣. Qui sedes super cherubin: appare corã effraim beniamin et manasse. ℣. Excita domine potentiã tuam et veni vt saluos facias nos. Secundum lucam.iij.

Anno quintodecimo imperij tiberij cesaris: procurãte põcio pilato iudeam: tetrarcha autẽ galilee herode philippo autẽ fratre eius tetrarcha yturee et traconitidis regionis: et lysania abiline tetrarcha: sub principibus sacerdotũ anna et caypha/ factũ est verbũ domini super iohãnem zacharie filium in deserto. Et venit in omnẽ regionem iordanis: predicans baptismũ penitentie in remissionẽ peccatorꝝ sicut scriptum est i libro sermonum esaie prophete. Vox clamantis in deserto: parate viam domini rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur: et omnis mons et collis humiliabitur. Et erũt praua in directa: et aspera i vias planas. Et videbit omnis caro salutare dei.

Offertorium. Exulta satis filia syon predica filia hierusalem: ecce rex tuus venit tibi sanctus et saluator. ℣. Loquetur pacem gentibus et potestas eius a mari vsqꝫ ad mare: et flumine vsqꝫ ad terminos orbis terre. Secreta.

Super has hostias fideliũ domine quesum⁹ propicio vultu respice: et quia nostris meritis non valem⁹: his potius muneribꝫ tuo occursui commendemur. Qui viuis et regnas. Prefatio quotidiana. Cõmunio. Exultauit vt gygas ad currendam viam a summo celo egressio eius et occursus eius vsqꝫ ad summũ eius. Postcommunio.

Quesumus domine de⁹ noster. vt sacrosancta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: et presẽns nobis remedium esse facias et futurum. Per dñm no. In quacunqꝫ feria dies natiuitatis domini contigerit semper ieiunia quattuor temporum in tercia ebdomada aduẽtus domini celebrentur. ¶ Dominica quarta aduentus domini.

Ad missam. Officium.

Memento nostri domine in bñplacito populi tui visita nos in salutari tuo ad vidẽdum in bonitate electorꝝ tuorum in leticia gẽtis tue: vt lauderis cũ hereditate tua. Ps. Peccauimus cum patribus nr̃is iniuste egimus: iniquitatem fecimus. Oratio.

Excita q̃s domine potẽtiam tuam et veni: ⁊ magna nobiſ virtute succurre: vt per auxiliũ grẽ tue qđ nostra peccata ĩpediũt: indulgẽtia tue propiciationis acceleret. Qui viuis et reg. cũ deo pa. Ad philippenses.iiij.ca°.

Fratres: Gaudete in dño sẽper: iterũ dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus Dominus prope est Nichil solliciti sitis: sed in oĩ oroẽ ⁊ obsecratiõe cũ gratiarũ actione petitiones vestre innotescant apud deum. Et pax dei que exuperat omnem sensum: cu

stodiat corda vestra et intelligen-
tias vestras. In christo iesu: domi
no nostro. Graduale. Prope est do-
minus omnibus inuocātibus eum. om-
nibus qui inuocant eum in veritate. ℣.
Laudem domini loquetur os meum et
benedicat omnis caro nomen sanctū ei⁹.
Allelupa. ℣. Ueni domine et noli tarda
re/relaxa facinora plebis tue. Seqū.

IUbilemus omēs vna. Deo
nostro qui creauit oīa. Per
quem cuncta condita sunt secula
Celū q° pluria luce chorusca et di-
uersa sūt sydera. Sol mundi sce-
ma noctium decus luna ceteraq3
splendentia. Mare solum alta pla
na ac profunda flumia. Aeris am
pla spacia que discurrūt aues ven
ti atq3 pluuia Hec simul cuncta ti
bi deo soli patri militant. Nūc et
in euū sine fine per secula laus eo
rū tua gloria. Qui pro salute no-
stra prolem vnicam. Pati in terrā
misisti sine culpa: sed ob nostra de
licta. Te trinitas pcamur vt cor-
pora nostra et corda. Regas et pro
tegas: et dones peccatorum veni
am. Secundū iohannem. j. capi.

IN illo tempore: Miserūt iu
dei ab hierosolimis sacerdo-
tes et leuitas ad iohannē: vt inter
rogarent eum. Tu quis es? Et cō
fessus est: et non negauit. Et con-
fessus est: quia non sum ego xp̄us
Et iterrogauerūt eū Quid ergo?
Helias es tu? Et respondit. Non
sū. Propheta es tu? Et respondit
Non. Dixerunt ergo ei. Quis es:
vt responsū demus his qui mise-
rūt nos? Quid dicis de teipso? Ait
Ego vox clamantis in deserto: di
rigite viam domini sicut dixit esai
as propheta Et qui missi fuerant:
erāt ex phariseis. Et interrogaue-
runt eum: et dixerunt ei. Quid er-
go baptizas: si tu non es christus:
neq3 helias: neq3 ppheta? Respō-
dit eis iohannes dicens. Ego ba-
ptizo in aqua: medius autem ve-
strū stetit: quem vos nescitis. Ipse
est qui post me venturus est: qui an
te me factus est: cuius ego non sū
dignus; vt soluam eius corrigi-
am calciamenti. Hec in betha-
nia facta sūt trans iordanem: vbi
erat iohannes baptizans. Offer-
torium. Confortamini et iam nolite ti
mere: ecce enim deus noster retribuet iu
dicium ipse veniet et saluos nos faciet.
℣. Tunc aperientur oculi cecorum et au
res surdorum audient tunc ascendet clau
dus quasi ceruus et clara erit lingua mu

Sacrificiis Secreta. torum.
presentibus quesumus do
mine placatus intende: quibus ad
filij tui natiuitatem suscipiē dam
purificemur. Per. Prefatio quo-
tid. Cōmunio. Ecce virgo concipiet
et pariet filium et vocabitur nomē eius
Postcommunio. emanuel.

Populum tuū quesumus do
mine donorum tuorum largitate
prosequere: vt a malis omnibus
sacramentorum tuorum virtute
protectus: ad ineffabile mysteriū
celebrandum et mēte preparetur
et corpore. Per dominum. Feria
quarta. Lcō iohelis pphete. ij. ca.

HEc dicit dn̄s. Exultate filie
syon: et letamini in dn̄o deo

vestro: quia dedit vobis doctorem iusticie: et descẽdere faciet ad vos imbrẽ matutinũ et serotinũ sicut in principio. Et implebũtur aree frumento: et redundabunt torcularia vino et oleo. Et scietis quia ego dñs deus vester: habitans in syon in monte sctõ meo: et erit hierusalem sancta et alieni non transibũt per eã amplius. Et erit: in die illa stillabunt montes dulcedinẽ: et colles fluent lacte: et per omnes riuos iuda ibunt aque: et fons de domo dñi egredietur: et irrigabit torrentem spinarũ. Egiptus i desolationẽ erit: et idumea in desertum perditionis: pro eo quod inique egerũt i filios iuda: et effuderũt sanguinem innocẽtẽ in terra sua. Et iudea in eternũ hitabitur: et hierlm in gñatione et gñationẽ. Et mundabo sanguinẽ eorum: quẽ nõ mundauerã: et dñs cõmorabitur i syõ. A seculo et vsque i sclm. S. luc. vij.

IN illo tpe. Exiit sermo i vniuersã iudeã de iesu et omnẽ circa regionẽ. Et nũciauerunt iohãni discipuli eius de oĩbus his. Et conuocauit duos de discipulis suis iohannes: et misit ad iesũ dicẽs. Tu es qui venturus es: an aliũ expectamus? Cũ aũt venissẽt ad eũ viri: dixerũt Johãnes baptista misit nos ad te dicẽs. Tu es q̃ vẽturus es: an alium expectamus? In ipa aũt hora curauit multos a lãguoribus: et plagis et spiritibus malis: et cecis multis donauit visum. Et respondens dixit illis. Euntes renũciate iohanni que vidistis et audistis. Quia ceci vident: claudi ambulãt: leprosi mũdantur: surdi audiũt: mortui resurgũt: pauperes euangelizãtur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus i me. Et cũ discessissent nũcij iohannis: cepit dicere de iohanne ad turbas. Quid existis in desertum videre? Arundinẽ vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominẽ mollibus vestimentis idutum? Ecce qui in veste p̃ciosa sũt et in deliciis: in domibus regũ sũt. Sed quid existis videre? Prophetã? Utique dico vobis et plusquam prophetam. Hic est de quo scriptũ est. Ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuam qui preparabit viã tuã ante te. Dico enim vobis: maior inter natos mulierum ppheta iohanne baptista nemo est. Qui aũt minor est in regno celorum: maior est illo. Feria vj.

Lectio zacharie prophete. secũdo.

HEc dicit dñs: Lauda et letare filia syon: quia ecce ego venio et habitabo i medio tui ait dominus. Et applicabuntur gentes multe ad dñm in die illa: et erunt michi in populũ. Et hitabo in medio tui: et scies quia dñs exercituũ misit me ad te: et possidebit dñs iudã partẽ suam i terra sanctificata: et eliget adhuc hierlm. Sileat omĩs caro a facie eius: quia consurrexit de habitaculo sancto suo dicit dñs omps. Secundũ marcũ. viij. ca.

IN illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Uidete et cauete a fermẽto phariseorum: et fermẽto herodis. Et cogitabãt ad alterutrũ

dicentes quia panes non habem⁹ Quo agnito ait illis iesus. Quid cogitatis: quia panes non habetis? Nondum cognoscitis: nec intelligitis? Adhuc cecatum habetis cor vestrum. Oculos habentes non videtis: et aures habentes nō auditis. Nec recordamini quando quinq̧ panes fregi in quinq̧ milia: et quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei Duodecim. Quando et septē panes in quattuor milia hominum: quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei. Septem. Et dicebat eis. Quomodo nondū intelligitis? Et veniūt bethsaidam: et adducunt ei cecum. Et rogabant eum vt illū tangeret. Et apprehēsa manu ceci: eduxit eum extra vicum. Et expuens in oculos eius impositis manibus suis iterrogauit eum si quid videret. Et aspiciens ait. Uideo homines velut arbores ambulantes. Deinde iterū imposuit man⁹ super oculos ei⁹: et cepit videre. Et restitut⁹ est: ita vt videret clare omnia: et misit illum in domum suam dicens. Uade in domum tuam: et si in vicum introieris: nemini dixeris. In vigilia natiui. dni. Ad missā. Offm.

Hodie scietis quia veniet dominus et saluabit vos: et mane videbitis gloriam eius. ps. Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo. Si hec vigilia in dominica euenerit. dicitur cātus super. Kyrie. Sanctus et Agnus. sicut in festo simplici. ix. lec. Sin autē dicitur cantus ferial. Oratio.

Deus qui nos redemptionis nostre annua expectatione letificas: presta vt vnigenitum tuum quem redemptorem leti suscipimus: veniētem quoq̧ iudicem securi videamus. Dominum nostrum iesum christum filium tuū Qui tecum. Nulla fiet memoria vnus puer acholitus legat lectionem alba indutus ad gradū chori tamen si dominica fuerit legatur in pulpito: et semper cum suo titulo. Lectio esaie prophete. lxij. ca.

Hec dicit dominus deus. Propter syon non tacebo: et propter hierusalem non quiescam: donec egrediatur vt splendor iustus eius et saluator eius vt lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum: et cuncti reges inclitum tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum: quod os domini nominauit. Et eris corona glorie in manu domini: et diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: et terra tua nō vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: et terra tua inhabitabitur: q̧z cōplacuit dño in te. Deinde absq̧ interuallo lagat epistola. Ad romanos. j.

Fratres: Paul⁹ seruus iesu xpi vocat⁹ apl's: segregat⁹ in euāgeliū dei: qd̄ ante pmiserat per pphetas suos in scripturis sāctis de filio suo: qui factus est ei ex semie dauid scd̄m carnē / q̄ pdestinatus est filius dei in virtute scd̄m

spiritum sanctificationis ex resur
rectione mortuorũ iesu christi do
mini nostri: per quem accepimus
gratiam et apostolatũ ad obediẽ-
dum fidei in oĩbus gentibus pro
nomine eius. In q̃bus estis & vos
vocati: iesu christi domini nostri.
Graduale. Hodie scietis quia veniet do
minus: et saluabit nos et mane videbitis
gloriam eius. ℣. Qui regis israel inten-
de qui deducis velut ouem ioseph: qui se
des super cherubin appare corã effraim
beniamin et manasse. Si hec vigilia
in dominica euenerit: missa de do
minica in capitulo dicitur: & tunc
fiat memo. de sancta maria et de
omnibus sanctis tantũ. Missa ve
ro de vigil. ad autenticum altare
sine aliqua memoria cum hoc. Al-
leluya. ℣. Crastina die delebitur iniqui-
tas terre et regnabit super nos saluator
mundi. Sequentia. Jubilemus. Si
vero dominica non fuerit: tunc al
leluya et sequentia pretermittan
tur. Secundum matheum. i° ca.

In illo tempore: Cũ esset de-
sponsata mater iesu maria
ioseph: antequã conuenirent inuen
ta est in vtero habens de spiritu sã
cto. Joseph autem vir eius cum es
set iustus: & nollet eam traducere:
voluit occulte dimittere eã. Hec
autem eo cogitante: ecce angelus
domini in somnis apparuit ei di-
cens. Joseph fili dauid noli time-
re accipere mariã coniugẽ tuam.
Quod enim in ea natũ est: de spiritu
sancto est. Pariet aũt filium: & vo
cabis nomẽ eius iesũ. Ipse enim sal
uum faciet populũ suũ: a peccatis
eorũ. Offer. Tollite portas principes
vestras et eleuamini porte eternales. Dñi
est terra et plenitudo eius orbis terrarũ
et vniuersi qui habitant in eo. Iste. ℣. si
dñica fuerit eo anno pretermitta

Da nobis q̃s tur. Secreta.
oĩps deus. vt sicut adoran-
da filij tui natalicia preuenimus: sic
eius munera capiamus sempiter
na gaudentes. Per eũdem. Prefa
tio quotidiana. Coĩo. Reuelabitur
gloria dñi et videbit omnis caro salutare dei

Da nobis Postcoĩo. nostri.
q̃s dñe vnigeniti filij tui re
censita natiuitate respirare: cuius
celesti mysterio pascimur et pota-
mur. Per eũd. In nocte natiuita.
dñi post. ix. lectionẽ. cantetur hoc
euangeliũ in pulpito a dyacono.

Liber generationis iesu xpi
filij dauid filij abraham. A
braham genuit ysaac: ysaac autẽ
genuit iacob. Jacob autem genu
it iudam & fratres eius. Judas au
tẽ genuit phares et zaram de tha-
mar. Phares autẽ genuit esrom.
Esrom autem genuit aram. Arã
autem genuit aminadab Amina
dab autẽ genuit naason Naason
autem genuit salmon. Salmon
autẽ genuit boos de raab. Boos
autẽ genuit obeth ex ruth. Obeth
autem genuit iesse. Jesse autem
genuit dauid regem. Dauid autẽ
rex genuit salomonẽ: ex ea q̃ fuit
vrie Salomon aũt genuit roboã
Roboã autẽ genuit abiam Abias
aũt genuit asã. Asa aũt genuit io
saphat. Josaphat aũt genuit iorã
Jorã aũt genuit oziã Ozias aũt ge

nuit ioathan. Joathan aūt genu
it achaz Achas aūt genuit ezechiā
Ezechias autē genuit manassen.
Manasses autem genuit amon.
Amon aūt genuit iosiam Josias
autē genuit iechoniā et fratres ei⁹
in trāsmigratione babilonis. Et
post transmigrationē babilonis:
iechonias genuit salathiel. Sala-
thiel autē genuit zorobabel. zoro-
babel autem genuit abiud Abiud
aūt genuit eliachim Eliachim au
tē genuit azor. Azor autē genuit
sadoch. Sadoch aūt genuit achi.
Achim aūt genuit eliud Eliud au
tem genuit eleazar. Eleazar autē
genuit mathan. Mathan autē ge
nuit iacob. Jacob autē genuit io-
seph virū marie. De qua natus est
ies⁹: qui vocatur xp̄s. Finito euā-
gel'. sacerdos incipiat. p̄s. Te deū
lau. Quo dicto rectores chori inci
piāt missā. Ad missā in gallicātu.

Dominus dixit ad Offm.
me filius meus es tu ego
hodie genui te. p̄s. Quare
fremuerūt gētes: et populi meditati sūt
inania. Kyrie. cū suis. ℣. Sequatur
Gloria in excelsis. more duplic' festi.
Sciendū q̄ sēper ad missam dicit'
Gloria in excelsis quotiens ad matu
tinas dicitur. Te deū. nisi missa.
Salus ppl'i. vel missa de cruce vel
missa dn̄icalis in aliquo fes. iij. lec.
vel infra octa. sine regie chori can
tanda fuerit. Quādo vero aliqua
missa de vigil'. vel de fes. iij. lec. in
capi. de dn̄ica dicitur: tunc etiā di-
citur cantus sup. Kyrie. Gloria in ex-
celsis. quādo d'r. Sanctus et Agnus
et Ite missa est. sicut in fest. iij. lecti
Similiter fiat quando dicit' missa
dn̄icalis i capi. die dn̄ica: tunc eti-
am dicetur. Credo. Oratio

Deus qui hanc sacratissimā
noctem veri luminis fecisti illustra-
tione clarescere: da q̄s. vt cuius lu
cis mysteria i terra cognouimus:
eius quoq̄ gaudiis in celo perfru
amur. Per d'. Duo clerici de. ij. for
ma in cappis sericis in pulpito si-

Laudes mul cantent lect.
deo dicā per secula: qui me
plasmauit i manu dextera atq̄ rē
demit cruce purpurea sanguie na
ti. Hic cantetur alternati. Lectio
esaie pph̄e. In qua xp̄i lucida va-
ticiatur natiuitas. Hec dicit dn̄s.
Pater filius sāctusspiritus in quo
sunt oīa condita supna atq̄ ima-
Populus gentiū qui ambulabat
in tenebris. Quē creasti: quē frau
de subdola hostis expulit paradiso:
et captiuatū secū traxit ad tarta-
ra. Vidit lucem magnā Fulserūt
et immania nocte media pastori-
bus lumina. Habitantibus in re-
gione vmbre mortis: lux. Sempi
terna et redemptio vere noua. Or
ta est eis. Ostupenda natiuitas.
Paruulus enim natus est nobis.
Magnus hic erit iesus filius dei.
Et filius. Patris summi. Datus
est nobis. Ab arce summa predi-
ctum sic erat. Et factus est princi-
patus super humerum ei⁹. Ut ce-
los regat atq̄ arua. Et vocabitur
nomē ei⁹. Messias: sother: ēmanu
el: sabaoth: adonay Admirabilis
Radix dauid Cōsiliari⁹. Dei pris.

Deus. Qui creauit omia. Fortis Baratri claustra perimēs teterrima. Pater futuri seculi. Rex oīs et cuncta regēs. Princeps pacis. Hic est in euū. Multiplicabit eius imperiū In hierl'm iudea siue samaria. Et pacis nō erit finis. Per secula sēpiterna Sup soliū dauid et super regnū eius sedebit. Et regni meta sui nō erit aliqua. Ut cōfirmet illud. In fidei pignore. Et corroboret i iudicio et iusticia. Iudex cū venerit iudicare seculum. Amodo. Illi debetur glīa laus et iubilatio. Et vsqz in sempiternū. Hic cantent simul vsqz ad finem. Ab ortu solis vsqz ad occiduos ad fines mūdi orbis per climata laus creatori resonet congrua. Amen dicant omia. Ubi nō habetur iste cātus legat̄. Lcō esaie pphete. ix.

Hec dicit dn̄s: Populus gentium qui ambulabat i tenebris: vidit lucē magnā. Habitātibus in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Paruulus ei natus est nobis: et filius datus est nobis. Et factus est pricipatus super humerū eius: et vocabitur nomen eius admirabilis/ consiliari⁹/ deus fortis: pater futuri seculi/ priceps pacis. Multiplicabitur eius iperiū: et pacis non erit finis. Super soliū dauid: ⁊ super regnū eius sedebit: vt confirmet illud: et corroboret in iudicio et iusticia. Amodo: ⁊ vsqz in sempiternū. Sine iteruallo legatur. Ep'la. Ad titum. ij. ca.

Charissie: Apparuit gratia dei saluatoris nostri: oībus hoībus erudiens nos: vt abnegantes impietatē et secularia desideria sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuam⁹ in hoc seculo. Expectantes beatā spem: et aduentū glīe magni dei: et saluatoris nostri iesu xp̄i. Qui dedit semetipsū pro nobis: vt nos redimeret ab iniquitate: et mūdaret sibi populū acceptabilē: sectatorem bonorū operum. Hec loquere: et exhortare. In xp̄o iesu domino nostro. Gr. Tecū principiū in die virtutis tue in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellum pedū tuorū. All'a. ℣. Dn̄s dixit ad me fili⁹ meus es tu ego hodie genui te. Sequētia

Nato canunt oīa dn̄o pie agmina. Syllabatim neumata perstringo organica. Hec dies sacrata in qua noua sunt gaudia mūdo plene dedita. Hac nocte precelsa intonuit ⁊ glīa in voce angelica. Fulserūt ⁊ imania nocte media pastoribus lumina. Dū fouēt sua pecora subito diua percipiūt monita Natus alma virgine qui extat ante secula. Est immensa in celo glīa pax et in terra. Sic ergo celi catua altissime iubilat. Et tāto canore tremat alta poli machina. Sonet ⁊ per omnia hac in die gloria voce clara reddita. Humana concrepēt cuncta deū natū in terra. Confracta sūt imperia hostis crudelissima. Pax in terra reddita nunc letentur oīa nati per exordia. Solus qui tuetur omnia. Solus qui condidit oīa. Ipse sua

pietate soluat oīa peccata nostra.
Euangelium more duplicis festi.
Secundum lucā secūdo capitulo
In illo tpe: Exiit edictum a
cesare augusto: vt describe-
retur vniuersus orbis. Hec descri
ptio prima facta est a preside syrie
cyrino. Et ibant oēs vt profiterē-
tur singuli: i suā ciuitatē. Ascēdit
aūt et ioseph a galilea de ciuitate
nazareth in iudeā ciuitatē dauid:
que vocatur bethleē. Eo q esset de
domo et familia dauid: vt profite
retur cū maria despōsata sibi vxo
re pregnante. Factū est aūt cū es
sent ibi: impleti sunt dies vt pare-
ret. Et peperit filiū suū primoge-
nitū. Et pannis eū inuoluit: et re
clinauit eum in presepio: quia nō
erat ei locus in diuersorio. Et pa-
stores erant in regione eadem: vi
gilantes et custodientes vigilias
noctis supra gregē suum. Et ecce
angelus dñi stetit iuxta illos: et cla
ritas dei circūfulsit illos: et timue
runt timore magno. Et dixit illis
angelus. Nolite timere. Ecce eni
euāgelizo vobis gaudiū magnū
quod erit omni populo: quia nat9
est vob3 hodie saluator: qui est xps
dñs in ciuitate dauid. Et hoc vo-
bis signū. Inuenietis infantē pā
nis inuolutū: et positū in presepio
Et subito facta est cū angelo mul
titudo militie celestis laudātium
deum et dicentium. Gloria i altis
simis deo: et in terra pax homibus
bone voluntatis. Et legatur i pul
pito more duplicis fes. Credo. Of
fertoriū. Letentur celi et exultet terra
ante faciem dñi qm venit. Secreta.
Accepta sit tibi domine qs
hodierne festiuitatis obla
tio: vt tua gratia largiēte per hec
sacrosancta cōmercia in illius in
ueniamur forma: in quo tecū est
nostra substantia iesus xpus dñs
noster. Qui tecū viuit. Prefatio.
Quia per incarnati. Hec prefatio
dicitur i die natiuitat3 dñi ad oēs
missas: et quotidie per ebdomadā
et in die circūcisionis dñi: et i om-
nibus missis de sctā maria ab hac
die vsq3 ad purificationē. Cōmu
nicantes vero dicitur tātum vsq3
ad circuncisionē: et in die circunci
sionis. Coio. In splendoribus sctor3
ex vtero ante luciferū genui te. Postcō.
Da nobis quesumus domie
deus noster vt qui natiuita
tem dñi nostri iesu xpi nos frequē
tare gaudemus: dignis conuersa
tionibus ad eius mereamur per-
tingere consortium. Qui tecum.
Ad missam in aurora. Officium.
Lux fulgebit hodie super
nos quia natus est nobis
dñs: et vocabitur admira
bilis deus princeps pacis: pater fu
turi seculi: cuius regni non erit fi-
nis. Ps. Dñs regnauit decorem indut9
est: indutus est dñs fortitudinē et precin-
xit se. Ad hanc missā dr. Kyrie absq3
h. Glia in excelsis. Sanctus et Agnus
sicut in festo simplici. ix. le. dicunt
Da quesumus oṗs de9. vt q
noua icarnati verbi tui lu-
ce perfundimur hoc in nostro re-
splendeat opere: quod per fidē ful
get i mēte. Per eūd. Memoria de

sctā anastasia cum hac oratione.

DA quesumus oḡs deus. vt qui beate anastasie martyris tue solēnia colimus: eius apḋ te patrocinia sentiamus. Per. Ad hanc missā dicunt̄ plures orōnes vel pauciores Sequēs lectio legatur ī pulpito ab vno clerico de scḋa forma. Lectio esaie ꝑphete. lxj.

HEc dicit dn̄s. Spiritus dn̄i super me eo ꝙ vnxerit me: euāgelizare pauperibꝫ misit me. Ad annūciandū māsuetis misit me. Ut mederer contritis corde: vt predicarē captiuis īdulgentiā: et clausis apertionē. Ut predicarem annū placabilē dn̄o: et diem vltionis deo nostro. Ut cōsolarer oēs lugentes: et ponerē fortitudinem lugentibus syon: et darē eis coronam pro cinere: oleū gaudij pro luctu: palliū laudis ꝓ spiritu meroris. Et vocabūtur in ea fortes iusticie plantatio dn̄i ad glorificandū. Ecce dn̄s auditū fecit in extremis terre. Dicite filie syon. Ecce saluator tu⁹ venit: ecce merces eius cū eo: et opus illius corā illo. Et vocabunt eos populus sāctus: redēpti a domino. Sine interuallo. Epistola ad titum. iij. capi.

CHarissime: Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei. Non ex operibus iusticie que fecimus nos: sed secūdū suā miaꝫ saluos nos fecit Per lauachrum regenerationis et renouationis sp̄ussācti: quē effudit in nos abunde per iesū xp̄m saluatorem nostrū. Ut iustificati grā ipsius: heredes simus secundū spē vite et̄ne. In xp̄o iesu dn̄o nostro.

Grad. Benedictus qui venit in nomīe domini deus dn̄s ⁊ illuxit nobis. ℣. A domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris. All'a. ℣. Dn̄s regnauit decorem induit: induit dn̄s fortitudinem ⁊ precinxit se virtute. Sequentia.

SOnent regi nato noua cātica. Cuius pater fecit omnia mater est virgo sacratissima. Generās hic nescit feminā illa est sine viro grauida. Uerbum corde patris genitum ante secula. Alu⁹ matris gessit corporatū per tēpora. O mira genitura o stupēda natiuitas. O proles gloriosa humanata diuinitas. Sic te nasciturū filij dei vates docti tuo spiritu dixerant. Sic te oriente laudes tibi cantant pacē terris angeli nunciant. Elemēta vultus exhilarant. Omēs sancti gaudētes iubilant. Salue clamādo nosqꝫ salua. Deitas in ꝑsonis trina. Simplex vsia Euangel'. legatur ī pulpito more dn̄icali. Secundū lucam. ij. capi.

IN illo tēpore: Pastores loq̄bantur adinuicē. Transeamus vsqꝫ bethleem: et videamus hoc verbū quod factū est quod fecit dn̄s: et ostendit nobis. Et venerunt festinātes: et inuenerūt mariam ⁊ ioseph/et infantem positū in presepio. Uidentes aūt cognouerūt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omēs qui audierunt mirati sūt: ⁊ de his que dicta erant a pastoribꝫ ad ipsos. Maria aūt conseruabat oīa verba hec

conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deum: in oībus que audierant et viderant/sicut dictū est ad illos. Credo. Offr. Deus enim firmauit orbem terre qui non commouebitur parata de⁹ sedes tua ex tūc a seculo tu es

Munera nostra que Secre. sumus dn̄e natiuitatis hodierne mysteriis apta proueniāt: vt sicut homo genitus idem refulsit deus: sic nobis hec terrena substantia conferat quod diuinū est. Per eūdem. Alia secreta.

Accipe quesumus dn̄e munera dignanter oblata et beate anastasie suffragantibus meritis: ad nostre salutis auxiliū prouenire cōcede. Per. Prefatio et Coicātes. vt s. Coio. Exulta filia syon lauda filia hierusalem ecce rex tuus venit scūs et saluator mūdi. Postcomunio.

Huius nos domine quesum⁹ sacramenti semper natalis nouitas instauret: cuius natiuitas sigularis humanā repulit vetustatem. Per eūdem dominū no. Alia postcoio.

Satia sti domine familiam tuam muneribus sacris: eius quesum⁹: semper interuētione nos refoue: cui⁹ solēnia celebramus. Per. Ad terciā missā in die nati. dn̄i. Offm

Puer natus est nobis et filius datus est nobis. cuius imperium super humerum eius et vocabitur nomen eius magni consilij angelus. Ps. Cantate domino canticū nouū: quia mirabilia fecit. Oratio.

Concede quesum⁹ omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundem Qui tecum viuit. Sequēs lectio legatur in pulpito ab aliquo de superiori gradu in supellicio. Lectio esaie prophete. lij. capitulo.

Hec dicit dominus. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar ecce assum. Quā pulchri super mōtes: pedes annūciantis et predicantis pacem: annunciantis bonū: predicantis salutem: dicentis. Syō regnabit deus tuus. Uox speculatorū tuorū. Leuauerunt vocem simul/laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt: cum conuerterit dn̄s syon. Gaudete et laudate simul deserta hierusalem: quia consolatus est dominus populum suū/redemit hierusalē. Parauit dn̄s brachiū sanctum suum in oculis omniū gentium: et videbūt omnes fines terre: salutare dei nr̄i. Ad hebreos. j.

Fratres: Multipharia multisq₃ modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio: quem constituit heredem vniuersorum: per quem fecit et secula. Qui cum sit splēdor glorie et figura substātie eius/portās q₃ omnia verbo virtutis sue: purgationem peccatorū faciens: sedet ad dexteram maiestatis i excelsis: tāto melior angelis effect⁹: quāto

differentius pꝛe illis nomen here-
ditauit. Cui enim dixit aliquando
angeloꝝ: filius meus es tu? Ego
hodie genui te? Et rursū. Ego ero
illi in patrem: et ipse erit michi in
filiū. Et cū iterum introducit pri
mogenitū ī orbem terre dicit. Et
adorent eū omnes angeli dei. Et
ad angelos quidem dicit. Qui fa-
cit ãgelos suos spūs: et ministros
suos flamam ignis. Ad filium au
tem. Thronus tuꝰ deus in seculū
seculi: virga equitatis ꝟga regni
tui. Dilexisti iusticiam et odisti ini
quitatem: propterea vnxit te deus
deus tuꝰ oleo exultationis pꝛe par
ticipibꝫ tuis. Et tu in principio do
mine terram fūdasti et opera ma
nuū tuarū sunt celi. Ipsi peribūt
tu aūt permanebis: et omēs vt ve
stimentū veterascent. Et velut a-
mictū mutabis eos: et mutabun-
tur. Tu autē idem ipse es: et anni
tui non deficient. Graduale. Vide
rūt omnes fines terre salutare dei nostri
iubilate deo omnis terra. ℣. Notum fe-
cit dominus salutare suum ante conspe-
ctum gentium reuelauit iusticiā suam.
Alleluya. ℣. Dies scīficatus illuxit no-
bis venite gentes et adorate dominum:
qꝛ hodie descēdit lux magna super terrā

Celeste organū Sequētia.
hodie sonuit ī terra. Ad par
tū virginis superum cecinit cater
ua Quid facis humana turba cur
non gaudes cum supera? Vigilat
pastor cura vox auditur angelica
Cantabant inclita carmia plena
pace et gloria. Ad xp̄m referūt pro
pria nobis canunt ex gratia. Nec
sūt absolute data sed decenter sūt
prolata. Affectꝰ deserant vicia et
sic nobꝫ pax est illa: qꝛ bonis est p̄-
missa. Iūgūtur superis terrea ob
hoc quidem laus est iūcta sed decē
ter fit diuisa. Gaude homo cū per
pēdis talia. Gaude caro facta ver
bi socia. Nūciant eiꝰ ortū sydera
lucis per indicia Ineūt duces gre
gū lumina bethleem vsqꝫ preuia.
Inueniturrex celoꝝ inter anima
lia. Arto iacet in presepe rex qui ci
git omnia Stella maris quem tu
paris colit hūc ecclesia Ipsi nostra
per te pia placeant seruitia. Reso-
nant cuncta redempta. Initiū
scti euāgelij secūdum iohannē. j.

In principio erat verbum:
et verbum erat apud deum.
Et deus erat verbum. Hoc erat in
principio: apud deū. Omnia per
ipsum facta sūt: et sine ipso factū
est nichil. Quod factum est in ip̄o
vita erat Et vita erat lux hominū
Et lux in tenebris lucet et tenebre
eam non comprehenderunt. Fu
it homo missus a deo: cui nomen
erat iohannes. Hic venit in testi
monium vt testimonium perhi-
beret de lumine: vt omnes crede-
rent per illū. Non erat ille lux: sed
vt testimonium perhiberet de lu-
mine. Erat lux vera: que illumiat
omnem hominem venientem in
hunc mundū. In mundo erat: et
mundus per ipsū factus est: et mū
dus eum non cognouit In ppria
venit: et sui eum non receperunt.
Quotquot autem receperunt eū:
dedit eis potestatē filios dei fieri.

his qui credūt in nomie eius. Qui
non ex sanguinibus: neqꝫ ex volū
tate carnis: neqꝫ ex voluntate vi-
ri: sed ex deo nati sūt. Et verbū ca
ro factū est: et habitauit in nobis.
Et vidimus gloriam eius: gloriā
quasi vnigeniti a patre. Plenum
gratie: et veritatis. Offertor. Tui
sunt celi ⁊ tua est terra orbem terrarum
et plenitudinem tu fūdasti. iusticia et iu-
dicium preparatio sedis tue. Secreta.

Oblata domie munera noua
vnigeniti tui natiuitate sā-
ctifica: nosqꝫ a peccatorum nostrorum
maculis emunda. Per eundem.
Coio. Viderunt omnes fines terre sa-
lutare dei nostri. Postcommunio.

Presta quesumus omnipo-
tens deus: vt nat⁹ hodie sal
uator mūdi: sicut diuine nobis ge
neratiōis est auctor: ita ⁊ i morta-
litatis sit ipe largitor. Qui tecum
viuit et regnat. In die sancti ste-
phani prothomartyris. Officiū.

Etenim sederūt principes
et aduersū me loquebant:
et iniqui persecuti sunt me:
adiuua me domine deus meus qꝛ
seruus tuus exercebatur i tuis iu-
stificationibꝫ. ps. Beati imaculati i
via: q ābulāt in lege dñi. Glia pa. Or.

Da nobis qs dñe imitari qđ
colimus: vt discamus ⁊ ini
micos diligere: quia ei⁹ natalicia
celebram⁹: qui nouit etiam ꝑ per
secutoribus exorare dñm nostrū
iesū xpm filiū tuū. Qui tecum vi.
Meoria de natiuitate tm. Epla.

Lcō actuum aplorum. vj ⁊ vij.
In diebus illis: Stephanus
plenus grā ⁊ fortitudine faciebat
prodigia ⁊ signa magna in pplo.
Surrexerūt aūt quidam de syna
goga q̄ appellabatur libertinorū
et cyrenensiū ⁊ alexandrinorum:
et eorum qui erant a cilicia et asia di-
sputātes cū stephano. Et non po-
terant resistere sapiētie ⁊ spiritui:
qui loquebatur. Audiētes autem
hec dissecabātur cordibus suis: et
stridebant dentibus in eū. Cū au
tem esset stephanus plenus spiri-
tusancto: intendens in celū vidit
gloriā dei: et iesū stantē a dextris
dei et ait. Ecce video celos aptos ⁊
filiū hois stātē a dextris ꝟtutꝫ dei.
Exclamātes aūt voce magna cō-
tinuerūt aures suas: et impetum
fecerunt vnanimiter in eum. Et
eiiciētes eum extra ciuitatem: la-
pidabant. Et testes deposuerunt
vestimenta sua secus pedes adole
scentis: qui vocabatur saulus. Et
lapidabant stephanū inuocātem
et dicentem. Domine iesu suscipe
spiritum meū. Positis autem ge-
nibꝫ clamauit voce magna dicēs
Dñe ne statuas illis hoc peccatū.
Et cum hoc dixisset: obdormiuit i
dño. Graduale. Sederunt principes
et aduersum me loquebantur: et iniqui
persecuti sunt me. ℣. Adiuua me domie
deus me⁹: saluum me fac propter mise-
ricordiam tuam. Allelupa. ℣. Video ce
los apertos et iesum stantē a dextris vir-
tutis dei.

Magn⁹ Sequētia.
deus i vniuersa terra. Ma
gna sūt eius vbiqꝫ omia in celo at
qꝫ in terra opera. Qui est rex regū
dñs oium a patre genitus ante se

cula. Cuius caritas vera celo subleuat stephanũ de terra Atqȝ perẽni vita ornat candida digniter corona. Plenus etenim stephanus deitate atqȝ gratia. Magna dabat prodigia docẽs verissima dogmata. Cum autem predicaret iã presentia. Nostre redẽptionis noua gaudia. Intento ĩ superna celi patet ianua. Dixitqȝ circũstanti plebi voce publica. Sacra plenꝰ gratia. Ecce dei video admirabilẽ gloriã. Claritate fulgida. Atqȝ iesũ stantẽ in virtutis dei dextera. Cũ hoc audisset impia gens iudaica. Dans fremitum cõcita. Quassat lapidibus stephani membra. Sed stat fortiter patiẽs martyr et orat. Ne his christe norã statuas. Sed iã accipe animã meã. Et cum hoc dixisset ĩ domino obdormiuit pace eterna. Tu et nobis martyr o stephane sempiterna impetra gaudia. Iste vltimus ꝟ. dr trina vice in hoc festo. et in inuentione eiusd

Secundum matheum. xxiij. cap.

In illo tempore: Dicebat iesus turbis iudeorum et principibus sacerdotũ. Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas et sapiẽtes et scribas: et ex illis occidetis: et crucifigetis: et ex eis flagellabit; in synagogis vestris. Et persequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat super vos ois sanguis iustus: qui effusus est super terram a sanguine abel iusti vsqȝ ad sanguinẽ zacharie filij barachie: quẽ occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis: venient hec omia super generationem istã. Hierusalẽ hierusalẽ que occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt: quotiens volui congregare filios tuos queãdmodum gallina cõgregat pullos suos sub alas et noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: non me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus qui venit: in noie domini. Credo. Offertoriũ. Elegerũt apostoli stephanum leuitam plenũ fide et spiritusancto quem lapidauerunt iudei orantẽ et dicẽtẽ: dñe iesu accipe spiritum meum alleluya. Secreta.

Suscipe q̃s domie munera pro sãcti cõmemoratione martyris tui stephani: vt sicut illum passio fecit gloriosũ: ita nos deuotio reddat innocuos. Per. Coio. Video celos apertos: et iesum stantẽ a dextris virtutis dei: dñe iesu accipe spiritũ meum et ne statuas illis hoc peccatum: quia nesciunt quid faciunt. Postcoio.

Auxilientur nobis domine sũpta mysteria: et intercedente beato stephano prothomartyre tuo sẽpiterna nos ꝓtectione confirment. Per dominum. In die scti iohis euãgeliste. Officium

In medio ecclesie aperuit os eiꝰ et impleuit eum dñs spiritu sapientie et intellectus: stola glorie induit eum In tp̃e paschali. alleluya alleluya ꝑs. Iocunditatem et exultationem thesaurizauit super eum. Oratio.

Ecclesiam tuam q̃s dñe benignus illustra: vt beati iohãnis apostoli tui et euangeliste illumi-

nata doctrinis: ad dona perueniat sempiterna. Per. Memoria de natiuitate: et de sancto stephano tm̄
Lectio libri sapiētie ecclesia. xv. c.
QUi timet deū: faciet bona. Et qui continēs est iusticie apprehendet illam: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illum pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo: et non flectetur: et continebit illum et non confūdetur: et exaltabit illum apud proximos suos. In medio ecclesie aperiet os eius: et implebit eū dn̄s spiritu sapientie et itellectus: et stola glorie induet eum. Jocunditatem et exultationē: thesaurisabit sup eū. Et nomie eterno hereditabit illū: dn̄s de⁹ noster
Graduale. Exiit sermo inter fratres ꝙ discipulus ille nō moritur. ℣. Sed sic eum volo manere donec veniam: tu me sequere. Allelua. ℣. Hic est discipulus ille qui testimoniū perhibet de his et scimus qꝛ verū est testimoniū ei⁹. Sequē.
IOhannes iesu christo multum dilecte virgo. Tu eius amore carnalem. In naue parentem liquisti. Tu lene coniugis pectus respuisti messiam secutus Ut eius pectoris sacra meruisses fluenta portare. Tuqꝫ in terra positus gloriam conspexisti filij dei. Que solū sanctis in vita creditur contuenda esse perenni. Te xp̄us in cruce triumphans matri sue dedit custodē. Ut virgo virginē seruares atqꝫ curam suppeditares. Tu te carcere flagrisqꝫ fractus testimonio pro xp̄o es gauisus. Idē mortuos suscitas inqꝫ iesu nomine venenū forte vincis. Tibi summus tacitū ceteris verbū suū pater reuelat. Tu nos oēs precibus sedulis apud deum semper cōmēda. Johannes iesu care. Iste vltimus. ℣. ter dicatur in hoc fest. tantum. Euāge. Scd̄m iohannē. xxi.
IN illo tp̄e: Dixit iesus petro Sequere me. Conuers⁹ petrus vidit illum discipulū quē diligebat iesus sequentē: qui et recubuit in cena super pectus eius et dixit. Domie quis est qui tradet te? Hunc ergo cū vidisset petr⁹ dixit iesu Dn̄e hic autē quid? Dicit ei iesus. Sic eum volo manere: donec veniā. Quid ad te? Tu me sequere. Exiuit ergo sermo iste iter fratres: quia discipulus ille nō moritur. Et non dixit ei iesus quia non moritur: sed sic eū volo manere donec veniam: quid ad te. Hic est discipulus ille qui testimoniū perhibet de his: et scripsit hec. Et scim⁹ quia verū est testimonium eius.
Credo. Offertor. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus q̄ in libano est multiplicabitur. In tēpore paschali allā
SUscipe mune Secreta. ra q̄s dn̄e dignanter oblata: que in eius tibi solennitate deferim⁹: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dn̄m. Coio.
Exiit sermo inter fratres: ꝙ discipulus ille non moritur: et nō dixit iesus nō moritur: sed sic eum volo manere donec veniam. In tempore paschali. Allelupa. Postcommunio.

Refecti cibo potuqz celesti deus noster: te supplices exoramus: vt in cuius hec cõmemoratione percepimus eius muniamur et precibz. Per. In die sctõr innocentiũ mr ad missã. Offm.

Ex ore infantium deus et lactentiũ perfecisti laudem propter inimicos tuos. Ps. Domine domin9 noster: quam admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra. Orõ.

Deus cui9 hodierna die preconiũ innocẽtes martires non loquendo sed moriendo confessi sunt: oĩa in nobis viciorũ mala mortifica: vt fidẽ tuã quam lingua nostra loquitur: etiam moribus vita fateatur. Qui cum deo.

Memoria de natiuitate: de sãcto stephano: et de sãcto iohãne tm. Lcõ libri apoca. bti iohãnis apli .xiiii.

In diebus illis: Uidi supra montẽ syon agnũ stantem: et cũ eo centũ quadraginta quattuor milia habentes nomen eius et nomen patris ei9 scriptũ in frõtibus suis. Et audiui vocem de celo tanqȝ vocem aquarũ multarũ: et tanqȝ vocem tonitrui magni. Et vocem quam audiui sicut cytharedorum cytharizantiũ in cytharis suis. Et cantabant quasi canticũ nouum ante sedem dei: et ante quattuor animalia et seniores Et nemo poterat dicere cãticum nisi illa centũ quadraginta quattuor milia: qui empti sũt de terra Hi sunt qui cũ mulieribus nõ sũt coinquinati: virgines enim sũt. Hi sequũtur agnũ: quocũqz ierit Hi empti sũt ex omibus primitie deo et agno: et in ore ipsorum nõ est inuentũ mendaciũ. Sine macula enĩ sũt: ante thronũ dei. Grad. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. V. Laqueus contritus est et nos liberati sum9 adiutoriũ nostrum in noĩe dñi qui fecit celum et terrã Allelupa. V. Te martyrum cãdidatus laudat exercitus domine. Sequẽtia.

Celsa pueri cõcrepent melodia. Eya innocentũ canentes tripudia. Quos infans christ9 hodie vexit ad astra. Hos trucidauit frendens insania. Herodiane fraudis ob nulla crimia. In bethleem ipsius cuncta et per confinia A bimatu et infra iuxta nascendi tempora. Herodes rex christi nati verens infelix imperia. Infremit totus et erigit arma superba dextera. Querit lucis et celi regẽ cum mente turbida. Ut extinguat qui vitã prestat per sua iacula. Dũ nõ valent itueri lucem splendidam nebulosa querẽtis pectora Ira feruet fraudes auget herodes seuus vt perdat piorum agmĩa. Castra militum dux iniquus aggregat: ferrum figit in mẽbra tenera. Inter vbera lac effundit anteqȝ sanguinis fierẽt coagula. Hostis nature natos euiscerat atqz iugulat Ante psternit qȝ etas paruula sumat robora. Quam beata sũt innocentũ ab herode cesa corpuscula. Quã felices existunt matres que fuderunt talia pignora. O dulces innocentũ acies o pia lactentum pro christo certamia. Paruorum

trucidantur milia mēbris ex tene
ris manāt lactis flumina. Ciues
angelici veniūt in obuiā. Mira vi
ctoria vite captat p̄mia turba can
didissima. Te xp̄e petimus mēte
deuotissima. Nostra qui venisti re-
formare secula innocentū gloria
Perfrui nos concedas per eterna
Secundum matheum. ij. ca°.

IN illo tempore: Angel⁹ dn̄i
apparuit in sōnis ioseph di
cens. Surge et accipe puerum et
matrem ei⁹: et fuge in egyptum:
et esto ibi vsqȝ dum dicam tibi. Fu
turū est enim: vt herodes querat
puerū ad perdendū eum. Qui cō-
surgens accepit puerū ⁊ matrem
eius nocte: ⁊ secessit in egyptum:
et erat ibi vsqȝ ad obitum herodis
Ut adimpleretur quod dictū est a
dn̄o per prophetam dicētem. Ex
egypto vocaui filiū meū. Tūc he
rodes videns quoniā illusus esset
a magis: iratus est valde. Et mit
tens occidit om̄s pueros qui erāt
in bethleem et in omibus finibus
eius a bimatu et infra secundum
tēpus quod exquisierat a magis.
Tūc adimpletū est quod dictum
est per hieremiā prophetam dicen
tem. Uox in rama audita est plo-
ratus et vlulatus multus: rachel
plorans filios suos. Et noluit con
solari quia nō sunt. Credo. Offr.
Anima nostra sicut passer erepta est de
laqueo venantium: laqueus contritus
est et nos liberati sumus. Secreta.

ADesto dn̄e muneribus in-
nocentū festiuitate sacrā-
dis et presta: vt eorum sinceritatem
possimus imitari: quorū tibi di
catā veneramur infantiā. Per d.
Cō. Uox in rama audita est plorat⁹ et
vlulat⁹ rachel plorās filios suos: et no-
luit ɔsolari q2 nō sūt. Postcō.

UOtiua dn̄e dona pcepim⁹
que sctōrum nobis p̄cibȝ: et presētis
vite q̄s pariter et eterne tribue cō
ferre subsidiū. Per d. In die san
cti thome martyris. Ad missam. Offi.

GAudeamus oēs in dn̄o die
festū celebrātes sub hono
re thome martyris: de cu
ius passione gaudēt angeli: et col
laudāt filiū dei. Ps. Exaudi deus ora
tionē meā cū deprecor: a timore inimici eri-

DEus pro Orō. pe aīam meā.
cuius ecclesia gliosus pōti
fex thomas gladiis impiorum occubu
it: presta q̄s: vt oēs q̄ eius implorant
auxiliū: petitionis sue salutarē cō
sequatur effectū. Per d. Memoria
de natiuitate de sctō stephano: de sā
cto iohāne: et de innocētibus tan
tū. Epl'a. Dispōsitum. Grad. Po
suisti dn̄e. Alla. V. Glīa ⁊ hono. Seqn̄.

SOlēne canticū hodie reso-
net i terra. Ad palmā mar-
tyris exultet superū caria. Quid
facis turba iocunda gratulare cū
supera. Jubilet mens letabunda
psallat xp̄o vox libera. Colat et fe
sta dn̄ica deuota cantuaria. Jnto
natiuissa tyrānica turbulēta mili
tia. Dir leges et mādata insolen-
ter sūt prolata. Loca xp̄o consecra
ta prophanauit vis armata. Sed
xp̄i hic in vestigio stabāt thome pe
des recti vt nequirent inde flecti.
Jn sui regis obsequio arbitratus

Erased by order of Henry 8. 1538.

lucrū mori caput offert percusso-
ri. Gaude thoma de cuius victoria
Orbus christi cumulatur gaudia
Martyris declaratur gl'ia crebra
per iudicia. Curatur per eius suf-
fragia languidorum milia. Trucida
tur flos pastorū inter sanctuaria.
Nec diei nec locorum obstat reuerē-
tia. Stella maris que letaris te la
ctasse filium. Nūc precamur asse
quamur vt thome consortiū. Eius
prece gl'iosa. Euāg. Homo quidā
nobilis. Credo. Offer. Posuisti dn̄e.

S Alutaris hostie Secreta.
munus sacrādū q̄s dn̄e be-
atus thomas pōtifex et martyr no
bis ad salutem fore deposcat: vt et
conuersationis eius experiamur
insignia/ et intercessionis ei⁹ perci
piamus suffragia. Per do. Coio.

A Dsit Postcōio. Magna est.
vt et nos oīs et misericors
deus: per hec sancta q̄ sūpsimus be
ati martyr⁊ tui atq̄ pōtificis tho-
me intercessio venerāda/ qui pro
tui nois honore gl'ioso meruit co-
ronari martyrio. Per. Sexta die
a natiui. dn̄i siue dn̄ica fuerit siue
nō ad missam. Officium.

D Um mediū silentiū tene-
rēt omia et nox i suo cursu
mediū iter haberet: oīps sermo tu⁹
dn̄e de celis a regalib⁊ sedib⁊ veit.
Ps. Dn̄s regnauit decorē indut⁹ est: idu
tus est dn̄s fortitudinē et p̄cīxit se. Repe
tat offm̄. deīde dr̄ Gl'ia patri. et Si-
cut erat. tercio repetat offm̄ Kyrie.
Gl'ia i excel. Sctūs et Agn⁹ sicut i fe.
sīplici. ix lc. dicitur hac die siue do
minica fuerit. siue non. Oratio.

O Mīps sēpiterne deus: dirige
actus nr̄os in bn̄placito tuo
vt in nomīe dilecti filij tui: merea
mur bonis opibus abūdare. Qui
te. Mē. de sctō stephano: de sācto
iohāne: de inocētib⁊: et de sctō tho
ma tm̄. Ad galathas. iiij. capitu.

F Rēs: Quāto tp̄e heres par
uul⁹ est: nichil differt a ser-
uo: cū sit domin⁹ oīm Sed sub tu
toribus et actorib⁊ est: vsq̄ ad pre
finitū tp̄us a patre. Ita et nos cū
essem⁹ paruuli: sub elemētis mū-
di eramus fuientes. At vbi venit
plenitudo tp̄is: misit de⁹ filiū suū
factū ex muliere factum sub lege:
vt eos q̄ sub lege erant redimeret:
vt adoptionē filiorum reciperemus.
Qm̄ autē estis filij dei: misit deus
spiritū filij sui in corda vestra cla-
mantē abba pater. Itaq̄ iam nō
est seruus: sed filius. Quod si fili⁹:
et heres per deū. Gr. Speciosus for
ma pre filiis hoim diffusa est gr̄a in labi
is tuis. V. Eructauit cor meū verbū bo
nū dico ego opera mea regi: lingua mea
calamus scribe velociter scribentis. Alla
V. Dn̄s regnauit decorem induit: īduit
dn̄s fortitudinē et p̄cinxit se v̄tute. Hac
die semp siue dn̄ica fue. siue nō dr̄

C Hristi hodierna ista seq̄ī.
celebremus natalicia. Celi
ca resonent clare camenas agmi-
na. Nūc regis celebrando gratu-
lāter nuptias. Lux noua iam ter-
ras illustrat veteres pellens tene-
bras. Reserat superna gratia diu
clausa palatia Felix mater et sola
intacta virgo et puerpera. Iā na-
to stas grauida cū viri sis cubilis

nescia. Omnis caterua nostra te rogat dn̄a. Soluas quo nostra cū cta peccaminū vincula virgo sem piterne btā. Digna fuisti sola tollentem crimina. Intra vteri claustra portare qui gubernat oīa supera infera. Nūc sua laudāt facta gaudētes bona qua viuūt sup essentia. Nos humilima turba dam⁹ debita poscētes eius clemētiā. Ut nostra prestans tp̄a nunc quieta det placita frui vita vtilia donando famulis munera. Ac inter nos discrimina seua soluēs post funera derelicta sedem ducat mortꝫ ac malorū ignarā Ubi ad dexteram patris almā sedet ꝛ regnās coeternus per oīa. Potēter cūcta disponēdo cū eo secla p̄sentia et futura Btā iustis donās oībꝫ p̄mia. Preclara qua lux vere micat: q̄ est sal⁹ eterna et nrā glīa. S. lucā. ij. capi.

In illo tp̄e: Erāt ioseph ꝛ maria mater iesu mirātes sup his que dicebātur de illo. Et bn̄dixit illis symeō: et dixit ad mariam matrē eius. Ecce positus est hic in ruinā ꝛ in resurrectionē multorū in israel: ꝛ in signū cui contradicetur. Et tuā ipsius aīam pertransibit gladi⁹: vt reuelētur ex multis cordibus cogitatiōes. Et erat anna prophetissa filia phanuel de tribu aser: hec processerat in diebus multis: et vixerat cū viro suo annis septē a virginitate sua. Et hec vidua erat vsqꝫ ad annos octogita quattuor: q̄ nō discedebat de tēplo ieiuniis et obsecrationibꝫ seruiēs nocte ac die. Et hec ipsa hora superueniēs confitebatur dn̄o et loq̄batur de illo oībus qui expectabāt redēptionē israel. Et vt p̄fecerunt oīa secundū legē dn̄i: reuersi sūt in galileā in ciuitatē suā nazareth. Puer aūt crescebat et confortabatur: plenus sapientia. Et gratia dei erat in illo. Credo. Offertoꝛ. Deus enī firmauit orbē terre qui nō commouebitur: parata sedes tua de⁹ ex tunc

Ecce. Secre. a seculo tu es.

Apta q̄s dn̄e sacrificium plebis tue: quā iesu christi filij tui dn̄i nostri iubeas esse consortē: qui humanitatis nostre dignat⁹ est fieri particeps. Qui tecū. Coīo. Tolle puerū et matrē eius et vade in terrā iuda: defuncti sunt enim qui querebāt ani

Umpto Postcō. mā pueri.

Sacrificio dn̄e tua generaliter exultet ecclesia: quo infirmitates eius sunt assumpte: vt diuine particeps fieret ipa substātie. Per do. In die sancti siluestri. officiū.

A Oratio. Sacerdotes tui.

Da q̄s omp̄s deus: vt beati siluestri confessoris tui atqꝫ pontificis veneranda solēnitas: et deuotionē nobis augeat et salutē. Per Mēoria de natiuitate de sācto stephano: de sancto iohanne: de innocenti. et ~~sācto thoma~~. Ep̄l'a. Ecce sacerdos. Grad. Ecce sacerdos. All'a. V. Inueni. Sequētia de cōi. Euāg. Homo quidam peregre. Credo. Offertoꝛ. Inueni dauid. Secreta.

Adesto q̄s domine supplicationibus nostris/ nec vllis mentis et corporis patiaris subiacere periculis: quos beati siluestri

pontificis munit gloriosa confessio. Per dnm. Coio. Beatus seruus

Q Uesumus ops Postcoio. deus. vt hodierne mun⁹ solennitatis acceptũ: intercedente beato siluestro confessore tuo atq; pontifice: et corporibus nostris salutem prestet et mentibus. Per.

In die circũcisionis dñi ad missã. Officiũ. Puer natus est no. Oratio.

D Eus qui nob⁊ nati saluatoris diem celebrare cõcedis octauum: fac nos quesumus eius perpetua diuinitate muniri cui⁹ sumus carnali ꝯmercio reparati. Qui tecũ. Nulla fiat meõria ad hãc missã. Epl'a. Apparuit gratia dei. vt in prima missa in die nati. Grad. Uiderunt. vt in tercia missa in die nati Alleluya. ℣. Multifariam olim deus loquens patribus in prophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio suo.

E ya recolam⁹ laudibꝫ piis digna. Seque. Huius diei gaudia i qua nob⁊ lux oritur gratissima. Noctis interit nebula pereũt nostri criminis vmbracula Hodie seculo maris stella est enixa noue salut⁊ gaudia. Quẽ tremunt baratra mors cruẽta pauet ipsa a quo peribit mortua. Gemit capta pestis antiqua coluber liuidus perdit spolia. Homo laps⁹ ouis abducta reuocatur ad eterna gaudia. Gaudent in hac die agmina angelorum celestia. Quia erat dragma decima perdita et est iuẽta. O proles nimiũ beata qua redempta est natura Deus qui creauit oia nascitur ex femia. Mirabilis natura mirifice iduta assumẽs quod non erat manẽs quod erat. Induit natura diuinitas hũana quis audiuit talia dic rogo facta. Querere venerat pastor pi⁹ quod perierat. Induit galeam certat vt miles armatura. Prostratus i sua propria ruit hostis spicula auferũtur tela. In quibus fidebat diuisa sunt illius spolia capta preda sua. Christi pugna fortissima sal⁹ nrã est vera. Qui nos sũmã ad patriã duxit post victoriam. In qua sibi laus est eterna. S. lucam. ij. capi.

I N illo tempore: Postq̃ consũmati sunt dies octo vt circuncideretur puer: vocatũ est nomẽ ei⁹ iesus. Qd vocatũ est ab angelo: priusq̃ in vtero cõciperetur. Credo. Offr. Tui sunt celi. Secre.

P Resta q̃s omps deus. vt per hec munera q̃ dñi nostri iesu christi archane natiuitatis mysterio gerim⁹: purificate mentis intelligẽtia cõsequamur. Per eũdẽ. Coio. Uiderunt. Postcõmunio.

P Resta q̃s domie: vt quod nostri saluatoris iterata solennitate percepim⁹: perpetue nobis redẽptionis ꝯferat medicinã. Per eundẽ. In octa scti stephani sancti iohãnis et sctõrũ innocentiũ siue dñica fuerit siue non: ad missã oia fiant sicut in. j. die preter sequẽtiã et Credo. et prefatio. que erit quotid. ita tñ quod i octa. scti iohis dr prefatio de aplis. Et te dñe suppliciter. Et dr cantus sup Kyrie. Glia in ex. Sctus. et Agnus. sicut in festo simplici. ix. lc. tñ si dñica fuerit dr

Credo .sed nulla sequẽtia: et etiã fiant mẽo. de sctis per ordinẽ. Memoria autẽ fiat de sancta maria i octa. sãcti stephani et ab hinc vsqz ad purifica. tã in fest. qȝ in feriis et in dñicis nisi in vigilia epypha. et in die eiusdẽ cũ oratione. Deus q salutis. In vigilia epyppha. ad missã offm. Lux fulgebit. Hac die si dñica fuerit dr cantus sup. Kyrie. Glia in excelsis. Sanctus et Agnus. sicut i simplici fes. ix. lect. Si vero dñica non fuerit dicitur cãtus sicut i fe. iij. le. scḋ regie chori: ⁊ nõ dr Glia i ex nec Credo nec Ite missa est. qr quasi vigilia habẽt tñ diaconus et subdiaconus dalmatica et tunica in- Corda nostra duãtur. Orõ. Qs dñe venture festiuitatis splendor illustret quo mũdi huius tenebris carere valeamus: et perueniam⁹ ad patriã claritatis eterne. Per eundẽ. Mẽoria de sancto thoma et de sancto eduardo rege. Deus qui et confessore. Or vnigeitum filiũ tuũ dñm nostrũ iesũ christũ gliosissimo regi eduardo i forma visibili demõstrasti: tribue qs: vt eius meritꝫ et precibus ad eternam ipsius domini nostri iesu christi: visionem pertingere mereamur. Qui tecum. Non dicuntur plures vel paucio res orationes ad hãc missã: siue dominica fuerit siue non. Epistola. Apparuit benignitas. Grad. Bñdictus qui venit. ℣. A dño. Quere hec omnia in die natalis dñi ad ij. missam. Siue dñica fuerit siue nõ sẽper hac die dicitur Alla. ℣. Domin⁹ regnauit. sed nulla dicitur sequẽtia Euangeliũ. S. matheum. ij. capi. In illo tẽpore: Defuncto herode: ecce angelus dñi apparuit in somnis ioseph in egypto dicẽs. Surge et accipe puerũ et matrem eius: et vade i terram israel. Defuncti sunt eni: qui querebant aĩam pueri. Qui consurgẽs accepit puerum et matrem eius: et venit in terram israel. Audiens aũt quod archelaus regnaret in iudea pro herode prẽ suo: timuit illo ire. Et admonitus in somnis: secessit in partes galilee: et veniẽs habitauit in ciuitate que vocatur nazareth: vt adimpleretur quod dictũ est per prophetas: quoniam nazareus vocabitur. Offr. Deus eni fir. vt in die natalis domini. Secre. Tribue quesum⁹ dñe vt eũ presentibus imolemus sacrificiis ⁊ sumamus: quẽ venture solẽnitatis pia munera preloquuntur: dñm nostrũ iesũ xp̃m filiũ tuum. Qui tecum vi. Alia secreta. Sacris altaribus assistentes nos dñe quesumus spũs sãcti luce perfunde: vt quod tibi i honore bti regis eduardi deuote offerimus nobis ipso interueniente fiat remediũ salutare. Per. in vnitate eiusdẽ. Prefatio quoti. Coio. Tolle puerum. Require in. vj. die a natiuitate dñi. Postcoio. Da nobis quesumus dñe digne celebrare mysteriũ quod i nostri saluatoris infantia miraculis chorsucantibus declaratur: et corporalibus incrementis manifesta

designatur humanitas. Per eundẽ.

Vitalis alimo Alia postcõ.
nie conuiuio saginati que
sumus dñe deus noster: vt beati re
gis eduardi confessoris tui suffra
gantibus meritis: celestis conui-
uij mereamur esse participes Per
do. In nocte epypha. post ix. ℟. cã
tet hoc euãg. Dñs vobiscũ. Et cũ
spiritu tuo. Sequentia sctĩ euãge
lij secundũ lucã. iij. Gloria tibi dñe.

Factũ est autẽ cũ baptizare
tur ois populus et iesu ba-
ptizato et orante apertũ est celũ:
et descẽdit spũssanctus corporali
specie sicut colũba i ipsum: et vox
de celo facta est. Tu es fili⁹ meus
dilectus: in te cõplacuit michi. Et
ipẽ iesus erat incipiẽs quasi anno
rũ triginta vt putabatur filius io
seph Qui fuit hely: q̃ fuit mathat:
qui fuit leui. Qui fuit melchi: qui
fuit ianne: qui fuit ioseph. Qui fu
it mathathie: qui fuit amos: q̃ fuit
naũ Qui fuit heli: qui fuit nagge
qui fuit maath. Qui fuit matha-
thie: qui fuit semei: qui fuit ioseph
Qui fuit iuda: q̃ fuit iohanna: qui
fuit resa. Qui fuit zorobabel: qui
fuit salathiel qui fuit neri. Qui fu
it melchi: qui fuit addi: q̃ fuit cho-
sã. Qui fuit helmadã: qui fuit her
qui fuit iesu. Qui fuit eliezer: qui
fuit iorim: qui fuit mathath. Qui
fuit leui: qui fuit simeõ: qui fuit iu
da. Qui fuit ioseph: qui fuit iona:
qui fuit eliachi. Qui fuit melcha:
qui fuit mẽna: qui fuit mathatha
Qui fuit nathan: qui fuit dauid:
qui fuit iesse. Qui fuit obeth: qui
fuit booz: qui fuit salmon. Qui fu
it naason: qui fuit aminadab: q̃ fu-
it aram. Qui fuit esrom: qui fuit
phares: qui fuit iude. Qui fuit ia-
cob: qui fuit ysaac: qui fuit abrae.
Qui fuit thare: qui fuit nachor: q̃
fuit seruch. Qui fuit ragau: q̃ fuit
phalech: qui fuit heber Qui fuit sa
le: qui fuit chaynã: qui fuit arpha-
xat Qui fuit sem: qui fuit noe: qui
fuit lamech. Qui fuit mathusale:
qui fuit enoch qui fuit iareth Qui
fuit malaleel: qui fuit caynan qui
fuit enos. Quit fuit seth: qui fuit
adam: qui fuit dei. Jesus autẽ ple
nus spũ sancto: regressus est a ior
dane. Finito euangel'. incipiat sa
cerdos i cappa serica. Te deũ lau.
In die epyphanie ad missã. Offm

Ecce aduenit dominator
dñs ⁊ regnum in manu
eius et potestas et impe-
rium. ps Deus iudicium tu
um regi da: ⁊ iusticiam tuam filio regis

Deus Oratio. Kyrie fons.
qui hodierna die vnigeni-
tum tuũ gẽtibus stella duce reue-
lasti: concede propicius: vt qui iã
te ex fide cognouimus: vsq3 ad cõ
templandam speciem tue celsitu-
dinis perducamur. Per eũ dem.
Lectio esaie prophete. lx. capitulo

Surge illuminare hierusa-
lem quia venit lumen tuũ:
et glia dñi super te orta est. Quia
ecce tenebre operient terram: ⁊ ca
ligo populos. Super te autẽ orie-
tur dñs: et glia eius i te videbitur.
Et ambulabũt gentes in lumine
tuo: et reges in splendore ort⁹ tui.

Leua in circuitu oculos tuos et vide: omnes isti congregati sunt venerunt tibi Filij tui de longe venient: et filie tue de latere surgent. Tunc videbis et afflues: et mirabitur et dilatabitur cor tuũ: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentium venerit tibi Inundatio camelorum operiet te: dromedarij madian et effa. Oẽs de saba venient aurum et thus deferentes: et laudẽ domino annũciantes. Grad. Omnes de saba venient aurum et thus deferentes et laudem dño annũciantes. ℣. Surge et illumiare hierusalem: quia gloria dñi sup te orta est Alla. ℣. Uidim⁹ stellã ei⁹ in oriẽte et venim⁹ cũ muneribz adorare

Epyphaniã Sequẽtia. dñm. domino canam⁹ gloriosam Qua prolẽ dei vere magi adorant Immensã caldei cuius perseqz venerantur potentiã. Quem cuncti prophete precinere venturũ gentes ad saluãdas. Cuius maiestas ita est inclinata vt assumeret serui formã. Ante secula qui deus et tẽpora homo factus est ex maria. Sequẽs ℣. dr ter. Balaam de quo vaticinans exibit ex iacob rutilãs inquit stella. Et confringet ducũ agmina regionis moab maxima potentia. Huic magi munera deferũt preclara: aurũ simul thus et myrrhã. Thure deũ pdicãt auro regẽ magnũ hoiem mortalẽ myrrha. In sõnis hos monet angelus ne redeãt ad regẽ cmotũ propter regna Pauebat eteni nimiũ regẽ natũ verens amittere regni iura Magi sibi stella micante preuia. Pergũt alacres itinera patriam. Que eos ducebat ad propriam liquẽtes herodis mãdata. Qui percussus corde nimiũ pre ira. Extẽplo mãdat infantulos per cuncta Inquiri bethleem cõfinia et mox priuari eos vita. Ois nũc caterua tinnulũ iungat laudibus organi neuma. Mistice offerẽs regi regũ xpo munera preciosa. Poscens vt per orbem regna oia protegat i secula sẽpiterna. S. matheũ. ij. cap.

Cum natus esset iesus i bethleem iude i diebz herodis regis: ecce magi ab oriẽte venerunt hierosolimã dicentes. Ubi est qui nat⁹ est rex iudeorũ: Uidimus eni stellã eius in oriente: et venimus adorare eũ. Audiens aũt herodes rex turbatus est: et ois hierosolima cũ illo. Et congregãs oẽs principes sacerdotũ et scribas populi: sciscitabatur ab eis vbi xpus nasceretur. At illi dixerũt ei. In bethleem iude. Sic eni scriptũ est per pphetã Et tu bethleẽ terra iuda: nequaq̃ minima es in principibus iuda Ex te eni exiet dux qui regat populum meũ israel. Tũc herodes clã vocatis magis diligenter didicit ab eis tẽpus stelle q̃ apparuit eis. Et mittẽs illos in bethleem: dixit. Ite et interrogate diligẽter de puero: et cũ inueneritis renũciate michi: vt ego veniens adorem eum. Qui cũ audissẽt regem: abierũt. Et ecce stella quam viderãt in oriente antecedebat eos: vsqz dũ veniens staret supra vbi erat puer.

Videntes autem stellam: gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum: inuenerūt puerum cū maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eū. Et apertis thesauris suis obtulerūt ei munera. Aurum/thus: et myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodē: per aliam viā reuersi sunt in regionem suam.

Offertor. Reges tharsis et insule munera offerent reges arabum et saba dona adducēt: et adorabūt eū oēs reges terre oēs gētes seruient ei. Secre.

Ecclesie tue q̄s dn̄e dona ꝓpicius intuere: quibus non iā aurū thus et myrrha profertur: sed quod eisdem muneribus declaratur: imolatur et sumit iesus christus dn̄s noster. Qui tecū vi. Prefatio. Quia cum vnigeitus. Hec prefatio dicitur per totas octauas et in octa. et Communicantes similiter. Communio. Vidimus stellam eius in oriente et venimus cum muneribus adorare dominum. Postcōio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt que solenni celebramus officio: purificate mentis intelligentia ꝯsequamur. Per dominū. Quotidie infra octauas dicitur eadē missa. sed sine sequentia. et Credo. Tamen in dominica dicitur Credo. sed nulla sequētia. Dominica infra octa. ad missam dicitur cātus super Kyrie. Gloria in excelsis. Sanctus et Agnus. per ordinem sicut infra octa. cum regimine chori habet cetera sicut in die preter sequentiā cum hoc euāgel. Secundum iohannē .i. capi.

In illo tempore: Vidit iohānes iesum venientē ad se: et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir qui ante me factus est: quia prior me erat. Et ego nesciebam eum. Sed vt manifestetur i israel: propterea veni ego in aqua baptizās. Et testimonium perhibuit iohannes dicens Quia vidi spiritum descendentē quasi columbā de celo et mā sit super eū: ⁊ ego nesciebā eū. Sed qui misit me baptizare i aqua: ille michi dixit. Super quē videris spiritum descendentē et manētem super eum: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi et testimoniū perhibui: quia hic est filius dei.

Quod si dn̄ica infra octa. non euenerit tūc in quarta feria ifra octa. legatur hoc predictum euangelium. Tercia die infra octa. fiat memoria de martyribus luciano sociisq̄ꝫ eius cum oratione de communi plurimorum martyrū. In octaua epypha. Officium. Ecce aduenit domi. Oratio.

Deus cuius vnigenitus in substantia carnis nostre apparuit: presta quesumus: vt per eū quem similē nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui tecū vi.

Mēoria de sācto hylario. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: vt intercessione beati hylarij cōfessoris tui atq̄ꝫ pontificis cuius depositionem celebramus: perpetuam nob̄ mi

sericordiam benignus impende. Per dominum. Memoria de sancta maria. Deus qui salutis eter.

Lectio esaie prophete.

Domine deus meus honorificabo te: laudem tribuam nomini tuo qui facis mirabiles res. Cōsilium tuum antiquum verum fiat. Domine excelsum est brachiū tuum deus sabbaoth: corona spei que ornata est gloria. Exultet desertum et exultent solitudines iordanis: et populus meus videbit altitudinem domini et maiestatē dei: et erit congregatus et redemptus per deum. Et veniet in syon cum gaudio et leticia sempiterna: super caput eius laus et exultatio Et aperiam in montibus flumina: in mediis campis fontes dirūpam: et terram sitiētem sine aqua infundam. Ecce puer meus exaltabitur et eleuabitur: et sublimis erit valde. Haurietis aquas ī gaudio de fontibus saluatoris: et dicetis in illa die confitemini domino et inuocate nomen eius. Notas facite in populis virtutes eius: cātate domino: quia mirabilia fecit Annunciate hoc in vniuersa terra dicit dn̄s omnipotens. Grad. Omnes de saba. Alleluya. ℣. Vidimus stellam. Non dicitur sequentia licet dominica fuerit. Secundum matheum. iij. ca.

In illo tēpore: Venit iesus a galilea in iordanem ad iohannem vt baptizaretur ab eo. Johānes autem prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari et tu venis ad me Respondens autem iesus dixit ei Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem iesus confestim ascendit de aqua: et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritum dei descendentem sicut columbam et venientem super se. Et ecce vox de celis dicens Hic est filius meus dilectus: ī quo michi bene complacui. Offertorium Reges tharsis. Secreta.

Hostias tibi domine pro nati filij tui apparitione deferimus: suppliciter exorantes: vt sicut idē nostrorum auctor est munerum: ita ipse sit misericors et susceptor ies⁹ christus dominus noster. Qui tecum viuit et reg. Alia secreta.

Sancti hylarij precibus tibi domine quesumus grata reddatur oblatio: pro cuius est depositione immolanda. Per dominum. Prefatio. Quia cum vnigenitus tuus. et Communicantes vt in die. Cōmunio. Vidimus stel. Postcōmunio.

Celesti nos quesumus domine lumine semper et vbiq3 preueni: vt mysterium cuius nos participes esse voluisti: et puro cernamus intuitu: et digno percipiam⁹ effectu. Per dominum nostrum. Alia postcō.

Sumptum dn̄e pign⁹ redēptionis eterne/sit nobis quesumus īteruenīente beato hylario cōfessore tuo atq3 pontifice: vite presentis auxilium pariter et future. Per. Dominica j. post oct. epyphanie. ad missam. Officium.

In excelso throno vidi sedere virū quē adorat multitudo angelorum psallentes in vnū: ecce cuius imperij nomen est in eternum. ps. Jubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia.

Vota quesumus dñe Or. supplicantis populi celesti pietate prosequere. vt et que agenda sunt videant: et ad iplenda que viderint conualescāt. Per domi.

Epistola. Ad romanos. xij. capi.

Frēs: Obsecro vos per misericordiā dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentem: sanctam deo placentem: rationabile obsequium vestrū. Et nolite conformari huic seculo: sed reformami in nouitate sēsus vestri: vt probetis que sit volūtas dei bona et beneplacēs et perfecta. Dico eni vobis per gratiā que data est michi: omnibus qui sunt inter vos: non plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et vnicuiqz sicut deus diuisit mēsuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa mēbra habemus: oia autē mēbra non eundē actum habent: ita multi vnum corpus sumus in christo. Singuli autē alter alteri9 membra. In christo iesu: domino nostro. Grad. Benedictus dñs deus israel qui facis mirabilia magna solus a seculo. V. Suscipiant montes pacem populo tuo et colles iusticiam. Allelupa V. Jubilate deo omnis terra seruite domino in leticia. Nulla die dñica per annū dr sequētia ad missā quādo de dñica agitur nisi in aduentu et in tempore paschali: et nisi in dñica infra ebdomadā natiuitatis domini. Secundū lucam. ij. capitu.

Cum factus esset iesus ānorum duodecim: ascendentibus illis hierosolimā scdm consuetudinē diei festi: cōsūmatisqz diebus cum redirent: remansit puer Jesus in hierusalē: et non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illū esse ī comitatu: venerunt iter diei. et requirebant eū inter cognatos et notos. Et nō inuenientes: regressi sūt in hierusalem requirētes eū. Et factum est post triduū inuenerūt illum in tēplo: sedentem ī medio doctorum: audiētem illos: et interrogantem Stupebant aūt omēs qui eū audiebant: super prudentia et responsis eius. Et vidētes admirati sūt. Et dixit mater eius ad illum. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego: dolentes querebam9 te. Et ait ad illos. Quid est qd me querebatis? Nesciebatis quia in his que patris mei sūt oportet me esse. Et ipsi non intellexerunt verbum: quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis: et venit nazareth: et erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omia verba hec conferēs in corde suo. Et iesus proficiebat sapientia: etate et gratia apud deum et homines. Offr. Jubilate deo omis terra iubilate deo omnis terra seruite dño in leticia: intrate in conspectu eius in exultatione: qr dñs ipse est deus. Secre.

Oblatū tibi dñe sacrificiū viuificet nos

quesumus semper et muniat. Per do. Coio. Fili quid fecisti nobis sic ego et pater tuus dolentes querebamus te: et quid est quod me querebatis: nesciebatis quia in his que patris mei sunt opor.

Tua nos Postcō. tet me esse. domine sancta libantes: et perfecte capiamus purgatiōis effectum: et continuū diuine defensionis auxiliū. Per dñm. Si tempus adeo breue fuerit ab octa. epypha. usq ad septuagesimā quod tres misse dominicales scilicet. In excelso throno. Omnis terra. et Adorate. non possint singule in singulis cantari ebdomadis: tunc due vel tres misse si temporis breuitas expetierit: in vna eademq ebdomada cātentur. Et si aliquod festum trium lectionum ibidem contigerit totum fiat seruitium de fes. vsq ad missam: et tunc ad illam missam que erit de dominica: fiat secunda oratio de ipso fes. tercia de sācta maria. quarta de omnibus sanctis. quinta pro vniuersali ecclesia. Cetere vero misse q̄ sequūtur eo anno omnino pretermittātur. Hoc etiā bene obseruetur qđ nunq̄ ante primam dominicam post octa. epyphanie cantetur missa. In excelso throno. nisi quādo nulla dñica iter octa. epyphanie et septuagesimam contigerit: tūc eni in feriis primo loco post octa. epyphanie cantetur / et due misse scilicet. Omnis terra. et Adorate. in feriis sequentibus eiusdem ebdomade cantētur: et tunc nichil fiat de fes. trium lectionum que ibidem contingere possunt. Cum autē prolixum fuerit tempus: Officiū. Adorate. per tres domini. cantetur. Si vero tres fuerint dominice inter octa. epypha. et septuagesimā: ita quod tria officia predicta cantentur: tunc in feriis post terciam dominicam si vacauerint dicuntur epistole et euangelia de quarta et quinta dominica in missis de die dicētur. Feria quarta. Epistola. Ad romanos .x°. capitulo

Fratres: Volūtas quidem cordis mei et obsecratio ad deum fit: pro incredulis in salutē. Testimonium ei perhibeo illis q emulationem dei habent: sed non secundum scientiam. Ignorātes enim dei iusticiam: et suam querētes statuere: iusticie dei non sunt subiecti. Finis enim legis christ⁹: ad iusticiam omni credenti. Euāgelium secundum matheum .iiii.

In illo tpe: Cū audisset ies⁹ qđ iohānes traditus esset: secessit in galileā Et relicta ciuitate nazareth: venit et habitauit in capharnaū maritima in finibus zabulon et neptalim: vt adimpleret quod dictum est per esaiam pphetā. Terra zabulon et terra neptalim: via maris trans iordanē galilee gentiū. Populus qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnam. Et sedentibus in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Et exinde cepit iesus predicare: et dicere. Penitentiam agite: appropiquabit enim regnum celorum. Feria vj. Ad romanos .xiij. capi.

FRatres: Omīs aīa potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a deo. Que autem sunt: a deo ordinata sunt. Itaqꝫ qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autem resistit: ipse sibi damnationem acquirit Nam principes qui principantur non sunt timori boni operis: sed mali. Uis eni non timere potestatem? Fac bonū: et habebis laudē ex illa. Dei enim minister: est tibi in bonū Si autem male egeris: time. Nō enim sine causa gladium portat: dei enim minister est: vindex in iram: ei qui malum agit Ideo necessitate subditi estote: nō solum propter irā sed et propter conscientiā. Ideo et tributa prestatis. Ministri enī dei sūt in hoc ipsū seruientes. Euangeliū secundum lucā. iiij.

IN illo tē pore Egressus est iesus ī virtute spūs in galileā: et fama exiit per vniuersā regionē de illo. Et ipse docebat ī synagogis eorum: et magnificabatur ab omnibus. Et venit nazareth vbi erat nutritus: et intrauit secūdum cōsuetudinē suam die sabbati in synagogā: et surrexit legere. Et traditus est ei liber esaie prophete. Et vt reuoluit librū: inueuit locum vbi scriptum erat. Spirit⁹ dn̄i super me ꝓpter quod vnxit me: euangelizare pauperibus misit me et sanare contritos corde. Predicare captiuis remissionē ⁊ cecis visum: dimittere confractos in remissionem: predicare annū domini acceptū: et diē retributionis. Et cum plicuisset librum reddidit ministro: et sedit. et omniū in synagoga oculi erāt intendentes in eum. Cepit autem dicere ad illos: quia hodie impleta est hec scriptura ī auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabāt et mirabantur ī verbis gratie que procedebant de ore ipsius. Dominica secunda post octa. epi. ad missam. Officium.

OMnis terra adoret te deus et psallat tibi psalmum dicat nomini tuo altissime. Ps. Jubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini ei⁹ date gloriam laudi eius. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus. qui celestia simul et terrena moderaris: supplicationes populi tui clementer exaudi: et pacē tuam nostris cōcede temporibus Per dominum. Ad romanos. xij. capitulo.

FRatres: Habentes donationes secundum gratiam que data est nobis differentes siue prophetiam secūdum rationem fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet in doctrina. Qui exhortatur in exhortando: qui tribuit in simplicitate: qui preest in sollicitudine qui miseretur in hylaritate Dilectio sine simulatione. Odientes malum: adherentes bono. Caritatem fraternitatis inuicem diligētes. Honore inuicem preuenientes. Sollicitudine non pigri. Spiritu feruentes: dn̄o seruientes. Spe gaudentes: in tribulatione patientes. Oroni istantes: necessitatibus sā-

ctorũ cõmunicãtes: hospitalitatẽ sectantes. Benedicite persequentibus vos bñdicite et nolite maledicere. Gaudere cũ gaudentibus: flere cũ flentibus Idipsũ inuicẽ sẽtientes. Non alta sapiẽtes: sed humilibus consẽtientes. Grad. Misit dñs verbum suũ et sanauit eos ⁊ eripuit eos de interitu eorũ. ℣. Confiteantur domino misericordie eius et mirabilia eius filiis hoim. Alla. ℣ Laudate deũ omnes angeli eius: laudate eũ omnes virtutes eius. Secundum iohannem.ij.ca.

In illo tempore: Nuptie facte sunt in chana galilee: et erat mater iesu ibi. Vocatus est autẽ iesus: et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dicit mater iesu ad eũ. Vinũ non habẽt. Et dicit ei iesus. Quid michi ⁊ tibi est mulier? Nondũ venit hora mea. Dicit mater eius ministris Quodcũqz dixerit vobis facite. Erant aũt ibi lapidee ydrie sex posite secundũ purificationẽ iudeorũ: capiẽtes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis iesus. Implete ydrias aqua Et ipleuerũt eas: vsqz ad summũ. Et dicit eis iesus Haurite nũc: et ferte architriclino. Et tulerunt Ut aũt gustauit architriclinus aquã vinũ factũ: et non sciebat vnde esset: ministri aũt sciebant qui hauserãt aquã: vocat spõsũ architriclinus: et dicit ei. Ois hõ primũ bonũ vinum ponit. Et cũ inebriati fuerint. tũc id qd deterius est. Tu aũt seruasti vinũ bonum vsqz adhuc. Hoc fecit initiũ signorũ iesus in chana galilee et manifestauit gloriã suam. Et crediderũt in eũ: discipuli eius. Offer. Jubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa terra: psalmũ dicite nomini eius venite et audite et narrabo vobis oẽs qui timetis deũ quanta fecit dñs aĩe mee alla. Secre.

Ut tibi dñe grata sit munera popli tui supplicãtis: ab omni quesumus eũ ꝯtagione peruersitatis emũda. Per. Coio. Dicit dñs implete ydrias aqua ⁊ ferte architriclino: dum gustasset architriclinus aquam vinũ factum dicit sponso/ seruasti vinũ bonum vsqz adhuc: hoc signum fecit iesus primum coram discipulis suis.

Augeatur in nobis domine quesumus tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati sacramẽtis: ad eorũ promissa capienda tuo semper munere preparemur. Per dñm. Postcoio Feria.iiij. Ad thimotheum. j.capitulo.

Charissime. Fidelis sermo: et omni acceptiõe dignus. Quia christus iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: quorum primus ego sum Sed ideo misericordiã consecutus sũ: vt in me primũ ostenderet christus iesus omnem patientiam ad ĩformationem eorũ qui credituri sũt illi in vitam eternam. Regi autẽ seculorum immortali inuisibili soli deo honor et gloria: in secula seculorum amen. Secundum marcum. vj.capitulo.

In illo tẽpore: Egressus iesus abiit in patriam suam: et sequebantur illum discipuli sui. Et factõ sabbato: cepit ĩ synagoga docere.

Et multi audiẽtes admirabãtur in doctrina eius dicentes. Unde huic hec omnia? Et que est sapientia que data est illi: et virtutes tales que per manus ei⁹ efficiũtur? Nonne iste est faber filius marie: frater iacobi: et ioseph: et iude: et symonis? Nonne et sorores eius hic nobiscum sunt. Et scandalizabantur in illo Et dicebat eis iesus Quia non est propheta sine honore: nisi in patria sua: et in cognatione sua: et in domo sua. Et nõ poterat ibi virtutẽ vllam facere/ nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatem eorum. Feria vj. Epistola ad romanos. xiiij.

Fratres: Scio et confido in domino iesu quia nichil cõmune per ipsum: nisi ei qui existimat quid commune esse illi cõmune est Si enim propter cibum frater tuus scandalizatur aut contristatur: iam non secundũ caritatẽ ambulas Noli cibo tuo illum perdere: pro quo christus mortuus est Nõ blasphemetur ergo bonũ nostrum. Non est enim regnum dei esca et potus: sed iusticia et pax et gaudium in spiritu sãcto Qui eñ in hoc seruit xp̃o placet deo: et probatus est hominibꝫ. Itaqꝫ que pacis sunt sectemur: et que edificationis sũt ĩinuicẽ custodiam⁹. Noli propter escã: destruere opus dei. Oĩa quidẽ mũda sũt: sed malũ est homini qui per offendiculũ manducat. Bonũ est non manducare carnẽ et non bibere vinũ: neqꝫ in quo frater tuus offẽditur: aut scãdalizatur: aut infirmatur. Tu fidem quã habes penes temetipsũ: habe coram deo. Beatus qui non iudicat semetipsũ: in eo quod probat. Qui autẽ discernit: si manducauerit damnatus est: quia nõ est ex fide Omñe aũt qd nõ est ex fide: peccatũ est. S. lucam. iiij. capitu.

In illo tempore: Descendit iesus in capharnaum ciuitatem galilee: ibiqꝫ docebat sabbatis. Et stupebant in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsi⁹. Et in synagoga erat homo habẽs demoniũ imũdũ: et clamauit voce magna dicẽs Sine Quid nobꝫ et tibi iesu nazarene? Uenisti pdere nos Scio te qꝛ sis sanct⁹ dei. Et increpauit illum iesus: dicens. Obmutesce: et exi ab illo. Et cũ proiecisset illud demoniũ i mediũ exiit ab illo: nichilqꝫ eum nocuit. Et factus est pauor in omnibus: et colloquebãtur adinuicẽ dicẽtes. Quid est hoc verbũ: qꝛ in potestate et virtute ĩperat spiritibꝫ immundis et exeũt. Et diuulgabatur fama de illo in omnẽ locũ regionis. Dñica iij. post octa. epypha. Ad missam.

Adorate deũ oẽs Officiũ. angeli eius audiuit et leta ta est syon et exultauerũt filie iude. Ps. Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Oratio.

Omñs sẽpiterne deus ĩfirmitatẽ nostrã ppicius respice: atqꝫ ad protegendũ nos dexterã tue maiestatꝫ ostẽde Per dominũ Ad romanos. xij. capitulo.

Fratres: Nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos: nulli malũ pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantũ corã deo: sed etiã corã ominibus hominibz. Si fieri potest quod ex vobis est: cũ omibus hominibus pacem habẽtes. Non vosmetipsos defendentes charissimi: sed date locũ ire. Scriptũ est eni. Michi vindictam: et ego retribuã dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illũ. Si sitit: potum da illi. Hoc eni faciẽs: carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vice in bono malum. Graduale. Timebũt gentes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloriam tuã. ℣. Quoniam edificauit dominus syon et videbitur in maiestate sua. Alla. ℣. Dñs regnauit exultet terra letẽtur insule multe. S. math. viij.

In illo tempore: Cum descẽdisset iesus de monte: secute sunt eũ turbe multe Et ecce leprosus veniens: adorabat eum dicẽs Domine si vis: potes me mundare. Et extendens iesus manũ: tetigit eũ dicens. Uolo mundare. Et confestim mũdata est lepra eius. Et ait illi iesus. Uide nemini dixeris: sed vade ostende te sacerdoti: et offer munus tuum quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem itroisset capharnaũ: accessit ad eum centurio rogans eũ et dicens Domie puer meus iacet in domo paraliticꝰ: ꝛ male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniam: et curabo eum. Et respondẽs centurio: ait Domine non sum dignus vt intres sub tectum meũ: sed tãtum dic verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sũ sub potestate constitutus: habens sub me milites. Et dico huic vade: et vadit. Et alio veni: et venit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiens autem iesus miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in israel. Dico autem vobis: ꝙ multi ab oriente et occidente venient et recumbẽt cum abrahã et ysaac et iacob i regno celorum. Filij autem regni: eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletꝰ: et stridor dentium. Et dixit iesus centurioni. Uade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hora. Offertorium. Dextera domini fecit virtutem / dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam et narrabo opera domini. ℣. In tribulatione inuocaui dominum et exaudiuit me in latitudine quia dominus adiutor meus est. ℣. Impulsus euersus sum vt caderem ꝛ dominus suscepit me et factus est michi in

Secreta. Ista per salutem perpetue mysteria veneranda recolimus te domine deprecãtes: vt ꝛ deuotis eadem sacrificiis / et dignis operibus assequamur. Per. Communio. Mirabantur omnes de his que procedebant de ore dei.

Postcõ. Quos tantis domie largiris vti mysteriis: presta quesumus: vt effectibz eorũ veraciter aptari digneris. Per.

Feria quarta. Ad romanos. xvᵒ.

FRatres: Obsecro vos per dominũ nostrũ iesum christum et per caritatẽ spiritussancti vt adiuuetis me in orationibꝫ ad deum: vt liberer ab infidelibꝫ qui sunt in iudea et obsequij mei oblatio accepta sit in hierosolima sanctis: Ut veniam ad vos i gaudio per voluntatem dei: et refrigerer vobiscum. Deus autẽ pacis sit cũ oĩbus vobis. Amẽ. S. marcũ. iij.

IN illo tempore: Intrauit iesus in synagogã: et erat ibi homo habens manũ aridam. Et obseruabãt eum si sabbatis curaret: vt accusarent illum. Et ait homini habenti manũ aridã. Surge in mediũ. Et dicit eis. Licet in sabbato benefacere an male? Animam saluam facere an perdere? At illi tacebant. Et circũspiciens eos in ira: contristatus super cecitate cordis eorum. dicit homini. Extende manũ tuam. Et extẽdit Et restituta est: manus illi. Feria vj. Epl'a. Ad corinthios. j. iij. ca°.

FRatres: Nescitis quia templum dei estis et spiritus dei habitat in vobis? Si quis autem templum dei violauerit: disperdet illum deus. Templũ eni dei sanctum est: quod estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur iter vos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiens. Sapientia eni huius mũdi: stulticia est apud deũ Scriptũ est enim Comprehendã sapientes: in astutia sua. Et iterũ Dñs nouit cogitationes sapientium: qm̃ vane sunt. Nemo itaqꝫ glorietur in hominibus. Omnia enim vestra sunt siue paulus: siue appollo: siue cephas. siue mũdus: siue vita: siue mors: siue presentia siue futura. Omnia enim vestra sunt: vos autem christi: christus autem dei. Scd̃m matheum. iiij.

IN illo tempore: Circuibat iesus totã galileam docens in synagogis eorum: et predicãs euãgelium regni: et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in totam siriam. Et obtulerũt ei omnes male habentes variis languoribus et tormentis cõprehensos: et qui demonia habebãt: et lunaticos et paliticos et curauit eos Et secute sunt eum turbe multe.

Dominica iiij. post octa. epypha. Ad missam. Offm̃. Adorate. Orõ.

DEus qui nos in tantis periculis cõstitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis: vt ea que pro peccatis nostris patimur: te adiuuante vincamus. Per. Epistola. Ad roma. xiij

FRatres: Nemini quicquam debeatis: nisi vt inuicem diligatis Qui enim diligit proximũ: legem impleuit. Nam non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimoniũ dices. non concupisces rem proximi tui Et si quod est aliud mãdatum: in hoc verbo istauratur. Diliges proximũ tuũ: sicut teipsum. Dilectio proximi: malũ non operatur. Plenitudo ergo legis: est dilectio. Gr.

Timebũt gẽtes. Allelupa. ℣. Dñs reg.

In illo tpe: S. math. viij. Ascendente iesu in nauiculam: secuti sunt eũ discipuli eius. Et ecce motus magnꝰ factus est in mari ita vt nauicula opiretur fluctibꝫ. Erat aũt illis ventus cõtrarius. Ipse vero dormiebat. Et accesserũt et suscitauerũt eum dicẽtes Domine salua nos: perimꝰ. Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei? Tũc surgens imperauit ventis et mari: et facta est trãquillitas magna. Porro hoies mirati sunt: dicẽtes. Qualis est hic? Quia venti et mare: obediunt ei.

Offer. Dextera. vt s. Secre. Concede quesumus oñs deus: vt huiꝰ sacrificij munus oblatum: fragilitatem nostrã ab omi malo purget sẽper ꝛ muniat. Per Prefatio quotid. Postcõmunio.

Munera tua nos deꝰ: et a delectationibus terrenis expediant ꝛ celestibꝫ sẽp instruãt alimentis. Per. Feria iiij. Epistola ad corinthios. j. vij capitu.

Fratres: Bonũ est homini mulierẽ nõ tangere. Propter fornicationem aũt vnusquisqꝫ vxorem suã habeat. Et vnaqueqꝫ mulier virũ suum habeat. Uxori vir debitum reddat: similiter autẽ et vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet: sed vir. Similiter autem et vir sui corporis potestatẽ non habet: sed mulier. Nolite fraudare iuicem: nisi forte de consensu ad tẽpus vt vacetis orationi. Et iterum reuertimini i idipsũ: nec tẽtet vos sathanas: propter incontinentiã vestram. Euãgelium. Secundũ lucam ix. capi.

In illo tempore Factum est ambulantibus discipulis in via: dixit quidam ad iesũ Sequar te: quocũqꝫ ieris. Et ait illi iesus. Uulpes foueas habẽt: et volucres celi nidos: filius aũt hois non habet vbi caput suũ reclinet. Ait aũt ad alterũ. Sequere me. Ille autẽ dixit Dñe: permitte me primũ ire et sepelire patrẽ meum. Dixitqꝫ ei iesus. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu aũt vade et annuncia regnũ dei. Et ait alter Sequar te domine: sed primũ permitte michi renunciare his que domi sũt. Et ait ad illum iesus. Nemo mittens manũ suam i aratrum: et aspiciens retro: aptus est regno dei. Feria vj. Epl'a. Ad corĩthios. j. vij. capi.

Fratres: vnusquisqꝫ i qua vocatione vocatus est: in ea permaneat Seruꝰ vocatus es: non sit tibi cure. Sed si potes fieri liber: magis vtere. Qui enim in dño vocatus est seruus: libertꝰ est dñi. Similiter qui liber vocatus est: seruus est domini. Precio empti estis nolite fieri serui hoim. Unusquisqꝫ in qua vocatione vocatus est frater: in hac permaneat apud deũ. S. marc. x.

In illo tpe: Offerebant iesu paruulos: vt tangeret illos. Discipuli aũt cõminabantur offerentibus. Quos cũ videret iesus indigne tulit: et ait illis. Sinite paruulos venire ad me: et ne pro-

hibueritis eos. ¶ Talium est eni regnũ celorum. Amen dico vobis: quisquis non receperit regnũ dei velut paruulus: non intrabit in illud. Et cõplexãs eos et imponens manus super illos: bñdicebat eos

Dñica quinta post octa. ephie ad missam officiũ Adorate. Oratio.

Familiã tuam q̃s dñe continua pietate custodi: vt q̃ in in sola spe gratie celest? innititur: tua semper protectiõe muniatur. Per. Epistola ad colossenses. iij.

Fratres: Induite vos sicut electi dei sancti et dilecti viscera mie: mãsuetudinẽ/benignitatem/humilitatẽ/modestiã/patientiã/supportantes inuicem: et donantes vobismetipsis. Si quis aduersus aliquẽ habet querelam: sicut et dñs donauit vobis: ita et vos. Super hec oĩa autem caritatem habẽtes: quod est vinculũ perfectionis. Et pax christi exultet in cordibus vestris: in qua et vos vocati estis ĩ vno corpore: ⁊ grati estote. Uerbum christi habitet abũdãter in vobis in omi sapiẽtia: docẽtes et cõmonentes vosmetipsos in psalmis hymnis et cãticis spiritualibus in gratia cantãtes ⁊ psallentes in cordibȝ vestris deo. Omne quodcũqȝ facitis in verbo aut in opere: oĩa ĩ noĩe dñi nr̃i iesu xp̃i facite gratias agẽtes deo et patri. Per iesũ xp̃m: dñm nostrũ. Grad Timebunt gentes. All'a. ℣ Dñs regnauit. Scdm matheum. xiij.

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile factũ est regnũ celorũ homini: qui seminauit bonũ semen in agro suo. Cũ aũt dormierent hoĩes venit inimicus eius: et superseminauit zizania in medio tritici ⁊ abiit Cum aũt creuisset herba ⁊ fructũ fecisset: tunc apparuerunt et zizania. Accedentes aũt serui patrisfamilias: dixerũt ei. Dñe: nonne bonũ semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimic⁹ homo hoc fecit. Serui aũt dixerunt ei. Uis imus ⁊ colligimus ea? Et ait. Non. Ne forte colligẽtes zizania: eradicetis simul cũ eis et triticũ. Sinite vtraqȝ crescere vsqȝ ad messẽ: ⁊ in tempore messis dicã messoribus. Colligite primũ zizania: ⁊ alligate ea in fasciculos ad cõburendũ. ¶ Triticũ autẽ congregate in horreum meum. Offer. Dextera dñi. Secre.

Suscipe q̃s dñe tuorũ oblatiões p̃cesqȝ seruor: vt sub tue ꝓtectionis auxilio: et collata non perdãt: et que expetũt apprehendant. Per dñ. Prefatio quotid Coĩo. Mirabantur. Postcõmunio

Deus qui nos sacramẽti tui participatione ꝯtingis virtutis eius effectus ĩ nostris cordibus operare: vt muneri diuino qđ sũpsimus: per ipsũ munus aptemur. Per dñ. Feria iiij. Ad thimotheum. j. ij.

Charissime: Obsecro primũ oĩm fieri obsecrationes: orationes: postulationes: ⁊ gratiarũ actiones: pro omibus hoĩbus. Pro regibus et oĩbus qui in sublimitate sũt constituti:

ut quietam et tranquillā vitam agamus: in omni pietate et castitate. Hoc enim bonū est et acceptū coram deo saluatore nostro. Qui oēs homies vult saluos fieri: et ad agnitionē veritatis venire. Un⁹ eni deus unus et mediator dei et hoim homo xp̄s iesus. Qui dedit semetipsū in redēptionē pro omibus: cuius testimoniū temporibꝫ suis confirmatū est: in quo posit⁹ sū ego predicator et apostolus. Veritatē dico et non mentior: doctor gentiū in fide et veritate. Secūdum matheū .xxi.

In illo tēpore: Dixit ies⁹ turbis iudeorum. Homo quidā habuit duos filios: et accedēs ad primū dixit. Fili/vade hodie operari in vineā meam. Ille aūt respondens ait. Nolo. Postea aūt penitentia motus abiit. Accedēs aūt ad alterū: dixit similiter. At ille respōdēs ait. Eo dñe. Et nō iuit. Quis ex duobꝫ fecit volūtatē pris? Dicūt. Prim⁹. Dicit illis iesus. Amen dico vobis qꝛ publicani et meretrices p̄cedēt vos i regno dei. Venit eni ad vos iohānes in via iusticie: et non credidistis ei. Publicani aūt et meretrices: crediderunt ei. Vos aūt vidētes: nec penitentiam habuistis postea ut crederetis ei. Qui habet aures audiendi: audiat. Dominica in lxx. Ad missā. Offm̄.

Circundederunt me gemitus mortꝭ dolores inferni circūdederūt me et in tribulatione mea iuocaui dn̄m et exaudiuit de tēplo sancto suo vocē meā. ps. Diligam te dñe fortitudo mea: dn̄s firmamentū meū et refugiū meū et liberator me⁹. Ab hac die usqꝫ ad vigiliā pasche non dr̄. Glia in excelsis. neqꝫ Ite missa est. de quocūqꝫ dicit missa nisi ep̄s i cena dn̄ celebrauerit. or.

Preces populi tui q̄s dñe clementer exaudi: ut qui iuste pro p̄ctis nr̄is affligimur: pro tui nois glia misericorditer liberemur Per d̄ Ep̄la .i. Ad corithios. ix. ca.

Fratres: Nescitis qꝛ hi qui in stadio currūt oēs quidē currūt: sed un⁹ accipit brauium? Sic currite: ut cōprehēdatis. Omis eni qui in agone contēdit: ab omibus se abstinet. Et illi quidem ut corruptibilē coronā accipiāt: nos autē incorruptam. Ego igitur sic curro: non quasi i incertū. Sic pugno: non quasi aerem verberans Sed castigo corpus meū et in seruitutē redigo: ne forte cū aliis predicauerim: ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres: qm̄ patres nostri oēs sub nube fuerūt: et oēs mare transierūt: et oēs in moyse baptizati sūt: in nube et in mari. Et om̄s eādem escā spiritualē manducauerūt. Et oēs eundem potū spiritualē biberūt. Bibebant aūt de spirituali: consequēte eos petra. Petra aūt erat xp̄us. Grad. Adiutor i oportunitatibus in tribulatione sperēt in te qui nouerūt te qm̄ nō derelinquis querētes te dñe. V. Qm̄ non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperū non peribit in eternum exurge dñe non preualeat homo. Non repetatur gradu. qñcūqꝫ dicatur

trac. vts. Trac. De profūdis clamaui ad te domine dñe exaudi vocem meā. Fiant aures tue intendentes in orationē serui tui. Si iniquitates obseruaueris domine dñe quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuā sustinui te domine. Secundū mat. xx.

In illo tempore: Dixit iesus discipl'is suis parabolā hāc. Simile est regnum celorum homini patrifamilias: q exiit primo mane conducere operarios in vineā suam. Conuentione aūt facta cū operariis ex denario diurno: misit eos in vineam suā Et egressus circa horam terciam: vidit alios stātes in foro ociosos: et illis dixit. Ite et vos in vineā meā: et qd iustum fuerit dabo vobis. Illi autē abierūt. Iterū autem exiit circa sextā et nonam horā: et fecit similiter. Circa vndecimā vero exiit et inuenit alios stātes: et dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicūt ei. Quia nemo nos cōduxit. Dixit illis. Ite et vos in vineā meā. Cū sero autem factū esset: dicit dñs vinee procuratori suo. Uoca operarios et redde illis mercedē: incipiens a nouissimis vsqz ad primos. Cū venissent ergo qui circa vndecimā horam venerāt: acceperunt singulos denarios. Uenientes aūt et primi arbitrati sūt q plus essēt accepturi. Acceperunt aūt et ipsi singulos denarios. Et accipiētes murmurabant aduersus patrēfamilias dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: et pares illos nobis fecisti qui portauimus pōdus diei et estus. At ille respondēs vni eorum dixit. Amice nō facio tibi iniuriā. Nōne ex denario cōuenisti mecū? Tolle qd tuū est et vade. Uolo aūt et huic nouissimo dare sicut et tibi. An nō licet michi quod volo facere? An oculus tuus neq est q2 ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi: et primi nouissimi. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Offertorium. Bonum est cōfiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. ℣. Quoniam magnificata sunt opera tua domine: nimis profunde facte sunt cogitationes tue. ℣. Ecce inimici tui domine peribunt: et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. Prefatio quotid. Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusqz susceptis: et celestibus nos munda mysteriis et clemēter exaudi. Per do. Coīo. Illumina faciem tuā super seruum tuum: saluū me fac in tua misericordia domine non confundar quoniam inuocaui te. Postcō.

Fideles tui deus per tua dona firmentur: vt eadem et percipiendo requirant: et querendo sine fine percipiant. Per dñm. Sciendum est q seruitium huius diei non differatur propter aliquod festum: nisi cum purifi. beate marie vel dedicatio ecclesie in hac die dñica forte cōtigerit: tunc enī differatur vsqz ad iiij. feriā. Tract⁹. De profundis. pretermittatur quoniā in ferialibus diebus non dicitur tractus ante. iiij. feriam ī capite ieiunij: nisi tantum in missa pro defūctis nec etiā in festis sanctorū sine

regimine chori. Quodcunqz vero aliud fest. i hac dominica vel in aliqua dominica vsqz ad passionē domini contigerit: semper differatur licet duplex festū fuerit: et fiat seruitium de ipsa dominica: nulla facta de festo memoria nisi sit festum trium lectio. quod nō differtur sed tunc de eo fiat memoria vsqz ad quadragesimam tantum. A. iiij. autē feria. in capite ieiunij vsqz in crastinū oct. pasche nichil fiat ad missam de fes. iij. lectio. nec etiam memoria. Feria. iiij. Epl'a. ij. Ad chorinthios. iiij. capitulo.

FRatres: Si opertū est euāgelium nostrum: i his qui pereūt est opertum. In quibus deus hui⁹ seculi excecauit mentes infidelium: vt nō fulgeat illuminatio euangelij glorie christi: qui est imago dei. Non enim nosmetipsos predicam⁹: sed iesū christū dominum nostrum: nos autem seruos vestros per iesum. Quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splēdescere: illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientie claritatis dei in facie iesu christi. Habem⁹ autem thesaurum istum absconditum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei et nō ex nobis. In omnibus tribulationē patimur: sed non angustiamur. Aporiamur: sed non destituimur. Persecutionem patimur sed non derelinquimur: humiliamur sed non cōfundimur. Deiicimur: sed non perimus. Semper mortificationem iesu in corpore nostro circunferentes vt et vita iesu in corporibus nostris manifestetur. Semper enim nos qui viuimus i mortem tradimur propter iesum: vt ⁊ vita iesu manifestetur i carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autem in vobis.

Secundum marcum. ix. capitu.

IN illo tempore: Egressus iesus ibat per galileā: nec volebat quemquē scire Docebat aūt discipulos suos: et dicebat illis. Quoniam filius hoīs tradetur in manus hominum: ⁊ occidēt eum et occisus tercia die resurget. At illi ignorabant verbum: ⁊ timebāt eum interrogare. Et venerunt capharnaū. Qui cū domi essent: interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Siquidem inter se in via disputauerāt: quis esset illorū maior. Et residēs vocauit duodecim: et ait illis. Si quis vult primus esse: erit omniū nouissimus et oīum minister. Et accipiens puerū: statuit eum i medio eorum. Quē cum cōplexus esset ait illis Quisquis vnū ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo me recipit. Et quicunqz me susceperit nō me solū suscipit: sed eū qui me misit. Qui habet aures audiēdi audiat. Feria vj. ij. Ad corinthios. iiij. cap.

FRatres: Habentes spiritum fidei sicut scriptū est. Credidi propter qđ locutus sum: ⁊ nos credimus: propter quod et loqmur: scientes quoniam qui suscitauit iesum a mortuis: et nos cum iesu suscitabit: et

constituet vobiscum. Omnia eni propter vos: vt gratia abundans per multos in gratiarũ actione abundet in gloriã dei: propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris est noster homo corrũpatur: tamen is qui intus est renouatur de die in diẽ. Id enim quod in presenti est momentaneũ et leue tribulationis nostre supra modũ in sublimitate eternũ glorie pondus operatur in nobis: nõ contẽplantibꝫ nobis q̃ videnť: sed que nõ vidẽtur Que ei videnť tp̃alia sũt: q̃ aũt nõ vidẽtur: eterna sũt. S. math. xij.

In illo tp̃e: Dixit iesus phariseis. Qui non est mecũ: contra me est. Et qui non congregat mecum: spargit. Ideo dico vobis. Omne peccatum ꝛ blasphemia remittetur hoĩbus sp̃ũs autem blasphemie non remittetur. Et quicũqꝫ dixerit verbũ contra filium hominis: remittetur ei. Qui autẽ dixerit contra spiritũ sanctũ: non remittetur ei: neqꝫ ĩ hoc seculo neqꝫ in futuro. Aut facite arborem bonam ꝛ fructum eius bonũ: aut facite arborẽ malã ꝛ fructũ eius malũ Siquidẽ ex fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarũ quomodo potestis bona loqui: cũ sitis mali? Ex abundantia eni cordis: os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona. Et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autẽ vobis: quoniam omne verbũ ociosũ quod locuti fuerint hoĩes: reddẽt rationem de eo ĩ die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis: et ex verbis tuis condẽnaberis. Dñica ĩ lx. Off.

Exurge quare obdormis domine exurge ꝛ ne repellas in finem: quare faciẽ tuam auertis: obliuisceris tribulationem nostrã: adhesit in terra venter noster: exurge dñe adiuua nos et libera nos. Ps. Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annũciauerunt nobis.

Deus Oratio. qui conspicis quia ex nulla nostra actione cõfidimus: cõcede propicius. vt cõtra aduersa oĩa doctoris gẽtium ꝑtectione muniamur. Per d. Ad corithios. ij. xj. ca.

Fratres: Libenter suffertis insipiẽtes cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim: si quis vos in seruitutem redigit. Si q̃s deuorat: si quis accipit: si quis extollitur: si quis in faciẽ vos cedit. Secũdum ignobilitatẽ dico: quasi nos infirmi fuerimus ĩ hac parte. In quo quis audet. In insipientia dico: audeo ꝛ ego. Hebrei sunt: et ego. Israelite sũt: et ego Semẽ abrahe sũt: ꝛ ego. Ministri xp̃i sũt: et ego Ut min⁹ sapiens dico: plus ego. In laboribus plurimis: ĩ carceribus abundantius: ĩ plagis supra modũ in mortibus freq̃ẽter. A iudeis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidat⁹ sum. Ter naufragiũ feci. Nocte ac die ĩ profundũ maris fui In itineribꝫ sepe Periculis fluminum: periculis latronũ: periculis ex genere: periculis ex gentibus: periculis in ciuita

te: periculis i solitudine: periculis in mari: periculis i falsis fratribꝫ. In laboꝛe et erūna: i vigiliis mul tis. In fame ꝛ siti: in ieiuniis mul tis. In frigoꝛe et nuditate. Pꝛeter illa qui extrinsecus sūt: instantia mea quotidiana sollicitudo oīum ecclesiarum. Quis infirmatur et ego non infirmoꝛ? Quis scanda lizatur ꝛ ego non vroꝛ? Si gloꝛia ri opoꝛtet: q̄ infirmitatꝫ mee sunt gloꝛiaboꝛ. Deus et pater domini nostri iesu chꝛisti scit qui est bene dictus in secula: qꝛ non mentioꝛ. Damasci pꝛepositus gentis are the regis custodiebat ciuitatē da mascenoꝛum: vt me compꝛehen deret. Et per fenestram in spoꝛta dimissus sū per murum: et sic ef fugi man⁹ eius. Si gloꝛiari opoꝛ tet: non expedit quidē. Ueniā aūt ad visiones: et reuelationes domi ni. Scio hominem in chꝛisto ante annos quattuoꝛdecim: siue in coꝛ poꝛe: siue extra coꝛpus nescio de us scit: raptū huiusmodi vsqꝫ ad tercium celum. Et scio huiusmo di hominē siue in coꝛpoꝛe: siue ex tra coꝛpus nescio deus scit: quoniā raptus est in paradisū / et audiuit archana verba: que nō licet homi ni loqui. Pꝛo huiusmodi gl'iaboꝛ: pꝛo me aūt nichil nisi i infirmita tibus meis. Nam ꝛ si voluero glo riari: non ero insipiēs Ueritatem eni dicam. Parco aūt ne quis me existimet supꝛa id quod videt i me: aut audit aliquid ex me Et ne ma gnitudo reuelationū extollat me: dat⁹ est michi stimul⁹ carnis mee angelus sathane qui me colaphi set. Pꝛopter qđ ter dominū roga ui: vt discederet a me: et dixit mi chi. Sufficit tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloꝛiaboꝛ in infir mitatibus meis vt inhabitet i me virtus chꝛisti. Hec ep'la tota lega tur hac die tantū quando vero di citur per ebdomadā sēper incipia tur ab ista clausula. Damasci pꝛe positus et legatur vsqꝫ ad finem.

Gꝛad. Sciant gentes quoniam nomē tibi dn̄s tu solus altissimus super omnē terram. ℣. Deus meus pone illos vt ro tam et sicut stipulam ante faciem venti

Tractus. Cōmouisti domine terram et conturbasti eā. ℣. Sana cōtritiones eius quia mota est. ℣. Ut fugiant a fa cie arcus: vt liberentur dilecti tui. Se cundum lucam. viij. capi. In illo tempoꝛe Cum turba plurima conuenirent: et de ciuita tibus pꝛoperarēt ad iesū: dixit per similitudinē. Exiit qui seminat se minare semen suū. Et dū semiat: aliud cecidit secus viā et conculca tū est: et volucres celi comederūt illud. Et aliud cecidit supꝛa petrā et natū aruit: qꝛ non habebat hu moꝛem. Et aliud cecidit inter spi nas: et simul exoꝛte spine suffoca uerūt illud. Et aliud cecidit in ter ram bonam: ꝛ oꝛtū fecit fructum centuplum. Hec dicēs clamabat. Qui habet aures audiēdi audiat. Interrogabant autē eū discipuli eius q̄ esset hec parabola. Quibus ipse dixit. Uobis datum est nosse mysteriū regni dei: ceteris aūt in

parabolis: vt videntes non videant et audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est verbū dei. Qui autē secus viā hi sūt qui audiūt: deinde venit diabolus: et tollit verbū de corde eorum: ne credētes salui fiant. Nam qui supra petrā: hi sunt qui cū audierint cum gaudio suscipiūt verbū. Et hi radices non habent: quia ad tempus credūt: et in tempore tentationis recedunt. Quod autē in spinis cecidit: hi sūt qui audierūt et a sollicitudinibus et diuitiis et voluptatibus vite eūtes suffocantur: et non referunt fructum. Qd autem cecidit in terrā bonam: hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbū retinent. Et fructum afferūt: in patientia. Offer.

Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueantur vestigia mea inclina aurem tuā et exaudi verba mea mirifica misericordias tuas q̄ saluos facis sperātes i te dñe. V. Exaudi dñe iusticiā meā: intēde deprecationē meā auribus percipe orōnē meā. V. Custodi me domine vt pupillā oculi: sub vmbra alarum tuarū protege me: eripe me domine ab impio. Secreta.

Intende q̄s domine hostiam familie tue / vt quam sacris muneribus facis esse participem: tribuas ad eius plenitudinē peruenire. Per d. Prefatio quotid. Cō.

Introibo ad altare dei ad deum qui letificat iuuentutē meā. Postcōmunio.

Supplices te rogamus oīps deus / vt quos tuis reficis sacramentis: tibi etiā placitis moribus dignāter deseruire concedas. Per d. Feria. iiij. Ad corinthi. ij.

Fratres: Ego testem deum inuoco in animam meā: quod parcens vobis non veni vltra corinthum. Nō quia dñamur fidei vestre: sed adiutores sumus gaudij vestri: nam fide statis. Statui autē hoc ipsum apud me: ne iterū in tristicia venirē ad vos Si enim contristor vos: et quis est qui me letificet nisi qui cōtristatur ex me. Et hoc ipsum scripsi vobis: vt non cū venero tristiciā super tristiciā habeā: de quibus oportet me gaudere: confidens in omnibus vobis: quia meū gaudiū oim vestrū est. Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: vt non cōtristemini: sed vt sciatis quā caritatē habeā abūdantius in vobis. Si q̄s aūt cōtristauit me: nō me cōtristauit: sed ex parte vt nō onerē oēs vos. Sufficit illi q̄ huiusmodi est obiurgatio hec q̄ fit a pluribus: ita vt ecōtrario magis donetis et consolemini: ne forte abundātiori tristicia absorbeatur: qui huiusmodi est. Propter quod obsecro vos: vt cōfirmetis illum i caritate. Ideo eni scripsi vobis vt cognoscam experimentum vestrum: an in omnibus obedientes sitis. Si cui aūt aliqd donastis et ego. Nam et ego quod donaui: si quid donaui propter sermonem christi: vt nō circūueniamur a sathana. Non enim ignoramus: cogitationes eius. Se. marci. iiij.

In illo tempore: Cepit iesus docere ad mare: et cōgrega-

ta est ad eũ turba multa: ita vt na uim ascendens sederet i mari. Et omnis turba circa mare super terram erat. Et docebat illos in parabolis multa: et dicebat illis i doctrina sua Audite. Ecce exiit semians ad seminandum. Et dum seminat aliud cecidit circa viam: et venerunt volucres celi et comederunt illud. Aliud vero cecidit supra petrosa: vbi non habuit terrã multam: et statim exortũ est: quoniam non habebat altitudinẽ terre. Et quando exortus est sol exstu auit: et eo ꝙ non haberet radicem exaruit. Et aliud cecidit in spinis: et ascenderunt spine: et suffocauerunt illud: et fructum non dedit. Et aliud cecidit i terram bonam: et dabat fructum ascedentẽ et crescentem: et afferebat vnũ triginta: et vnũ sexaginta: et vnum centum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. Feria. vj. ij. Ad corinthios. v. ca.

FRatres: Scientes timorem dñi hominibus suademus: deo autẽ manifesti sumus. Spero autem et in conscientiis vr̃is: manifestos nos esse. Non eni iterum nos cõmendamus vobis: sed occasionem damus vobis gloriãdi pro nobis: vt hereatis ad eos qui in christi facie gloriantur et non in corde. Siue eni mente excedimus: siue sobrij sumus vobis. Caritas eni xp̃i vrget nos: estimantes hoc ꝙ si vnus pro oĩbus mortuus est: ergo omnes mortui sũt Et pro oĩbus mortuus est xp̃s vt ⁊ qui in xp̃o viuũt: iam non sibi viuant: sed ei qui pro ipsis mortuus est: et resurrexit.

IN illo tp̃e: Scd̃m luc. xvij. Interrogatus iesus a phariseis: qñ venit regnũ dei: respõdit eis et dixit. Non venit regnũ dei cũ obseruatiõe: neqꝫ dicẽt ecce hic: aut ecce illic. Ecce eni regnum dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Venient dies: quando desideretis videre vnũ diem filij hominis: et non videbitis. Et dicent vobis Ecce hic: ⁊ ecce illic Nolite ire: neqꝫ sectemini Nam sicut fulgur chorufcãs de sub celo in ea que sub celo sunt fulget: ita erit filius hominis in die sua Primum autem oportet illũ multa pati: et reprobari a generatione hac Et sicut factum est in diebus noe: ita erit ⁊ in diebus filij hoĩs. Edebant et bibebãt: vxores ducebant: ⁊ dabantur ad nuptias: vsqꝫ in diẽ qua intrauit noe in archã: et venit diluuiũ et perdidit oẽs. Similiter sicut factũ est in diebus loth: edebant ⁊ bibebant: emebant et vẽdebant plãtabant et edificabãt. Qua die aũt exiit loth a sodomis pluit ignem et sulphur de celo: ⁊ oẽs ꝑdidit. Secũdũ hec erit: qua die filius hoĩs reuelabitur. In illa hora qui fuerit i tecto et vasa eiꝰ in domo: nõ descẽdat tollere illa. Et qui i agro: similiter nõ redeat retro. Mẽores estote vxoris loth. Quicũqꝫ quesierit aiam suã saluã facere: perdet illã. Et quicunqꝫ ꝑdiderit illã: viuifica bit eã. Dico vobis i illa nocte erũt duo i lecto vno: vnus assumetur/

et alter relinquetur. Due erũt molentes in vnum: vna assumetur et altera relinquetur. Duo in agro vnus assumetur et alter relinquetur. Respondentes dicũt illi. Ubi domine? Qui dixit eis. Ubicunq3 fuerit corpus illic congregabunt et aquile. Dñica in .l. Officium.

Esto michi in deum protectorem et i locum refugij vt saluum me facias: qm̃ firmamentũ meũ et refugiũ meum es tu: et propter nomen tuum dux michi eris et enutries me. Ps. In te dñe spaui nõ confundar in eternũ: in iusticia tua libera me et eripe me. Or.

Preces nostras quesum⁹ domine clemẽter exaudi: atq3 a peccatorum vinculis absolutos: ab omni nos aduersitate custodi. Per dn̄. Ad corinthios. xiij. capi.

Fratres: Si linguis hoim loquar et angelorũ: caritatẽ autem nõn habeã: factus sum velut es sonans: aut cymbalũ tinniens. Et si habuero prophetiam: et nouerim mysteria oia: et omnem scientiã: et si habuero omnẽ fidem ita vt montes transferam: caritatem autem non habeam nichil sũ. Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas: et si tradidero corpus meũ ita vt ardeã: caritatẽ aũt non habuero nichil michi pdest. Caritas patiẽs est: benigna est. Caritas nõ emulat: nõ agit perperã: nõ inflat: non est ambiciosa: nõ querit que sua sũt: Nõ irritatur: nõ cogitat malum: non gaudet super iniquitate: congaudet autem veritati. Omnia suffert: omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet. Caritas nunq̃ excidit: siue prophetie euacuabuntur: siue lingue cessabunt: siue scientia destruetur. Ex parte eni cognoscimus: et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est Cum essem paruulus: loquebar vt paruulus: sapiebam vt paruul⁹: cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir: euacuaui que erant paruuli. Uidemus nunc per speculũ in enigmate: tunc autem facie ad faciẽ Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Nunc autem manent fides/ spes/ caritas tria hec. Maior autẽ horum est caritas. Graduale. Tu es deus qui facis mirabilia solus: notam fecisti in gentibus virtutem tuam. Vs. Liberasti in brachio tuo populũ tuũ filios israel iacob et ioseph. Tractus. Jubilate dño omnis terra: seruite domino in leticia. Vs. Introite in cõspectu ei⁹ in exultatione. Vs. Scitote qm̃ dñs ipe est deus. Vs. Ipse fecit nos et nõ ipsi nos: nos autem populus eius et oues pascue eius

Secundũ lucam. xviij. cap.

In illo tpe: Assũpsit ies⁹ duodeci discipulos suos: et ait illis: Ecce ascẽdimus hierosolimã: et consũmabũtur omia que scripta sũt per prophetas de filio homis. Tradetur enim gentibus: et illudetur: et flagellabitur et conspuetur. Et postq̃ flagellauerint occident eũ: et tercia die resurget. Et ipi nichil

horum intellexerũt. Erat autem verbũ istud ꝛ absconditũ ab eis: ꝛ non intelligebant que dicebãtur. Factum est aũt cũ appropinquaret hierico: cecus quidã sedebat secus viã mendicans. Et cum audiret turbam pretereuntem: interrogabat quid hoc esset. Dixerũt aũt ei: ꝙ iesus nazarenꝰ transiret. Et clamauit dicẽs. Jesu fili dauid miserere mei. Et qui preibant increpabant eum vt taceret. Ipse vero multomagꝫ clamabat. Fili dauid miserere mei. Stans aũt iesus iussit illũ adduci ad se. Et cũ appropiquasset: interrogauit illum dicẽs. Quid tibi vis faciã? At ille dixit. Domine vt videã. Et iesus dixit illi. Respice. Fides tua te saluũ fecit Et confestim vidit: et sequebatur illum magnificans deum. Et oĩs plebs vt vidit dedit laudem deo. Offertorium. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas: benedictus es domine doce me iustificationes tuas in labiis meis pronũciaui omnia iudicia oris tui. ℣. Beati immaculati in via qui ambulant in lege dñi: beati qui scrutantur testimonia eius in toto corde exquirunt eum. ℣. Aufer a plebe tua opprobrium et contemptũ quia mandata tua non sumus obliti domine. Secreta.

Hec hostia dñe q̃sumus emũdet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandũ subditorũ tibi corpora mẽtesqꝫ sanctificet. Per do. Prefatio quotidiana. Coio. Manducauerũt ꝛ saturati sũt nimis: et desiderium eorum attulit eis dominꝰ nõ sũt fraudati a desiderio suo. Postcõ

Quesumus omnipotens deus: vt qui celestia alimẽta percepimꝰ: per hec ꝯtra oĩa aduersa muniamur. Per d. Feria quarta i capite ieiunij post sextam. In primis fiat sermo ad populum si placuerit: deinde prosternãt se clerici in choro: et dicant septem psalmos penitentiales cũ Gloria patri. et Sicut erat. ꝛ añã. Ne reminiscaris Excellẽtior ○o sacerdos indutꝰ vestibꝫ sacerdotalibꝫ in cappa serica rubea cũ diacono a dextris/et subdiacono a sinistris cũ ceterꝫ ministris altaris: q oẽs sĩt albis cũ amictibꝫ induti: ãte altare dicãt ꝑ se septem psalmos penitentiales ĩ prostratione cũ ã. Ne reminiscaris. ps.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ ĩ ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam conturbata sũt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu domie vsqꝫquo Conuertere domine et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam nõ est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum lachrymis meis stratum meum rigabo. Turbatꝰ est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes ĩimicos meos. Discedite a me omẽs qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dñs vocem fletꝰ mei Exaudiuit dominus deprecationem

meam: dominus orationem meam suscepit. Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter. Gloria patri.

Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui nõ imputauit dominus peccatũ: nec est in spiritu eius dolus. Quoniã tacui inueterauerũt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erũna mea dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci: et iniusticiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersũ me iniusticiam meam domino: et tu remisisti ĩpietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore oportuno. Veruntamẽ in diluuio aquarũ multarum: ad eum non approximabũt. Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me/exultatio mea: erue me a circundantibꝫ me. Intellectum tibi dabo et instruam te: in via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mulꝰ: quibꝫ non est intellectus. In chamo et freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris sperantem aũt in domino: misericordia circundabit. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Gloria patri et filio. Sicut erat in princi.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ ĩ ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe sũt michi: et cõfirmasti sup me manũ tuã. Non est sanitas in carne mea: a facie ire tue/ nõ est pax ossibus meis: a facie peccatorũ meorum. Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipiẽtie mee. Miser factus sum et curuatus sum vsqꝫ in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: et gemitꝰ meus a te non est absconditus. Cor meum cõturbatum est dereliquit me virtus mea: et lumen oculorũ meorum et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerũt et steterunt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebant qui querebant animam meã. Et qui inquirebant mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego aũt tanq̃ surdus non audiebam: et sicut mutus nõ aperiens os suum. Et factus sũ sicut homo non audiẽs: et non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te dñe speraui: tu exaudies me dñe deus me. Quia dixi neq̃ñ supgaudeãt michi ĩimici

mei: et dū cōmouētur pedes mei super me magna locuti sūt. Quoniam ego in flagella paratus sū: et dolor meus in cōspectu meo sēper Quoniam iniquitatem meam annunciabo: et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuūt et cōfirmati sunt super me: et multiplicati sūt qui oderunt me inique Qui retribuūt mala pro bonis detrahebāt michi: quoniā sequebar bonitatē. Ne derelinquas me dn̄e deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutoriū meum: domine deus salutis mee Gloria patri et filio.

Miserere mei deus: secundū magnā miam tuam. Et secūdum multitudinē miserationum tuarum: dele iniquitatē meā Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo mūda me. Quoniam iniquitatē meam ego cognosco: et pctm̄ meum contra me est sēper. Tibi soli peccaui: et malū coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris Ecce enim in iniquitatibus conceptus sū: et in peccatis cōcepit me mater mea. Ecce enī veritatē dilexisti: incerta et occulta sapiētie tue manifestasti michi Asperges me dn̄e ysopo et mūdabor: lauabis me et super niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et leticiā: et exultabunt ossa humiliata. Auerte faciē tuam a peccatis meis: et oēs iniquitates meas dele. Cor mūdum crea in me deus: et spiritum rectum innoua i visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuū ne auferas a me. Redde michi leticiam salutaris tui: et spiritu principali cōfirma me Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te cōuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiam tuam. Domine labia mea aperies: et os meum annūciabit laudē tuam. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtiqz olocaustis non delectaberis. Sacrificiū deo spiritus contribulatus: cor cōtritum et humiliatum deus nō despicies. Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificiū iusticie oblationes et olocausta: tunc imponēt super altare tuum vitulos. Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat Non auertas faciē tuā a me i quacūqz die tribulor iclina ad me aurē tuā. In quacūqz die inuocauero te: velocit exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sū vt fenū et aruit cor: meum: quia oblit? sū comedere panem meum. A voce gemit? mei: adhesit os meum carni mee. Similis factus sū pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio. Vigilaui et factus sum: sicut passer solitarius i tecto Tota die exprobrabant michi inimici mei: et qui

laudabāt me aduersum me iura-
bant Qꝛ cinerē tanq̄ panē man-
ducabam: et potū meum cū fletu
miscebā. A facie ire indignatio-
nis tue: qꝛ eleuās allisisti me Di-
es mei sicut vmbra declinauerūt:
et ego sicut fenum arui. Tu autē
dn̄e in eternū permanes: et mēo-
riale tuū in generatione ⁊ gñatio
nē. Tu exurgēs misereberis syō:
quia tēpus miserēdi eius qꝛ venit
tēpus Qm placuerūt seruis tuis
lapides eius: et terre eius misere-
buntur. Et timebunt gentes no
men tuū dn̄e: et omnes reges ter-
re gloriā tuam Qꝛ edificauit dn̄s
syon: et videbitur in glia sua Re
spexit in orationē humiliū: et non
spreuit precem eorū. Scribantur
hec in generatione altera: ⁊ popu
lus qui creabit laudabit dn̄m Qꝛ
prospexit de excelso sancto suo: do
minus de celo ī terrā aspexit Vt
audiret gemitus compeditorū: vt
solueret filios interemptorū. Vt
annūcient in syon nomen dn̄i: et
laudem eius in hierusalē. In con
ueniendo populos in vnum: et re
ges vt seruiant dn̄o. Respōdit ei
in via virtutis sue: paucitatē die-
rum meorū nuncia michi Ne re
uoces me in dimidio dierum meo
rum: in generatione et generatio
nem anni tui. Initio tu dn̄e ter-
ram fundasti: et opera manuū tu
arū sunt celi Ipsi peribunt tu au
tem permanes: et omnes sicut ve
stimentum veterascēt. Et sicut
opertorium mutabis eos ⁊ muta
buntur: tu aūt idem ipse es et anni
tui nō deficient. Filij seruorum
tuorum habitabunt: et semen eo-
rum in seculū dirigetur. Gloria
patri et filio et spiritui sancto. ps.

DE profūdis clamaui ad te
domine: dn̄e exaudi vocem
meā. Fiant aures tue intenden
tes: in vocem deprecationis mee
Si iniquitates obseruaueris do-
mine: dn̄e quis sustinebit? Quia
apud te propiciatio est: et propter
legem tuā sustinui te dn̄e. Susti
nuit aīa mea in verbo eius: spera-
uit anima mea ī dn̄o. A custodia
matutina vsqȝ ad noctem: speret
israel in domino. Quia apud do-
minum misericordia: ⁊ copiosa a
pud eum redemptio. Et ipse redi
met israel: ex omnibus iniquitati
bus eius. Gloria patri et filio.

DOmine exaudi orationem
meam auribus percipe ob-
secrationem meā: in veritate tua
exaudi me in tua iusticia Et non
intres ī iudicium cum seruo tuo:
quia non iustificabitur in conspe-
ctu tuo omnis viuēs. Qꝛ persecu
tus est īimicus animam meā: hu-
miliauit ī terra vitam meā. Col
locauit me in obscuris sicut mor-
tuos seculi: et anxiatus est sup me
spiritus meus ī me turbatum est
cor meum. Memor fui dierū an
tiquorum meditatus sum in omi
bus operibȝ tuis: ī factis manuū
tuarū meditabar. Expandi ma-
nus meas ad te: aīa mea sicut ter-
ra sine aqua tibi. Velociter exau
di me dn̄e: defecit sp̄us meus Non
auertas faciē tuā a me: et similis

ero descēdentibus in lacū. Auditam fac michi mane misericordiā tuā: qꝛ in te speraui. Notā fac michi viā i qua ambulem: quia ad te leuaui aiam meā. Eripe me de inimicis meis dñe ad te cōfugi doce me facere voluntatē tuā: qꝛ deus meus es tu. Spūs tuus bonus deducet me in terrā rectam: propter nomen tuū dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione animam meā: et in mia tua disperdes omēs īimicos meos. Et perdes oēs qui tribulāt aiam meam: qm̄ ego seruus tuus sū. Gloria. ā. Ne remiscaris dñe delicta nostra vel parentum nostroꝝ neqꝫ vindictā sumas de peccatis nostris. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et hec oīa sine notā dicuntur tam a sacerdote q̄ a toto choro puero interī tenente vexillū cilicinū prope sinistrū cornu altaris: dein de erigat se sacerdos cum diacono et subdiacono et solus dicat super populū ꝯuersus ad orientē coram dextero cornu altaris hoc modo. Et ne nos inducas in tētationē. Chorꝰ respondeat. Sed libera nos. Saluos fac seruos tuos et ācillas tuas. ℟. Deꝰ meus sperātes in te. Mitte eis dñe auxilium de sancto. ℟. Et de syon tuere eos Conuertere dñe vsqꝫquo. ℟. Et deprecabilis esto sup seruos tuos Adiuua nos deus salutaris noster. ℟. Et ꝑpter gloriam noīs tui dñe libera nos et propiciꝰ esto peccatis nostris propter nomē tuū. Dñe exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremꝰ. Or.

Exaudi dñe preces nostras: et cōfitentiū tibi parce peccatis: vt quos conscientie reatus accusat: indulgentia tue miserationis absoluat. Per xp̄m. ℟. Amē. Et oēs orationes dicūtur cū Oremus: et finiantur more lectionis. Non dꝛ Dñs vobiscū nisi ad primā orōem tm̄. Alia orꝛ cū Oremꝰ.

Or.ō. Assit q̄s dñe famulis tuis inspiratio gratie salutaris: que corda eoꝝ fletuum vbertate resoluat: sicqꝫ macerando cōficiat: vt iracundie tue motus idonea satisfactione compescat. Per christum. Oremus. Or.ō.

Da q̄s dñe deus noster his famulis tuis ꝯtinuam purgationis sue obseruantiā penitēdo gerere: et vt hoc efficaciter iplere valeāt: grā eos tue visitatiōis et ꝑueniat et subsequat. Per. x. Oremꝰ. Or.ō

Preueniat hos famulos tuos q̄s domine misericordia tua: vt omnes īiquitates eorum celeri indulgentia deleantur. Per christum. Oremus. Or.ō.

Adesto domine supplicationibus nostris: nec sit ab his famulis tuis clementie tue longinqua miseratio: sana vulnera eorū qꝫ remitte peccata: vt nullis a te iniquitatibꝫ separati/ tibi domino sēper valeant adherere. Per christū dominū. Oremus. Or.ō.

Domine deus noster qui offēsione nrā nō vinceris sed satisfactione placaris: respice q̄s sup famulos tuos: q̄ se tibi grauiter peccasse ꝯfitentur/ tuū est eni absolu-

tionem criminū dare: et veniam prestare peccātibus qui dixisti penitentiā te malle peccatorꝫ q̄ͫ mortem: cōcede ergo dn̄e his famulis tuis: vt tibi penitētie excubias celebrēt et correctis actibus suis: cōferri sibi a te sēpitr̄na gaudia gratulentur. Per xp̄m. Oremus. Or.

Deus cuius indulgētia omnis homo indiget: memento famulorꝫ famularūqꝫ tuarum et quia lubrica terrenaqꝫ corporis fragilitate nudati virtute: in multis deliquerūt: quesumus. vt des veniam cōfitentibus: parcas supplicibus: vt qui suis meritis accusantur: tua miseratione saluētur. Per xp̄m. Hic non dicitur. Dominus vobiscū. neqꝫ Oremus. Sed vertat se sacerdos ad populum: et extendēs manū dicat super eos sine nota sed in audiētia hoc modo

Absoluimus vos vice beati petri apostolorum principis: cui collata est a domino potestas ligandi atqꝫ soluēdi: et quātū ad vos pertinet accusatio / et ad nos remissio: sit vobis omīpotēs deus vita et salus: et oīum peccatorum vestrorum pius indultor. Qui viuit et regnat cū deo patre. Deinde surgant oēs a prostratione osculātes terrā vel formulas: sacerdote dicente. Qui viuit. ꝛc. deinde fiat benedictio cinerum sine Dn̄s vobiscum. et sine Oremꝰ a sacerdote ad orientem cōuerso.

Omnipotens sempiterne deus q̄ misereris oīum: et nichil odisti eorum que fecisti dissimulās peccata hominū propter penitentiā: qui etiam subuenis in necessitate laborantibus bene ✠ dicere et sācti ✠ ficare hos cineres dignare: quos causa humilitatis et sancte religionis ad emundanda delicta nostra sup capita nostra more niniuitarum ferre constituisti: et da vt omnes per inuocationem sancti tui nominis qui eos ad deprecandam misericordiā tuam sup capita sua tulerint: a te mereātur oīum delictorꝫ suorum veniā accipere: et hodie sic eorū inchoare sācta ieiunia: vt in die resurrectiōis purificatis mentibus ad sāctum mereantur accedere pascha: et in futuro perpetuam accipere gloriam. Per do. Hic aspergatur aqua benedicta super cineres: deinde dicitur Dn̄s vobiscū. et Oremꝰ. Or.

Deus qui non mortē sed penitentiam desideras peccatorum: fragilitatem conditionis humane benignissime respice: et hos cineres quos causa proferēde humilitatis atqꝫ promerende venie capitibus nostris īponi decreuimus: bene ✠ dicere et sanctificare pro tua pietate digneris: vt qui nos cineres esse monuisti: et ob prauitatis nostre meritum in puluerē reuersuros esse cognoscimꝰ: peccatorꝫ omniū nostrorum veniam et premia penitentibus repromissa misericorditer cōsequi mereamur. Per do. Postea distribuant cineres super capita clericorū et laicorum a dignioribus personis signo crucis cineribꝫ signent

sic dicendo. Memento homo quia cinis es et in cinerem reuerteris In noie patris et filij et spiritus sancti. amen Et interim cantentur sequentes antiphone. Exaudi nos dn̄e quoniā benigna est misericordia tua: secundū multitudinē miserationū tuarum respice nos domine. ps. Saluū me fac deus quoniam intrauerunt aque vsque ad aiam meam. Nō dicitur nisi primus. ver. psalmi: sed statim sequatur Gloria patri. Deinde repetatur an. Exaudi. Alia an. Iuxta vestibulum et altare plorabant sacerdotes et leuite ministri dn̄i dicentes: parce dn̄e parce populo tuo: et ne dissipes ora clamantiū ad te dn̄e. Alia an. Immutemur habitu in cinere et cilicio: ieiunemus et ploremus ante dn̄m quia multum misericors est dimittere peccata nostra deus noster. Peracto hoc officio dicat sacerdos ad gradum chori. Dn̄s vobiscū et (Oremus. Orō.

Deus qui iuste irasceris et clementer ignoscis: afflicti populi tui lachrymas suscipe: et iram tue indignationis quā iuste meretur propiciatus auerte. Per xp̄m. Alia orō cū (Oremus.

Concede nobis quesumus dn̄e presidia militie christiane sic sanctis inchoare ieiuniis: vt cōtra spirituales nequicias pugnaturi: continentie muniamur auxiliis. Per do. Eiectis penitentibus vt patet in processionalibus incipiatur missa hoc mō. Off.

Misereris omniū domine et nichil odisti eorum que fecisti: dissimulans peccata hominum propter penitētiam et parcens illis quia tu es dominus deus noster. ps. Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. Non repetatur officium sed statim sequatur Gloria patri. Dicto Kyrie. sacerdos dicat. Dn̄s vobiscū. et Orem. Et postea dicat diaconus. Flectamus genua. et tūc oēs genu flectāt: deinde diacono dicēte sic. Leuate. surgant oēs (Orō.

Presta q̄s dn̄e fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda solēnia: et cōgrua pietate suscipiāt: et secura deuotione percurrāt. Per. Ab hac die vsque ad cenā dn̄i in oibus missis de ieiunio fiat mēo. pro penitētibus cū hac orōne. Exaudi q̄s dn̄e sup. vt patet i fine libri. Hac die et tribus diebus sequētibus quinque dicūtur orōnes: sicut i prima dn̄ica aduentus domini supra dictū est. Lectio iohelis prophete. ij. capit.

Hec dicit dn̄s deus. Conuertimini ad me i toto corde vestro: in ieiunio et fletu et planctu: et scindite corda vestra et non vestimenta vestra: et conuertimini ad dn̄m deū vestrū: quia benignus et misericors est: patiens et multū misericors: et prestabilis sup malicia. Quis scit si conuertatur et ignoscat deus: et relinquat post se benedictionem: Sacrificiū et libamen dn̄o deo nostro. Canite tuba in syon: sanctificate ieiunium: vocate cetū: congregate populū: sctificate ecclesiā. Coadunate senes: congregate paruulos et sugentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo: et sponsa de thalamo suo.

Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri domini et dicent. Parce domine parce populo tuo: et ne des hereditatem tuam in opprobrium ut non dominetur eis nationes. Quare dicūt in populis: ubi est deus eorum? Zelatus est dominus terram suā: et pepercit populo suo. Et respondit dn̄s: et dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentum et vinum et oleū: et replebimini in eis: et non dabo vos ultra opprobriū in gentibus. Dicit dominus ops. Graduale. Miserere mei deus miserere mei quoniā in te confidit anima mea. ℣. Misit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Chorus alternatim dicat tractum. Domine nō secundū peccata nostra que fecimus nos neqꝫ secundum iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū nostrarum antiquarū cito anticipēt nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genu flexo cum dr. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et propter gloriam nominis tui domine libera nos et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuū. Iste tractus dicit omi secunda feria et sexta feria ad missā de ieiunio usqꝫ ad cenam domini. Secundum matheum. vj. capi.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant enim facies suas ut pareant hominibus ieiunātes. Amē dico vobis qꝛ receperūt mercedē suā. Tu aūt cū ieiunas: unge caput tuū et faciē tuā laua: ne videaris hominibus ieiunās: sed patri tuo q̄ est i abscōdito: et pater tuus q̄ videt in abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare vobꝫ thesauros i terra ubi erugo et tinea demolit: et ubi fures effodiūt et furātur. Thesaurizate aūt vobis thesauros in celo: ubi nec erugo nec tinea demolitur: et ubi fures non effodiūt nec furantur. Ubi eni est thesaurus tuus: ibi est et cor tuum. Offer. Exaltabo te dn̄e quoniā suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me: dn̄e clamaui ad te et sanasti me. ℣. Dn̄e abstraxisti ab iferis aīam meā: saluasti me a descēdentibꝫ in lacū. Secre

Hec nos dn̄e q̄s his muneribus offerēdis cōuenienter aptari: q̄bus ipsius venerabilis sacramenti venturū celebramus exordiū. Per. Alia secreta. Hostias tibi dn̄e. ut in fine libri. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Hec prefatio dr in oī missa de ieiunio usqꝫ ad cenā dn̄i: et Flectamus genua leuate: et Humiliate capita vr̄a deo. Cō. Qui meditabitur i lege dn̄i die ac nocte: dabit fructū suū in tp̄e suo. Postcōio.

Percepta nobis dn̄e prebeāt sacramenta subsidiū: ut et tibi grata sint nostra ieiunia: et nobis proficiant ad medelam. Per. Alia orō. Presta nobis. ut in fine libri. Finitis postcō. preter illam que dicetur sup pp̄lm sic. Per oīa secula seculorum. ℟. Amē. dicat sacerdos Oremus. deinde dicat diaconus ꝯuersus ad altare. Humiliate capita vr̄a deo. Sup pp̄lm. orō

INclinantes se domine maiestati tue propiciatus intēde: vt qui diuino munere sūt refecti: celestibus semper nutriantur auxiliis. Per dominū. Et sic missa cum Benedicamus domino. finiatur. Feria quinta. Officiū.

DUm clamarē ad dominū exaudiuit vocem meā ab his qui appropinquāt michi: et humiliauit eos qui est ante secula ⁊ manet in eternū iacta cogitatū tuū in dn̄o et ipse te enutriet. Ps. Exaudi deus orationē meā et ne despexeris deprecationē meam: intende michi et exaudi me. Orō.

DEus qui culpa offenderis: penitentia placaris preces ppl'i tui supplicātis ppicius respice: et flagella tue iracundie: que pro pctīs nostris meremur ppiciatus auerte. Lectio esaie prophete. xxxviij. ca°.

IN diebꝫ illis Egrotauit ezechias vsqꝫ ad mortem: et introiuit ad eum esaias filius amos pphā et dixit ei. Hec dicit dn̄s. Dispone domui tue: qꝛ morieris tu et nō viues. Et cōuertit ezechias faciem suā ad parietem: ⁊ orauit ad dn̄m et dixit. Obsecro dn̄e memēto queso quomodo ābulauerim coram te in veritate et in corde pfecto: et qd̄ bonū est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno: ⁊ factū est verbū dn̄i ad esaiā prophetā dicens. Uade et dic ezechie. Hec dicit dn̄s deus dauid patris tui. Audiui orationē tuā: et vidi lachrimas tuas Ecce ego adijciam super dies tuos: quindeci annos: et de manu regis assiriorum eruā te et ciuitatem istam: et protegam eā. Dicit dn̄s omnipotēs. Graduale. Iacta cogitatū tuum in domino et ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominū exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant michi. Repetatur grad. Secundū math. viij.

IN illo tēpore: Cum introisset iesus capharnaum: accessit ad eum centurio rogās eum et dicens. Dn̄e puer meus iacet in domo paraliticus: ⁊ male torquetur Et ait illi iesus. Ego veniam ⁊ curabo eū. Et respondens centurio ait. Dn̄e non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tātum dic verbo et sanabitur puer me⁹. Nā et ego homo sū sub potestate cōstitutus: habens sub me milites. Et dico huic vade et vadit. Et alio veni et venit. Et seruo meo fac hoc ⁊ facit. Audiens autē iesus mirat⁹ est: et sequentibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in israel. Dico autē vobis: qꝫ multi ab oriēte et occidēte veniēt et recūbent cū abraham: ysaac et iacob in regno celorum. Filij autem regni eiiciētur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dētiū. Et dixit iesus cēturioni. Uade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer i illa hora. Offer. Ad te dn̄e leuaui aīam meam deus meus in te confido non erubescam neqꝫ irrideāt me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confūdentur. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me qꝛ tu es de⁹ salutaris me⁹ et te sustinui tota die. Secre.

Offerimus tibi domine mune
ra que dedisti: vt et creatiõis
tue circa mortalitatẽ nostrã testi-
ficentur auxiliũ & remediũ nobis
imortalitatis operent͂. Per. Coīo
Acceptabis sacrificiũ iusticie oblationes
et olocausta sr͂ altare tuũ dñe. Postcõ.
Concede fidelibȝ tuis dñe q̃s
et sine cessatione capere pa-
schalia sacramẽta: et desideranter
expectare ventura: vt in misteriis
quibȝ renouati sũt permanẽtes:
ad nouã vitã his operibus perdu-
cantur. Per. Sup populũ. Orõ.
Parce dñe parce pp̄lo tuo: vt
dignis flagellationibȝ casti
gatus: i tua miseratione respiret.
Per dñm. Feria sexta. Officium.
Audiuit dñs & misertus est
michi: dñs factus est adiu
tor meus. ps. Exaltabo te do
mine quoniã suscepisti me: nec delectasti
inimicos meos super me. Orõ.
Inchoata ieiunia q̃s dñe be-
nigno fauore prosequere vt obser
uantiã quam corporaliter exhibe-
mus: mẽtibus etiã sinceris exerce
re valeam⁹. Per. Lectio esaie pro
Hec dicit dñs de phete. l viij.
us: Clama ne cesses: quasi
tuba exalta vocẽ tuã. Et annũcia
populo meo scelera eorum: et do-
mui iacob peccata eorũ. Me eteni
de die in diẽ querunt et scire vias
meas volunt quasi gens que iusti
ciam fecerit: et que iudiciũ dei sui
non dereliquerit. Rogãt me iudi-
cia iusticie: et appropinquare deo
volũt. Quare ieiunauimus: & nõ
aspexisti: humiliauimus aĩas no-
stras et nescisti? Ecce in die ieiunij
vestri inuenitur voluntas vestra:
et omnes debitores vestros repe-
titis. Ecce ad lites et cõtentiones
ieiunatis: et percutitis pugno im
pie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad
hanc diem: vt audiatur in excelso
clamor vester. Nunquid tale est ie
iunium quod elegi: per diem affli
gere hominem aĩam suam? Nun
quid contorquere quasi circulum
caput suũ et saccum et cinerẽ ster
nere? Nunquid istud vocabis ie-
iunium: et diem acceptabilẽ domi
no? Nonne hoc est magis ieiuniũ
quod elegi? Dissolue colligatiões
impietatis: solue fasciculos depri
mentes. Dimitte eos qui confra-
cti sũt liberos: & omne onus disrũ
pe. Frange esurienti panẽ tuum:
et egenos vagosq; induc i domũ
tuã. Cum videris nudũ operi eũ:
et carnẽ tuam ne despexeris. Tũc
erũpet quasi mane lumen tuũ: et
sanitas tua citius orietur. Et an-
teibit faciẽ tuã iusticia tua: et glia
dñi colliget te. Tunc inuocabis: &
dñs exaudiet. Clamabis: et dicet
ecce assum: quia misericors sum
dñs deus tuus. Grad. Unam petij
a dño hanc requirã: vt ihabitem i domo
domini. ℣. Ut videã voluntatem dñi et
protegar a tẽplo sancto eius. Tract⁹.
Dñe nõ secundũ. Se. mathei. v. ca.
In illo tpe: Dixit iesus disci-
pulis suis. Audistis quia di-
ctũ est. Diliges primũ tuũ: & odio
habebis iimicũ tuũ. Ego autẽ di-
co vobis. Diligite iimicos vestros:
benefacite his qui oderunt vos: et

orate pro persequentibus et calu-
niantibus vos: vt sitis filij patris
vestri qui i celis est. Qui solem su-
um oriri facit super bonos et ma-
los: et pluit super iustos et iniustos.
Si enim diligitis eos qui vos dili
gũt: quam mercedem habebitis?
Nonne et publicani hoc faciunt?
Et si salutaueritis fratres vestros
tantũ: quid amplius facitis? Nõ
ne et ethnici hoc faciũt? Estote er
go et vos perfecti: sicut et pater ve
ster celestis perfectus est. Attendi
te ne iusticiam vestrã faciatis co-
ram hominibus: vt videamini ab
eis. Alioquin mercedem non ha-
bebitis apud patrem vestrum: qui
in celis est. Cũ ergo facis elemosi
nam noli tuba canere ãte te: sicut
hypocrite faciunt in synagogis et
in vicis vt honorificẽtur ab homi
nibus. Amen dico vobis: recepe-
runt mercedem suam. Te autem
faciente elemosinam: nesciat sini
stra tua quid faciat dextera tua vt
sit elemosina tua in abscõdito. Et
pater tuus qui videt in abscondi-
to: reddet tibi. Et cum oratis non
eritis sicut hypocrite qui amãt in
synagogis et in angulis platearũ
stantes orare: vt videantur ab ho
minibus. Amen dico vobis: rece-
perunt mercedem suam. Tu aũt
cũ oraueris: intra i cubiculũ tuũ:
et clauso ostio ora patrẽ tuũ in ab
scondito. Et pater tuus qui videt
in abscõso: reddet tibi. Offer. Dñe
viuifica me secundum eloquium tuũ vt
sciam testimonia tua. V. Fac cum seruo
tuo domine secundũ magnam mĩam tu
am: et ne auferas de ore meo verbũ veri
tatis. V. Da michi intellectum vt discã
mandata tua et volũtaria oris mei: fac
michi in bñplacito dñe. Iste scđus. V.
nunq̃ dicitur nisi i sabbato. Sec.

Sacrificium dñe obseruan-
tie quadragesimalis offe-
rimus: presta q̃sum⁹. vt et tibi mẽ
tes nostras reddat acceptas / et cõ
tinentie proptioris nobis tribuat
facultatem. Per do. Co͂io. Serui-
te dño in timore et exultate ei cũ tremore
apprehendite disciplinam ne pereatis de

Postcommunio. via iusta.
Tribue nobis quesum⁹ oĩps
deus: vt dona celestia que debito
frequentamus obsequio: saluta-
ria nobis iugiter sentiamus. Per
dominum. Super populũ. Orõ.

Tuere dñe populum tuũ et
ab omnib⁊ peccatis clemẽ
ter emunda / quia nulla ei noce-
bit aduersitas: si nulla dominetur
iniquitas. Per dominum. Sab-
bato. officiũ. Audiuit dominus. vtś

Adesto dñe supplicatiõibus
in precedẽti sexta feria. or
nostris: et concede vt hoc solẽne ie
iunium qđ aĩab⁊ corporibusq⁊ cu
randis salubriter institutum est:
deuoto fuitio celebremus. Per d.
Lectio esaie prophete. lviij. capi.

Hec dicit dominus deus: Si
abstuleris de medio tui cathe
nã: et desieris digitũ extendere et
loqui qđ nõ ꝓdest: cũ effuderis esu
rienti animã tuã: et aĩam afflictã
repleueris: orietur in tenebris lux
tua: et tenebre tue erunt sicut me
ridies. Et requiẽ dabit tibi domi-

nus deus tuus semper: et implebit
splendoribus animā tuam: et ossa
tua liberabit. Et eris quasi ortus
irriguus et sicut fōs aquarum cu
ius non deficient aq̄. Et edificabū
tur ī te deserta sclōr: fūdamenta
ḡnationis et ḡnatiōis suscitabis.
Et vocaberis edificator sepium:
auertens semitas iniquitatū. Si
auerteris a sabbato pedem tuū fa
cere voluntatem tuam in die san
cto meo: et vocaueris sabbatū de-
licatum et sanctū domini glorio-
sum: et glorificaueris eum: dum
non facis vias tuas: et non inue-
nietur voluntas tua: vt loquaris
sermonem: tunc delectaberis sup
domino: et sustollā te super altitu
dinem terre: et cibabo te heredita
te iacob patris tui. Os enim domi
ni locutū est hec: ait dominus om
nipotens. Graduale. Unam petij.
&c. Secūdum marcum. vj. capi.

IN illo tempore: Cū sero es-
set factum erat nauis in me
dio mari et iesus solus ī terra. Et
vidit eos laborantes in remigan-
do: erat enim ventus contrarius
eis. Et circa quartam vigiliā no-
ctis venit ad eos ambulans supra
mare: et volebat preterire eos. At
illi vt viderūt eū supra mare am-
bulantem: putauerunt fantasma
esse et exclamauerunt. Omnes ei
eum viderunt et conturbati sunt.
Et statim locut⁹ est cum eis: et di-
xit illis Confidite: ego sum nolite
timere. Et ascendit ad illos in na-
uim: et cessauit ventus et plus ma
gis intra se stupebant. Non enim
intellexerant de panibus: erat enī
cor illorum obcecatū. Et cū trans
fretassent: peruenerunt ī terram
genesareth et applicuerunt. Cūq
egressi essent de naui: continuo co
gnouerunt eum. Et percurrētes
vniuersam regionem illam: cepe
runt ī grabatis eos qui se male ha
bebant circunferre vbi audiebant
eum esse. Et quocūq introibat in
vicos: vel in villas: aut ciuitates:
in plateis ponebāt infirmos et de
precabātur eum vt vel fimbriam
vestimēti eius tangerēt. Et quot-
quot tangebant eum: salui fiebāt
Offertorium. Domine viuifica me.
℣. Da michi intellectum. Secreta.

PRepara nos dn̄e quesum⁹:
huius votiuis abstinētie of
ficiis: vt hec sacrificia veneranda
sobriis semper mentibus celebre-
mus. Per dominū. Coīo. Serui-
te domino. Postcommunio.

CElestis vite munere vege-
tati quesum⁹ domine deus noster:
vt quod est nobis in presenti vita
misteriū: fiat eternitatis auxiliū.
Per do. Super populū. Oratio.

FIdeles tui deus perpetuis
donis firmētur: vt eadem
et percipiendo requirant: et querē
do sine fine percipiant. Per domi
num. Dominica prima quadra-
gesime ad missam. Officium.

INuocauit me et ego exau
diam eum eripiam eum et
glorificabo eum longitu-
dine dierum adimplebo eum. ps.
Qui habitat ī adiutorio altissimi: in pro
tectione dei celi cōmorabitur. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuã an‑nua quadragesimali obser‑uatione purificas: presta familie tue: vt quod a te obtinere abstinẽ‑do nititur: hoc bonis operibus ex‑equatur. Per dominum nostrum.

ij. Ad corinthios. vj. capi. Fratres: Hortamur: vos ne in vacuũ gratiam dei recipiatis. Ait enim Tempore accepto exau‑diui te: et in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ec‑ce nunc dies salutis. Nemini dan‑tis vllam offensionem: vt non vi‑tuperetur ministerium nostrum. Sed in omibus exhibeamus nos‑metipsos: sicut dei ministros. In multa patientia: in tribulationi‑bus: in necessitatibꝫ: in angustiis: in plagis: in carceribus: in seditio‑nibus: in laboribus: in vigiliis: in ieiuniis: in castitate: in sciẽtia: in longanimitate: in suauitate: ĩ spi‑ritu sancto. In caritate non ficta: in verbo veritatis: in virtute dei. Per arma iusticie: a dextris et a si‑nistris Per gloriã et ignobilitatẽ: per ĩfamiam et bonam famã. Ut seductores: et veraces. Sicut qui ignoti et cogniti. Quasi morien‑tes: et ecce viuimꝰ. Ut castigati: ⁊ nõ mortificati. Quasi tristes: sẽp aũt gaudẽtes. Sicut egẽtes: mul‑tos aũt locupletantes. Tanꝙ ni‑chil habentes: ⁊ omia possidentes.

Graduale. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus viis tuis. ℣. In manibus portabunt te ne vnꝙ of‑fendas ad lapidem pedem tuũ. Tractꝰ

Qui habitat in adiutorio altissimi ĩ pro‑tectione dei celi cõmorabitur. Dicet dño susceptor meꝰ es et refugium meum de‑us meus sperabo in eũ. Quoniam ipse liberauit me de laq̃o venantiũ et a verbo aspero. Scapulis suis obũbrabit tibi et sub pẽnis eiꝰ sꝑabis. Scuto circũ dabit te vitas eiꝰ non timebis a timore noctur‑no. A sagitta volante per diem a nego‑cio perambulante in tenebris a ruina et demonio meridiano. Cadẽt a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis tibi au‑tem non appropinquabit. Quoniam an‑gelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibꝫ por‑tabunt te ne vnꝙ offẽdas ad lapidem pe‑dem tuum. Super aspidem et basiliscũ ambulabis: et conculcabis leonẽ et dra‑conem. Qm̃ in me sperauit liberabo eũ protegam eum quoniã cognouit nomẽ meum. Inuocauit me et ego exaudiam eum cũ ipso sum in tribulatione. Eripiã eum et glorificabo eũ longitudine dierũ adimplebo eum et ostendam illi saluta‑re meũ. Secundũ matheũ. iiij. ca.

In illo tempore: Ductus est iesus in desertum a spiritu: vt tẽtaretur a diabolo. Et cum ie‑iunasset quadraginta diebus: et quadraginta noctibus: postea esu‑riit. Et accedens tentator dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respõdens dixit Scriptum est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo q̃d procedit de ore dei. Tunc assũpsit eum diabolus in sanctam ciuita‑tem: ⁊ statuit eũ supra pinnaculũ tẽpli: et dixit ei. Si filiꝰ dei es: mit‑te te deorsũ. Scriptũ est eni quia angelis suis mandauit de te: et in

manibus tollent te: ne forte offen das ad lapidem pedem tuũ. Ait il li iesus rursũ. Scriptum est. Non tentabis dominũ deum tuũ. Jte rum assumpsit eũ diabolus in mõ tem excelsum valde et ostendit ei omnia regna mundi et gloriã eo rum: et dixit illi. Hec omia tibi da bo: si cadens adoraueris me. Tũc dixit ei iesus. Vade sathana: scri ptum est enim. Dominũ deum tu um adorabis: et illi soli serues. Tunc reliquit eum diabolus: et ec ce angeli accesserunt et ministra bant ei. Offertorium. Scapulis su is obumbrabit tibi domin9 et sub pẽnis eius sperabis scuto circundabit te veri tas eius.

Secre.

SAcrificiũ quadragesimalis initij so lenniter immolamus: te domine deprecantes: vt cum epularum re strictiõe carnaliũ: a noxiis quoqz voluptatibus temperemur. Per. Prefatio quotidiana. Coĩo. Sca pulis suis obumbrabit tibi et sub pennis eius sperabis: scuto circundabit te veri tas eius.

Postcommunio.

TUi nos domine sacramen ti libatio sancta restauret et a vetu state purgatos in misterij saluta ris faciat transire consortium.

Feria secunda. Officium

SIcut oculi seruorum i ma nibus dominorum suorũ ita oculi nostri ad dominũ deum nostrum donec misereatur nostri miserere nobis domine miserere nobis. ps Ad te leuaui oculos meos: q̃ habitas in celis. Oratio.

COnuerte nos deus saluta ris noster et vt nobis ieiuniũ qua dragesimale proficiat: mẽtes no stras celestibus istrue disciplinis. Per dominũ. Ab hac die vsqz ad cenam dñi in omni missa de ieiu nio dicuntur septem orationes: si cut in dñica prima aduentus do mini supradictum est. Lectio eze chielis prophete. xxxiiij. capitulo.

HEc dicit dominus deus: Ec ce ego ipse requirã oues me as et visitabo illas. Sicut visitat pastor gregem suum/in die quan do fuerit i medio ouium suarum dissipatarũ: sic visitabo oues me as: et liberabo eas de omnibus lo cis i quibus disperse fuerant i die nubis et caliginis. Et educam eas de populis: et congregabo eas de terris. Et inducam eas in terram suam: et pascã eas in montibus is rael in riuis: et in cunctis sedibus terre. Jn pascuis vberrimis pascã eas: et in montibus excelsis israel erunt pascue earum. Jbi requie scent in herbis virentibus et in pa scuis pinguibus pascentur super montes israel. Ego pascam oues meas: et ego eas accubare faciam dicit dominus deus. Quod perie rat requiram: et quod abiectũ fue rat reducam et qđ cõfractum fue rat alligabo: et quod infirmũ fue rat consolidabo: et quod pingue et forte custodiam: et pascam illas i iudicio et iusticia. Dicit dominus omnipotens. Graduale. Protector noster aspice de9 et respice super seruos tuos. V. Domine deus virtutum exau di preces seruorum tuorum. Tractus

Dñe non secundum. Secũdum ma
In illo theum. xxv. capitulo
tempore Dixit iesus discipu
lis suis. Cum venerit filius homi
nis in maiestate sua: et oẽs angeli
cum eo: tunc sedebit super sedem
maiestatis sue. Et congregabun-
tur ante eum omnes gẽtes et sepa
rabit eos ab inuicem: sicut pastor
segregat oues ab hedis Et statuet
oues quidẽ a dextris suis: hedos au
tem a sinistris. Tunc dicet rex his
qui a dextris eius erũt. Uenite be
nedicti patris mei: possidete para
tum vobis regnum a constitutio
ne mundi. Esuriui enĩ: et dedistis
michi manducare. Sitiui: et dedi
stis michi bibere. Hospes eram: et
collegistis me. Nudus et operui-
stis me. Infirmus et visitastis me
In carcere erã: et venistis ad me.
Tunc respondebunt ei iusti: dicẽ-
tes. Domine quando te vidimus
esurientem et pauimus? Sitien-
tem: et dedimus tibi potum? Quã
do autem te vidimus hospitem: et
collegimus te? Aut nudum: et co
operuimus te? Aut quando te vi-
dimus infirmũ aut in carcere: et
venimus ad te? Et respondẽs rex
dicet illis. Amen dico vobis: q̃diu
fecistis vni de his fratribus meis
minimis: michi fecistis. Tunc di-
cet et his qui a sinistris eius erunt.
Discedite a me maledicti i ignem
eternum: qui paratus est diabolo
et angelis eius. Esuriui enim: et
non dedistis michi manducare.
Sitiui: et non dedistis michi po-
tũ. Hospes eram: et nõ collegistis
me. Nudus: et non cooperuistis
me. Infirmus et in carcere: et nõ
visitastis me. Tunc respondebũt
ei et ipsi dicentes. Domine quan-
do te vidimus esurientem: aut si-
tientem: aut hospitem: aut nudũ:
aut infirmũ: vel in carcere: et non
ministrauimus tibi? Tunc respõ
debit illis dicens. Amen dico vo-
bis: q̃diu non fecistis vni de mino
ribus his: nec michi fecistis. Et ibũt
hi i supplicium eternum: iusti au-
tem in vitam eternam. Offertor.
Leuabo oculos meos et considerabo mi
rabilia tua domine vt doceas me iustici-
as tuas: da michi intellectum vt discam
mandata tua. ℣. Legem pone michi do
mine et viam iustificationum tuarum
exquiram: et i preceptis tuis exercebor.

Accepta tibi sit Secreta.
domine quesumus nostre
deuotionis oblatio: que et ieiuniũ
nostrum te operante sãctificet: et
indulgentiam nobis tue consola-
tionis obtineat. Per dominum.
Cõmunio. Uoce mea ad dominũ cla-
maui et exaudiuit me de monte sctõ suo:
non timebo milia populi circundantis
me.

Prosint Postcõmunio.
nobis domine quesumus fre
quentata mysteria: que nos et a cu
piditatibus terrenis expediant: et
instituãt amare celestia. Per. Su
per populum. Oratio.

Absolue q̃s domine nostro
rum vĩcula pctõrum/ et quicquid pro
eis meremur: propiciatus auerte
Per. Feria iij. Officium.

Domine refugium factus
es nobis a generatione et

progenie: a seculo et in seculum tu es. ps. Priusq̄ montes fierent: aut formaretur terra et orbis. Non dicitur ulterius. Orõ. Respice domine familiam tuam et presta: ut ad te mens nostra tuo desiderio fulgeat: que se carnis maceratione castigat. Per christum.

Lectio esaie prophete. lv. capitu.

In diebus illis: Locutus est esaias propheta dicẽs. Querite dominū dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suā et vir iniquus cogitationes suas: et reuertatur ad dominū et miserebitur eius: et ad deum nostrum quoniam multus est ad ignoscẽdum. Non enim cogitationes mee cogitatiões vestre/ neq; vie mee vie vestre dicit dominus. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a viis vestris: et cogitationes me a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber et nix de celo: et illuc ultra non reuertitur/ sed inebriat terram et infundit eam/ et germinare eam facit/ et dat semen serenti et panẽ comedẽti: sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo Non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quecūq; volui: et prosperabitur in his ad que misi illud. Ait dominus omps. Graduale. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearū sacrificium vespertinum. Secundum matheum. xxi. cap.

In illo tẽpore: Cum intrasset iesus hierosolimam: commota est uniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? Populi autem dicebant. Hic est iesus propheta a nazareth galilee. Et intrauit iesus in templum dei: et eiiciebat omnes vendentes et ementes in templo: et mensas nūmulariorum et cathedras vendentium columbas euertit. Et dixit eis. Scriptum est: quia domus mea domus orationis vocabitur Uos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum ceci et claudi in templo et sanauit eos. Uidentes autem principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit: et pueros clamantes in templo et dicentes osanna filio dauid: indignati sunt et dixerunt ei. Audis quid isti dicūt? Jesus autem dixit eis. Utiq;. Nunq̄ legistis: quia ex ore infantium et lactẽtium perfecisti laudem? Et relict; illis abiit: foras extra ciuitatem i bethaniam: ibiq; mansit. Et docebat eos: de regno dei. Offertoriū. In te speraui domine dixi tu es deus meus in manibus tuis tempora mea. Illumina faciem tuam super seruum tuum et saluum me fac propter misericordiā tuam domine non confundar quoniam inuocaui te. Secreta. Presta domine quesumus/ ut dicato munere congruẽtem nostre deuotionis tibi offeramus affectū. Per dominum. Coio. Cum inuocarem te exaudisti me deus iusticie mee: in tribbulatiõe dilatasti me miserere michi dñe et exaudi orationẽ meā. Postcoio. Quesumus oṗs

deus / vt illius salutaris capiam⁹ effectum / cui⁹ per hec misteria pignus accepimus. Per dominum

Super populum. Oratio.

Ascendat ad te domine preces nostre: et ab ecclesia tua cunctā repelle nequiciam. Per dominū.

Feria quarta quattuor temporū.

Reminiscere Officium.

Reminiscere miserationum tuarū domine et misericordie tue que a seculo sunt: ne vnq̄ dominētur nobis inimici nostri: libera nos deus israel ex omnibus angustiis nostris. Ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido nō erubescam. Sequitur oratio sine Dominus vobiscum. sed cū Oremus. et Flectamus genua. Orō

Preces nostras quesum⁹ domine clementer exaudi: et contra cuncta nobis aduersantia dexteram tue propiciationis extende. Per dominum nostrum.

Lectio libri. Exodi. xxiiij. capitu.

In diebus illis: Dixit dominus ad moysem. Ascēde ad me in montem et esto ibi: daboq̄ tibi duas tabulas lapideas: et legē ac mandata que scripsi vt doceas filios israel. Surrexerūt moyses et iosue minister eius: ascendēsq̄ moyses in montem domini: senioribus ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis aaron et hur vobiscū: si quid natum fuerit q̄stionis: referetis ad eos Cūq̄ ascēdisset moyses: operuit nubes montem: et habitauit gloria domini super synai tegens illum nube sex diebꝫ. Septimo autem die: vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem species glorie domini quasi ignis ardens super verticem mōtis: in conspectu filiorum israel. Ingressusq̄ moyses medium nebule ascēdit in mōtem: et fuit ibi quadraginta diebus: et quadraginta noctibꝫ. Graduale. Tribulationes cordis mei dilatate sunt de necessitatibus meis eripe me domine. V. Vide humilitatem meam et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea Non repetatur grad̄ sed sequatur. Dominus vobiscum. et Flectamus genua. Oratio

Deuotionem populi tui quesumus domine benignus intende: vt qui per abstinentiam macerātur in corpore: per fructū boni operis reficiantur in mente. Per dominum. Hic dicuntur memorie consuete. Epistola. Lectio libri regum. iij. xix. capitu.

In diebꝫ illis: Venit helyas in bersabee iuda et dimisit ibi puerum suum: et perrexit in desertum viam vnius diei Cumq̄ venisset et sederet subter vnam iuniperū: petiuit anime sue vt moreretur et ait. Sufficit michi domine: tolle animam meam: neq̄ enim melior sū q̄ patres mei. Proiecitq̄ se: et obdormiuit in vmbra iuniperi Et ecce angelus domini tetigit eū dixitq̄ ei. Surge comede: et respexit: et ecce ad caput suū subcinericius panis et vas aque. Comedit ergo et bibit: et rursum obdormiuit. Reuersusq̄ est angel⁹ domini

secundo et tetigit eum dixitque illi. Surge comede: grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset: comedit et bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius: quadraginta diebus et quadraginta noctibus: usque ad montem dei oreb. Chorus alternatim dicat Tractum.

De necessitatibus meis eripe me domine vide humilitatem meam et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te confido non erubescam neque irrideant me inimici mei. ℣. Etenim uniuersi qui te expectant non confundentur: confundantur omnes facientes vana. Et dicitur iste tractus in omni. iiij. feria usque ad dominicam palmarum.

Secundum matheum. xij. capitulo.

In illo tempore: Accesserunt ad iesum scribe et pharisei dicentes. Magister volumus a te signum videre. Qui respondens ait illis. Generatio mala et adultera signum querit: et signum non dabitur ei: nisi signum ione prophete. Sicut enim fuit ionas in ventre ceti tribus diebus: et tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terre tribus diebus: et tribus noctibus. Uiri niniuite surgent in iudicio cum generatione ista et condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt in predicatione ione. Et ecce plusquam ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista: et condemnabit eam: quia venit a finibus terre audire sapientiam salomonis. Et ecce plusquam salomon hic Cum autem immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida querens requiem et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam: vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantem: scopis mundatam et ornatam. Tunc vadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se: et intrantes habitant ibi. Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te. At ipse respondens dicenti sibi ait. Que est mater mea: et qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos: dixit Ecce mater mea et fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater et soror et mater est. Offertorium. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. ℣. Pars mea domine dixi custodire legem tuam precatus sum vultum tuum in toto corde meo. Secreta.

Intende quesumus domine sacrificium singulare: vt huius participatione misterij que speranda credimus: expectata sumamus. Per dominum. Communio. Intellige clamorem meum intende voci orationis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine. Postcommunio.

Da quesumus omnipotens deus / vt reatum nostrum munera sacra purificent: et recte

viuendi nobis operentur effectū. Per dominum. Super populum.

Mentes nostras. Oratio. quesumus domine lumine tue claritatis illustra: vt videre possimus que agenda sunt et que recta sunt agere valeamus. Per dominum. Feria quinta. Offm.

Confessio et pulchritudo i conspectu eius sanctitas et magnificentia i sanctificatione eius. ps. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra.

Omnipotens Orō. sempiterne deus qui i obseruatione ieiunij et elemosinarum largitione: nostrorum posuisti remedia peccatorum: concede nos mente et corpore semper tibi esse deuotos. Per. Lectio ezechielis In diebus prophete. xviij. illis. Factus est sermo domini ad me dicens. Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra israel: dicētes. Patres nostri comederūt vuā acerbam: et dentes filiorum obstupescūt. Uiuo ego dicit dn̄s deus: si erit vobis vltra parabola hec in prouerbium in israel. Ecce omēs anime mee sunt vt anima patris ita et anima filij mea est. Anima que peccauerit: ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus et fecerit iudiciū et iusticiam: in montibus non comederit: et oculos suos non leuauerit ad ydola domus israel: et vxorem proximi sui non violauerit et ad mulierem menstruatam non accesserit: et hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nichil rapuerit: panē suum esurienti dederit: et nudum operuerit vestimento: ad vsuram non cōmodauerit et amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suā: iudicium verum fecerit inter virū et virū/et in preceptis meis ambulauerit et iudicia mea custodierit vt faciat veritatem: hic iustus est: vita viuet ait dominus deus. Quod si genuerit filium latronem effundentem sāguinem: et fecerit vnum de istis: et hec quidem omnia non facientem: nū quid viuet? Cum hec vniuersa hec detestanda fecerit: morte morietur. Sanguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filium qui videns om̄ia peccata patris sui que fecit timuerit et non fecerit similiter: iudicia mea fecerit: et in preceptis meis ambulauerit hic non morietur in iniquitate patris sui: sed vita viuet. Pater eius qui calūniatus est: et vim fecit fratri: et malum operatus est in medio populi sui: ecce mortuus est i iniquitate sua. Et dicitis quare non portabit filius iniquitatē patris sui? Uidelicet quia filius iudicium et iusticiam operatus est. Om̄ia precepta mea custodiuit et fecit illa: vita viuet. Ait dominus omnipotens. Graduale. Custodi me domine vt pupillam oculi: sub vmbra alarū tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant equitatem. Euangelium secundum iohannem. viij. capitulo.

In illo tempore: Dicebat iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Si vos manseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis. Et cognoscetis veritatem: et veritas liberabit vos. Responderũt ei iudei. Semen abrahe sum⁹: et nemini seruiuimus vnq̃. Quomodo tu dicis qꝫ liberi eritis? Respondit eis iesus. Amen amen dico vobis: quia omnis qui facit peccatum: seru⁹ est peccati. Seruus autem non manet in domo ĩ eternum: filius autem manet in eternum. Si ergo filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Scio quia filij abrahe estis sed queritis me interficere: quia sermo meus nõ capit in vobis. Ego qđ vidi apud patrem meum loquor: et vos que vidistis apud patrẽ vestrum facitis. Responderũt et dixerũt ei. Pater noster abrahã est. Dicit eis ies⁹ Si filij abrahe essetꝭ: opa abrahe faceretis. Nũc aũt q̃ritis me interficere: hoĩem qui veritatẽ locutus sũ vobis: quam audiui a deo. Hoc abraham non fecit: vos facitis opa p̃ris vestri. Dixerũt itaqꝫ ei. Nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrem habemus deum. Dixit ergo eis iesus. Si deus pater vester esset: diligeretꝭ vtiqꝫ me Ego enim ex deo processi et veni. Neqꝫ enim a meipso veni: sed ille me misit Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meũ. Uos ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: et in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mẽdacium: ex propriis loquitur: quia mẽdax est/et pater eius. Ego autem si veritatem dico: non creditis michi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico: quare vos nõ creditis michi? Qui ex deo est: verba dei audit. Offertoriũ. Immittit angelus domini in circuitu timẽtium eum: et eripiet eos gustate et videte quoniam suauis est dominus. ℣. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Secreta.

Sacrificia domine quesum⁹ propensius ista nos saluẽt: que medicinalibus sunt instituta ieiuniis. Per dominum. Cõmu. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcommunio.

Tuorum nos domine largitate reple donorum: et temporalibus attolle presidiis: ⁊ renoua sempiternis. Per dominum.

Super populum. Oratio.

Da quesumus domine populis christianis: et que profitentur agnoscere: ⁊ celeste munus diligere qđ frequentant. Per dominũ.

Feria sexta quattuor temporum.

De necessitatibus Offĩm. meis eripe me domine: vide humilitatem meã et laborem meũ et dimitte omnia peccata mea. ℣s. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam. Oratio.

Esto domine propicius plebi tue: et quam tibi facis esse deuo

tam: benigno refoue miserat⁹ auxilio. Per dominū nostrum. Lcō ezechielis prophete. xviij. capitu.

Hec dicit domin⁹ deus. Anima que peccauerit ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: et pater non portabit iniquitatem filij. Justicia iusti super eum erit: et impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operat⁹ est et custodierit omnia precepta mea: et fecerit iudicium ⁊ iusticiam: vita viuet et non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est: nō recordabor. Jn iusticia sua quam operatus est: viuet. Nunquid voluntatis mee est mors impij dicit dominus deus: et non vt conuertatur a viis suis et viuat? Si autem se auerterit se iust⁹ a iusticia sua: et fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas opari solet ipius: nunqd viuet? Omnes iusticie eius quas fecerat non recordabuntur. Jn preuaricatiōe sua qua preuaricatus est: ⁊ in peccato suo quod peccauit in ipis morietur. Et dixistis. Non est equa via domini. Audite ergo domus israel. Nunquid via mea non est equa: et non magis vie vestre praue sunt? Cum enim auerterit se iustus a iusticia sua: et fecerit iiquitates: morietur in eis. Jn iniusticia sua quā opatus est: morietur. Et cū auerterit se ipius ab impietate sua quā operatus est: et fecerit iudicium et iusticiam: ipse animam suam viuificabit. Considerans eni et auertens se ab omnibus iiquitatibus suis: quas operatus est: vita viuet et non morietur. Dicit dominus omnipotens.

Graduale. Saluum fac seruum tuū: deus meus sperātem in te. ℣. Auribus percipe domine orationem meam. Tra Dn̄e non secundum. S. iohannē. v.

In illo tēpore: Erat dies festus iudeorum: et ascēdit iesus hierosolimam. Est autem hierosolimis ꝓbatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida: quinqꝫ portic⁹ habens Jn his iacebat multitudo magna languētiū: cecorum/claudorū/aridorꝫ expectantium aque motum Angelus autem domini secūdum tempus descendebat in piscinam: et mouebatur aqua. Et quicunqꝫ prior descendisset in piscinam post motionem aq̄: sanus fiebat a quacunqꝫ detinebatur īfirmitate. Erat aūt quidā homo ibi: trigīta et octo annos habēs in īfirmitate sua. Hūc ergo cum vidisset iesus iacentem et cognouisset quia multum iam tempus haberet: dicit ei. Uis san⁹ fieri? Respōdit ei languidus. Domine: hominē non habeo: vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Dum venio enim ego: alius ante me descēdit. Dicit ei iesus. Surge tolle grabatum tuū: et ambula. Et statim san⁹ factus est homo ille: ⁊ sustulit grabatū suum et ambulabat: Erat autē sabbatum: in illa die. Dicebant ergo iudei illi: qui sanus fuerat. Sabba

tum est: non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis Qui me fecit sanũ: ille michi dixit: tolle grabatum tuum: et ambula. Interrogauerũt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabatum tuum et ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus: nesciebat quis esset. Jesus autem declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eum iesus in templo: et dixit illi. Ecce sanus factus es iam noli peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo et nunciauit iudeis: quia iesus esset qui fecit eum sanum. Offertorium. Benedic anima mea domino: et noli obliuisci omes retributiões eius: et renouabitur sicut aquile iuuent⁹ tua. ℣. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis et redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in miseratione et mi- sericordia. Secreta.

Suscipe domine quesumus munera nr̃is oblata seruitiis: et tua propicius dona sanctifica. Per dominum. Cõmunio. Erubescant et conturbentur omnes inimici mei: auertantur retrorsum et erubescant valde velociter. Postcommunio.

Per huius domĩe operationem misterij/et vicia nostra purgẽtur: et iusta desideria compleantur. Per dominum. Super populum Oratio.

Exaudi nos misericors deus: et mentibus nostris gratie tue lumen ostẽde. Per dominum nostrũ iesum christũ.

Sabbato quattuor temporum. Ad missam. Officium.

Intret oratio mea in conspectu tuo inclina aurem tuam ad precem meã domine. ps Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te. Omnes orationes sine Dominus vobiscũ dicuntur preter vltimã que est ante epistolam: et ad omnes orationes dr̃. Orem⁹. Similiter ad oẽs orõnes dr̃ Flectamus genua. preterq̃ ad vltimam: que est ante epistolam. Et omnes lectiones cum suis titulis legantur. Oratio.

Populum tuum quesumus domine propicius respice: atq; ab eo flagella tue iracũdie clementer auerte. Per dominum. Lectio libri deuteronomij. xxvj.

In diebus illis: Locutus est moyses ad dominum dicẽs. Respice domine de sãctuario tuo: et de excelso celorum habitaculo et benedic populo tuo israel: et terre quam dedisti nob: sicut iurasti patribus nostris dare terram lacte et melle manantem. Audi israel: hodie dñs deus tu⁹ precepit tibi vt facias mãdata ei⁹ atq; iudicia: et custodias et ipleas ex toto corde tuo et ex tota aĩa tua Dominum elegisti hodie: vt sit tibi deus et ambules in viis eius: et custodias cerimonias illius: et mandata eius atq; iudicia: et obedias eius imperio. Et domin⁹ elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris sicut locutus est tibi: vt custodias omnia precepta eius: et faciat te excelsiorem cunctis gentibus: quas creauit in laudem et nomen et gloriam suam:

ut sis populus sactus domini dei tui: sicut locutus est tibi. Gꝛadua. Propicius esto domine peccatis nostris nequando dicant gentes ubi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honoꝛem nominis tui domine libera nos. Nō repetatur gra-dualē. Oꝛatio.

Deus qui nos per tēpoꝛalia ducis ad eterna/pꝛetende misericoꝛdiā tuā ad celestia pꝛomissa nitentibus: et quia tuū est quod in te credimus: tuū sit omne quod uiuimus. Per dominum. Lectio libꝛi deuteronomij. xi capitu.

In diebus illis Dixit moyses filiis isrl. Si custodieritis mādata que ego pꝛecipio vobis et feceritis ea ut diligatis dñm deum vestrū: et ambuletis ī omnibus viis eius adherentes ei: disperdet dñs omnes gētes istas ante faciem vestram: et possidebit; eas que maioꝛes et foꝛtioꝛes vobis sūt. Dis locus quem calcauerit pes vester: vester erit. A deserto et libano et flumine magno eufrate usqꝫ ad mare occidentale: erunt termini vestri. Nullus stabit contra vos. Terroꝛē vestrū et foꝛmidinem dabit dñs deus vester super omnē terram: quā calcaturi estis: sicut locutus est vobis: dominus deus vester. Gꝛaduale. Protectoꝛ noster aspice deus et respice super seruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi pꝛeces seruoꝛū tuoꝝ. Oꝛ.

Protectoꝛ noster aspice de⁹: ut qui maloꝝ nostroꝛū pondere pꝛemimur: percepta misericoꝛdia libera tibi mente famulemur. Per dominum. Lectio libꝛi machabeoꝛum. ij. i.

In diebus illis: Oꝛationem faciebāt sacerdotes dum offerrēt sacrificium pꝛo populo israel: ionatha inchoante: ceteris autem respondentibus et dicentibus. Benefaciat vobis deus: et meminerit testamenti sui quod ad abꝛaham et isaac et iacob locutus est: seruoꝛū suoꝛum fidelium. Et det vobis coꝛ omnibus ut colatis eum et faciatis eius voluntatem. Adaperiat dominus coꝛ vestrū in lege sua: et in pꝛeceptis suis: et faciat pacē. Exaudiat dñs oꝛationes vestras et reconcilietur vobis: nec vos deserat ī tempoꝛe malo dñs deus vester. Gꝛad. Cōuertere domine aliquātulum: et depꝛecare super seruos tuos. ℣. Domine refugiū factus es nobis: a generatione et pꝛogenie. Oꝛ.

Adesto q̄s dñe supplicationibus nostris: ut esse te largiente mereamur: et inter pꝛospera humiles: et inter aduersa securi. Per dominū no. Ecclesiastici. xxxvj. capitulo. Lectio libꝛi sapientie.

Miserere nrī deus oīm et respice nos: et ostēde nobis lucem miserationū tuarū. Et īmitte timoꝛē tuū sup gentes que non exquisierūt te: ut cognoscāt quia non est de⁹ nisi tu: ut enarrēt magnalia tua. Alleua manū tuā sup gentes alienas: ut videant potentiam tuā. Sicut eni in ꝯspectu eoꝛum sāctificatus es ī nobis: sic in conspectu nrō magnificaberis in illis: ut cognoscant te sicut et nos

cognouimus: quia nō est deus pre
ter te domine. Innoua signa: et i-
muta mirabilia. Glorifica manū
et brachium dextrū. Excita furo-
rem: et effunde iram. Extolle ad-
uersarium: et afflige inimicū. Fe
stina tēpus: et memento finis: vt
enarrēt vniuersa mirabilia tua: do
mine deus noster. Graduale. Sal
uum fac populum tuum domine et bene
dic hereditati tue. ℣. Ad te domine clama
ui deus meus ne sileas a me: et ero simi-
lis descendentibus in lacum. Oratio.

Actiones nrās quesum⁹ do-
mine et aspirando preue-
ni et adiuuando prosequere: vt cū
cta nostra operatio a te semper in
cipiat: et per te cepta finiatur. Per
Lectio danielis prophete. iij. cap.

Angelus domini descendit
cum azaria et sociis eius in
fornacē et excussit flamam ignis
de fornace: et fecit medium forna
cis quasi ventum roris flantem.
Flama autē diffusa est sup forna-
cē cubitis quadraginta nouē: et in
cendit quos reperit iuxta fornacē
de caldeis ministros regis: qui eā
incendebāt. Illos aūt oīno non te
tigit ignis: neqȝ contristauit: nec
quicq̄ molestie itulit. Tūc hi tres
quasi ex vno ore laudabant: et glo
rificabant: et benedicebant deum
in fornace dicentes. Benedictus
es domine deus patrum nostrorum:
et laudabilis et gloriosus et super-
exaltatus in secula. Et benedictū
nomē glie tue quod est sanctū: et
laudabile et superexaltatum i om
nibus seculis. Benedictus es i tē-
plo sancto glorie tue: et superlau-
dabilis et supergloriosus in secula
Benedict⁹ es in throno regni tui:
et superlaudabilis et superexalta
tus i secula. Benedictus es super
sceptrum regni diuinitatis tue: et
superlaudabilis et supergloriosus
in secula. Benedictus es qui itue
ris abyssos et sedes super cherubi:
et laudabilis et superexaltatus in
secula. Benedictus es qui ambu-
las super pennas ventorum et super
vndas maris et superlaudabilis et
superexaltatus in secula. Duo cle
rici de secunda forma in suppelli-
ciis ad gradum chori dicant Tra
ctum. Benedictus es in firmamēto ce
li et laudabilis et gliosus i secula. Cho
rus idem. Clerici. ℣. Benedicite om
nia opera domini domino benedicite celi
dño: benedicite angeli dñi domino. Cho
rus post vnūquēqȝ versū respōde
at. Hymnū dicite et superexaltate eū in
secula. Clerici. ℣. Bñdicite aque que
super celos sūt dño: benedicite oēs virtu
tes dñi dño: benedicite sol et luna domīo
Chorus. Hymnū dicite. Clerici. ℣.
Benedicite stelle celi dño: benedicite ymber
et ros dño: benedicite omīs spūs dei
dño. Chorus. Hymnū. Clerici. ℣.
Benedicite ignis et estus dño benedicite
noctes et dies domino: benedicite tenebre
et lumen dño. Chorus. Hymnū. Cle
rici. ℣. Benedicite frigus et cauma do
mino: benedicite pruina et niues domīo:
benedicite fulgura et nubes dño. Cho-
rus. Hymnū. Clerici. ℣. Benedicat
terra dño: benedicite mōtes et colles dño
bened oīa nascētia terre dño. Chorus.
Hymnū. Clerici. ℣. Benedicite maria

et flumina dño: benedicite fontes domino benedicite cete et oia que mouentur in aquis domino. Chorus. Hymnũ. Clerici. ℣. Benedicite volucres celi dño: benedicite bestie et vniuersa pecora dño: benedicite filij hoim dño. Chorus. Hymnũ. Clerici. ℣. Benedicat israel domino benedicite sacerdotes dñi dño: benedicite serui domini dño. Chorus. Hymnũ. Clerici. ℣. Benedicite spũs et anime iustorum domino: benedicite sancti et humiles corde dño. Chorus. Hymnum. Clerici. ℣. Benedicite anania azaria misael dño. Chor⁹. Hymnũ. Postea clerici reincipiãt tractũ. Benedict⁹ es in fir. et percantetur a choro Sequitur Dñs vobiscũ. et Oremus Hic nõ dicatur Flectam⁹ genua.

Deus qui tribꝫ pueris Orõ. mitigasti flamas ignium: cõcede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flama viciorum. Per do. Hic dicantur mẽorie consuete. Epl'a. j. Ad thessalonicẽ. v.

Fratres: Rogam⁹ vos corripite inquietos: cõsolamini pusillanimes: suscipite ĩfirmos patientes estote ad oẽs. Uidete ne quis malũ ꝓ malo alicui reddat: sed semper qđ bonũ est sectamini in inuicẽ ⁊ in oẽs. Sẽper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agite. Hec eni est voluntas dei in christo iesu: in oibus vobis. Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite spnere Omnia autem probate: quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spirit⁹ vester et anima et corpus sine querela: in aduẽtu domini nostri iesu christi seruetur.

Duo clerici de secũda forma ĩ cappis suis nigris: ad gradũ chori simul cantẽt totũ et integrum istũ tractum Laudate dominũ oẽs gentes: et collaudate eum oẽs populi. ℣. Quoniam cõfirmata est super nos mĩa eius: et veritas domini manet in eternũ. Euangelium. Se. matheũ. xvij.

In illo tempore: Assumpsit iesus petrũ ⁊ iacobũ et iohãnem fratrẽ eius: et duxit illos in montem excelsũ seorsũ: et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimẽta autem eius facta sũt alba sicut nix. Et ecce apparuerũt illis moyses et helyas: cum eo loquentes. Respondens autem petrus dixit ad iesum. Dñe: bonum est nos hic esse. Si vis faciam⁹ hic tria tabernacula: tibi vnũ moysi vnum et helye vnũ. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicẽs. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli: ceciderunt in faciem suam et timuerũt valde. Et accessit iesus et tetigit eos: dixitqꝫ eis. Surgite: et nolite timere. Leuantes autem oculos suos: neminem viderũt nisi solum iesum. Et descendentibus illis de monte: precepit iesus dicẽs. Nemini dixeritis visionẽ: donec filius hominis a mortuis resurgat Offertorium. Dñe deus salutis mee in die

clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo domine. ℣. Inclina aurem tuam ad precem meam domine longe fecisti notos meos a me clamaui ad te domine tota die expandi manus meas ad te.

Secreta.

Presentibus sacrificiis quesumus domine ieiunia nostra sanctifica: vt qd obseruantia nostra profitetur extrinsecus: intrinsecus operetur. Per dominum. Coio. Domine deus meus in te speraui: libera me ab omnibus persequentibus me et eripe me

Postcoio.

Quos diuino domie reficis misterio: perpetuo defende presidio: et quos imbuisti celestibus institutis salutaribus comitare solatiis. Per dominum. Si episcopus defuerit dicatur super populum hec Oratio.

Fideles tuos domine benedictio desiderata confirmet: que eos et a tua volūtate nūq̄ faciat discrepare: et tuis semper indulgeat bñficiis gratulari. Per Tamen si episcopus presens fuerit et ordines fecerit nō dicet. Dñica .ij. quadragesie. Ad missā. offm

Reminiscere miserationū tuarum domine et misericordie tue que a seclo sūt: ne vnq̄ dominentur nobis inimici nostri: libera nos deus israel ex omnibus angustiis nostris. ℣. Ad te domine leuaui aīam meam: deus meus in te confido non erubescā. Oratio.

Deus qui cōspicis omni nos virtute destitui: interius exteriusq̄ custodi: vt ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore: et a prauis cogitationibus mūdemur in mente. Per dominum.

Epl'a. Ad thessalonicēses .iiij. ca°.

Fratres: Rogamus vos et obsecramus in dño iesu: vt queādmodum accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare et placere deo: sic et ābuletis vt abundetis magis. Scitis eni que precepta dederim vobis: per dñm iesū. Hec est enim voluntas dei sāctificatio vestra: vt abstineatꝭ vos a fornicatione vt sciat vnusquisq̄ vestrū suum vas possidere in sanctificatione et honore Nō in passione desiderij: sicut et gentes que ignorant deū. Et ne quis supgrediatur neq̄ circūueniat in negocio fratrem suū: quoniam vindex est dñs de his omnibus: sicut prediximus vobis et testificati sumꝰ. Non enim vocauit nos deus ī immundiciā: sed in sanctificationē. In christo iesu: dño nostro. Grad

Tribulationes cordis mei dilatate sunt de necessitatibus meis eripe me dñe. ℣. Vide humilitatem meā et laborē meum et dimitte omnia pctā mea. Tractus.

Dixit dominus mulieri chananee: non est bonū sumere panem filiorꝝ: et mittere canibꝫ ad manducandū. ℣. At illa dixit etiā dñe: nam et catelli edūt de micis que cadūt de mēsa dñorꝝ suorꝝ. ℣. Ait illi iesus o mulier magna est fides tua fiat tibi sicut petisti. Secundū math. xv.

In illo tpe: Egressꝰ iesus secessit in partes tyri et sydonis et ecce mulier chananea a finibus illis egressa: clamauit dicens ei. Miserere mei domie fili dauid:

filia mea male a demonio vexatur Qui non respōdit ei verbum. Et accedentes discipuli eius: rogabant eum dicētes. Dimitte eam: quia clamat post nos Ipse autem respondens ait. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. At illa venit: et adorauit eū dicens. Domine: adiuua me Qui respondens ait. Non est bonū sumere panem filiorum et mittere canibꝫ. At illa dixit. Etiam domine Nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dn̄orum suorum. Tunc respondens iesus: ait illi. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Offer. Meditabor in mādatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua q̄ dilexi.

Ecclesie tue domine munera placatus assume: Secreta que et misericors offerenda tribuisti: et in nostre salutis potenter efficis transire misterium. Per dominum. Prefatio quotid. Coīo. Intellige clamorem meum intende voci orationis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine. Postcoīo.

Corporis et sanguinis sacrosancti domine q̄sumus gratia nos sumpta viuificet/ et qd̄ misticis actionibꝫ pollicetur: eternis effectibus largiatur. Per. Feria secunda. Officiū

Redime me domie et miserere mei: pes enim meus stetit i via recta: i ecclesiis benedicā dn̄m. ps Iudica me domine quoniam ego i innocentia mea ingressus sum: et in domino sperans non infirmabor. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt familia tua q̄ se affligendo carnem ab alimētis abstinet: sectando iusticiā a culpa ieiunet. Per. Lcō daniel' pphē. ix

In diebꝫ illis. Orauit daniel ad dominū dicens. Domine deus noster qui eduxisti populum tuū de terra egypti in manu forti: et fecisti tibi nomen secundum diem hanc: peccauimus iniquitatē fecimus domine: in omnē iusticiā tuam. Auertatur obsecro ira tua et furor tuus a ciuitate tua hierusalem: et a monte sancto tuo. Propter pctā eni nostra: et iiquitates patrū nostrorum: hierusalē et populus tuus in opprobriū sunt oībus per circuitū nostrū. Nūc ergo exaudi deus noster orōem serui tui et preces eius: et ostēde faciem tuā sup sanctuariū tuū quod desertum est. Propter temetipsū iclina deus meus aurē tuam et audi: aperi oculos tuos et vide desolationē nostrā et ciuitatē super quam inuocatū est nomen tuū. Neqꝫ eni in iustificationibꝫ nr̄is prosternimus preces ante faciē tuam: sed in miserationibꝫ tuis multis. Exaudi domine: placare dn̄e: attēde et fac. Ne moreris propter temetipsū deus meus: quia nomen tuū inuocatū est super ciuitatē et sup populū tuū: dn̄e deus noster. Grad. Adiutor meus et liberator meus esto dn̄s ne tardaueris. V. Confūdantur et reuereātur qui querūt aīam meā. Tractus. Dn̄e nō secundum. Secūdum iohēm. viij.

In illo tempore: Dixit iesus turbis iudeorum. Ego vado et queretis me: et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado: vos non potestis venire. Dicebāt ergo iudei. Quo hic itur⁹ est quia nō inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est et docturus gentes? Dicebant ergo. Nunquid interficiet semetipsū: quia dicit quo ego vado: vos nō potestis venire. Et dicebat eis. Uos de deorsum estis: ego vero de superius sum. Uos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mūdo. Dixi ergo vob: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim nō credideritis quia ego sum: moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei iudei. Tu q̄s es? Dicit eis iesus. Pricipium qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare: sed q̄ misit me verax est. Et ego q̄ audiui ab eo: hec loquor in mundo. Et non cognouerunt: quia de patre eius diceret. Dixit ergo eis iesus. Cum exaltaueritis filium hominis: tunc cognoscetis quia ego sum. Et a me ipso facio nichil: sz sicut docuit me pater hec loquor. Et qui misit me mecū est: et non reliquit me solum. Quia ego que placita sunt ei: facio semper. Offertorium. Benedicam dominum qui tribuit michi intellectum prouidebam deum in cōspectu meo semper quoniam a dextris est michi. ℣. Conserua me domine quoniam in te speraui: ego dixi deus meus es tu dominus pars hereditatis mee. Secreta.

Hec hostia quesumus domine placationis et laudis tua nos propiciatiōe dignos efficiat. Per dominum nostrum. Cōmunio. Domine dominus noster q̄ admirabile est nomen tuum ī vniuersa terra.

Hec nos Postcommunio. cōmunio domine purget a crimine: et celestis remedij faciat esse consortes. Per. Super populum. Oratio. Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciā sperande pietatis indulges: consuete misericordie tribue benign⁹ effectum. Per. Feria tercia. Offi.

Tibi dixit cor meum quesiui vultum tuum: vultum tuum domine requiram ne auertas faciem tuam a me. ps. Dominus illuminatio mea et salus mea quem timebo. Oratio.

Perfice quesumus domine benignus ī nobis obseruantie sācte subsidiū: vt que te auctore facienda cognouimus: te operante impleamus. Per. Lectio libri regum. iij. xvij. capi.

In diebus illis: Fact⁹ est sermo domini ad heliā tesbiten dicēs. Surge et vade in sareptam sydoniorum: et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue: vt pascat te. Surrexit helias et abiit in sareptam. Cūq3 venisset ad portam ciuitat: apparuit ei mulier vidua colligens ligna. Et vocauit eam: dixitq3 ei. Da michi paululum aque in vase: vt bibam. Cumq3 illa pergeret vt afferret: clamauit post tergū eius

dicens. Affer michi obsecro et bucellam panis i manu tua. Que respondit. Viuit dominus deus tuus quia non habeo panē nisi quātū pugillus capere potest farine i hydria: et paululum olei i lechito. En colligo duo ligna: vt ingrediar ꝛ faciā illud michi et filio meo: vt comedamus et moriamur. Ad quam helyas ait. Noli timere: sed vade et fac sicut dixisti. Veruntamen michi primū fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum ꝛ affer ad me. Tibi autem et filio tuo facies postea. Hec dicit dominus deus israel: hydria farine nō deficiet: nec lechitus olei minuetur: vsq3 ad diem in qua daturus est dominus pluuiam super faciem terre. Que abiit ꝛ fecit iuxta verbum helye: ꝛ comedit ipse et illa et domus eius. Et ex illa die hydria farine non defecit: et lechitus olei non est imminutus iuxta verbum domini: quod locutus fuerat in manu helye. Graduale. Iacta cogitatum tuum i domino et ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meam: ab his qui appropinquant michi. Secundum Matheum. xxiij. capitulo.

In illo tēpore: Locutus est iesus ad turbas ꝛ ad discipulos suos dicēs. Super cathedram moysi sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo quecunq3 dixerit vobis: seruate et facite. Secundum vero opera eorum: nolite facere. Dicunt enim: et nō faciunt. Alligāt enim onera grauia et iportabilia: et imponunt ī humeros hominū: digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciunt: vt videantur ab hominibus. Dilatāt enī philacteria sua: et magnificant fimbrias. Amant autē primos recubitus in cenis: et primas cathedras in synagogis ꝛ salutationes in foro et vocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi: vnus est enim magister vester. Omēs enim vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram. Vnus est enim pater vester: qui in celis est. nec vocemini magistri quia magister vester vnus est christꝰ. Qui maiorꝫ vestrum: erit minister vester. Qui autem se exaltauerit humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. Offertorium. Miserere michi domine secundum magnam misericordiam tuam: dele domine iniquitatē meam. ℣. Quoniam iniquitatem meā ego cognosco: et delictum meum coram me est semper. Secreta.

Sanctificationem tuam nobis domīe his misteriis placatus operare: que nos et a terrenis purget viciis: et ad celestia dona perducat. Per dominum. Communio. Narrabo omnia mirabilia tua: letabor et exultabo in te: psallam nomini tuo altissime. Postcommunio.

Sit nobis domine quesumꝰ medicina mētis et corporis qđ de sancto altari tuo percepimus: vt nullis aduersitatibus fatigemur: qui tanti remedij participatione munimur. Per. Sup ppl'm. Or.

Propiciare domine supplicationibz nostris: et animarum nostrarum medere languoribz: vt remissione percepta i tua sẽper benedictione letemur. Per.

Feria quarta. Officium.

Ne derelinquas me domine deus meus ne discedas a me: intende in adiutorium meũ domĩe virtus salutis mee. Ps. Domine ne in furore tuo arguas me: neqȝ in ira tua corripias me. Oratio.

Populum tuũ quesumus domine propicius respice: ⁊ quos ab escis carnalibus precipis abstinere: a noxiis quoqȝ vicus cessare cõcede. Per dominum. Lectio libri hester. xiij. ca.

In diebz illis: Orauit mardocheus ad dominum dicens. Domine deus rex omnipotens in ditione tua cũcta sunt posita: et nõ est qui possit tue resistere voluntati. Si decreueris saluare nos: ꝯtinuo liberabimur. Tu enim domine fecisti celum et terram: ⁊ quicquid celi ambitu cõtinetur. Dominus omniũ tu es: nec est qui resistat voluntati tue. Et nunc domine rex regum deus abraham miserere populo tuo: qꝛ volunt nos inimici nostri perdere: et hereditatem tuam delere Ne despicias partẽ tuã quam redemisti de egypto: sed exaudi deprecationem nostram et propicius esto sorti et funiculo hereditatis tue. Cõuerte luctum nostrum in gaudium: vt viuentes laudemus nomen tuum. Et ne claudas ora canentium te: domine deus noster.

Graduale. Saluum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue. V. Ad te domine clamaui deus meus ne sileas a me: et ero similis descendentibus in lacum. Tractus. De necessitatibus meis. Secundũ matheũ. xx. capi.

In illo tempore: Ascendens iesus hierosolimam: assumpsit duodeci discipulos suos secreto ⁊ ait illis. Ecce ascendimus hierosolimã: et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis: et condemnabũt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum: et flagellandum: et crucifigẽdum: et tercia die resurget. Tũc accessit ad eũ mat filioꝝ zebedei cum filiis suis: adorãs et petẽs aliqd ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filij mei: vnꝰ ad dexteram tuam: et vnus ad sinistram in regno tuo Respondens autẽ iesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem: quẽ ego bibiturus sũ? Dicũt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meã et ad sinistram: non est meum dare vobis sed quibus paratum ꝫ a patre meo. Et audientes decẽ indignati sunt de duobus fratribus. Iesꝰ autẽ vocauit eos ad se: et ait. Scitis quia principes gentium dominãtur eorum: et qui maiores sũt: potestatem exercent in eos? Non ita erit inter vos. Sed quicũqȝ voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et quicunqȝ voluerit iter vos primus esse: erit vester

seruus Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare: et dare animam suam in redemptionem pro multis. Offertorium. Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te confido non erubescam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. V. Dirige me in veritate tua et doce me quia tu es deus salutis mee et te sustinui tota die

Hostias domine Secreta. quas tibi offerimus propicius respice: et per hec sacrosancta commercia vincula peccatorum nostrorum absolue. Per. Comunio. Iustus dominus et iusticias dilexit: equitatem vidit vultus eius. Postcomunio

Prosit nobis domine quesumus mysterij frequentata perceptio: vt a vetustatis conditione purgati: ad tue nouitatis incrementa tendamus. Per Sup poplm

Deus innocentie Oratio. restitutor et amator dirige ad te tuorum corda seruorum vt spiritus tui feruore concepto / et in fide inueniantur stabiles: et in opere efficaces. Per dominum no. In vnitate eiusdem. Feria quinta.

Deus in adiuto- Officium. rium meum intende domine ad adiuuandum me festina: confundantur et reuereantur inimici mei qui querunt animam meam. Ps. Auertantur retrorsum et erubescant: qui volunt michi mala.

Presta nobis que- Oratio. sumus domine auxilium gratie tue: vt ieiuniis et orationibus conuenienter intenti: liberemur ab hostibus mentis et corporis. Per dominum nostrum. Lectio hieremie prophete. xvij. capitulo

In diebus illis: Locutus est hieremias propheta dicens Maledictus homo qui confidit in homine: et ponit carnem brachium suum: et a domino recedit cor eius. Erit enim quasi mirice in deserto et non videbit cum venerit bonum sed habitabit in siccitate in deserto: in terra salsuginis et inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in domino: et erit dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas: quod ad humorem mittit radices suas: et non timebit cum venerit estus. Et erit folium eius viride: et in tempore siccitatis non erit sollicitum: nec aliquando desinet facere fructum. Prauum est cor hominis et inscrutabile quis cognoscet illud: Ego dominus scrutans corda et probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam. et iuxta fructum adinuentionum suarum. Dicit dominus omnipotens. Graduale. Propicius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gentes vbi est deus eorum. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorem nominis tui domine libera nos. Secundum iohannem. v.

In illo tempore: Dixit iesus turbis iudeorum. Non possum ego a meipso facere quicquam: sed sicut audio iudico. Et iudicium meum iustum est: quia non quero voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me. Si ego testimo

niū phibeo de meipo: testimoniū meum non est verū. Alius est qui testimoniū perhibet de me: et scio quia verum est testimoniū quod perhibet de me. Uos misistis ad iohannem: et testimoniū perhibuit veritati. Ego autem nō ab homine testimoniū accipio: sed hec dico vt vos salui sitis Ille erat lucerna ardens et lucens: vos autē voluistis ad horā exultare ī luce eius Ego autem habeo testimonium maius iohanne. Opera enim que dedit michi pater vt perficiam ea: ipsa opera que ego facio testimonium perhibent de me: quia pater me misit Et qui misit me pater: ipse testimonium perhibuit de me. Neqꝫ vocem eius vnq̄ audistis: neqꝫ speciem eius vidistis. Et verbum eius nō habetis in vobis manēs quia quem misit ille: huic vos non creditis Scrutamini scripturas quia vos putatis in ipsis vitam eternam habere: et ille sunt que testimonium perhibēt de me. Et non vultis venire ad me: vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus nō accipio: sed cognoui vos quia dilectionem dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei et nō accepistis me. Si alius venerit in nomine suo: illum accipietis. Quomodo vos potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis: et gloriam que a solo deo est non queritis? Nolite ergo putare quia ego accusaturꝰ siu vos apud patrem: est qui accusat vos moyses in quo vos speratis. Si enim crederetis moysi: crederetis forsitan et michi. De me enī ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis: quomodo verbis meis credetis. Offertorium. Precatus est moyses in cōspectu domini dei sui et dixit: precatus est moyses ī conspectu domini dei sui et dixit: quare domine irasceris in populo tuo parce ire anime tue: memento abrahā ysaac et iacob quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel et placatꝰ factus est dominus de malignitate quam dixit facere populo suo. V. Dixit dominus ad moysem inuenisti gratiam in conspectu meo: et scio te pre omnibus: et festinans moyses inclinauit se in terram et adorauit dicens scio quia misericors es in milibus: auferēs iniquitatem et peccata. Secreta.

Deus cui omniū sacrificiorum varietate finita hostiā nunc offerimus singularem: adesto votis tua inspiratione conceptis: vt in te sperantium et desideria iubeas perfici et peccata deleri. Per. Cōmunio. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem ī me manet et ego in eo dicit dominus. Postcō.

Gratia tua nos domine quesumus nō derelinquat: que et sacre nos deditos faciat seruituti: et tuam nobis opem semper acquirat. Per dominum. Super populum. Oratio

Adesto domine famulis tuis: et perpetuam benignitatem largire poscentibus: vt his qui te auctore et gubernatore gloriantur/ et cōgregata restaures: et restaurata cōserues. Per. Feria sexta. Officium.

Ego autem cum iusticia apparebo in conspectu tuo: saciabor dum manifestabitur gloria tua. ℣. Exaudi domine iusticiam meam: intende deprecationem meam.

Oratio. Da quesumus omnipotens deus: ut sacro nos purificante ieiunio: sinceris mentibus ad sancta ventura facias pervenire. Per. Lectio libri. Genesis. xxxvij. ca.

In diebus illis: Dixit ioseph fratribus suis. Audite somnium meum quod vidi Putabam nos ligare manipulos in agro et quasi consurgere manipulum meum et stare vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius. Nunquid rex noster eris: aut subiiciemur ditioni tue? Hec ergo causa somniorum atque sermonum: invidie et odii fomitem ministravit. Aliud quoque vidit somnium: quod narrans fratribus ait. Vidi per somnium quasi solem et lunam: et stellas undecim adorare me. Quod cum patri suo et fratribus retulisset: increpavit eum pater et dixit. Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Nunquid ego et mater tua et fratres tui adorabimus te super terram? Invidebant ei igitur fratres sui: pater vero rem tacitus considerabat. Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in sychem: dixit ad eum israel Fratres tui pascunt oves in sichimis: veni mittam te ad eos. Quo respondente / presto sum: ait. Vade et vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos et pecora: et renuncia michi quid agatur. Missus de valle ebron venit in sichem. Invenitque eum vir errantem in agro: et interrogavit eum quid quereret. At ille respondit. Fratres meos quero: indica michi ubi pascunt greges. Dixitque ei vir Recesserunt de loco isto. Audivi autem eos dicentes: eamus in dothaym Perrexit ergo ioseph post fratres suos et invenit eos in dothaym. Qui cum vidissent eum procul antequam accederet ad eos: cogitaverunt illum occidere et mutuo loquebantur. Ecce somniator venit: venite occidamus eum: et mittamus in cisternam veterem: dicemusque fera pessima devoravit eum: et tunc apparebit quid illi prosint somnia sua Audiens autem hoc ruben: nitebatur eripere eum de manibus eorum et dicebat. Non interficiamus animam eius nec effundamus sanguinem: sed proiicite eum in cisternam hanc que est in solitudine: manusque vestras servate innoxias Hoc autem dicebat: volens eum eripere de manibus eorum: et redderet patri suo. Graduale. Ad dominum cum tribularer clamavi et exaudivit me. ℣. Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa.

Tractus. Domine non secundum.

Secundum matheum. xxj.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum Homo quidam erat paterfamilias qui plantavit vineam: et sepem circundedit ei: et fodit in ea torcu

lar: et edificauit turrim: et locauit eam agricolis: et peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas: vt acciperent fructus eius. Et agricole apprehensis seruis suis: alium ceciderunt: alium occiderunt: alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: et fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens. Verebuntur forsitan filium meum. Agricole autem videtes filium dixerūt intra se. Hic est heres. Venite occidamus eum: et habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerūt extra vineam et occiderunt. Cum ergo venerit dominus vinee: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: et vineam suam locabit aliis agricolis: qui reddāt ei fructum temporibus suis. Dicit illis iesus. Nunq̄ legistis i scripturis lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli: a domīo factum est istud: et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis quia auferetur a vobis regnum dei: et dabitur genti facieti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum: cōfringetur. Super quem vero ceciderit: conteret eum Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius: cognouerūt q̄ de ipsis diceret. Et querētes eū tenere: timuerunt turbas. Quoniam sicut prophetam eum habebant. Offertorium. Domine in auxilium meum respice: confundantur et reuereantur qui querunt animam meam: vt auferant eam. ℣ Auertantur retrorsum et erubescant qui cogitant michi mala. Secreta.

Hec in nobis sacrificia domine deus et actione permaneant: et operatione firmentur. Per dominum nostrum iesum christum filium. Cōmunio. Tu domine seruabis nos et custodies nos a generatione hac i eternum. Postcommunio.

Fac nos quesumus domine accepto pignore salutis eterne sic tendere congruenter/ vt ad eā peruenire possimus. Per. Super populum. Oratio.

Da quesumus domine populo tuo salutem mētis et corporis: vt bonis operibus inherendo: tue sēper virtutis mereatur ptectione defēdi. Per dominum Sabbato. Offm.

Lex domini irreprehensibilis conuertēs animas: testimonium dei fidele sapientiam prestans paruulis. ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamētum. Or.

Da quesumus domine nostris effectum ieiuniis salutarem/ vt castigatio carnis assūpta: ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per dominum nostrum. Lectio libri genesis. xxvij. capitulo.

In diebus illis: Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrē tuum loquentem cum esau fratre tuo: et dicentem ei. Affer michi de vena-

tione: et fac cibos vt cõmedam: et benedicam tibi coram domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consiliis meis: et pergens ad gregē affer michi duos hedos optimos: vt faciā ex eis escas patri tuo: quibus libenter vescitur. Quas cum intuleris et comederit: bñdicat tibi priusquam moriatur. Cui ille respōdit. Nosti quod esau frater me⁹ homo pilosus sit et ego lenis: Si attrectauerit me pater meus et senserit: timeo ne putet sibi me voluisse illudere: et inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater. In me sit ista maledictio fili mi: tantum audi vocem meā et pergens affer que dixi. Abiit et attulit: deditque matri. Parauit illa cibos: sicut nouerat velle patrem illius: et vestibus esau valde bonis: quas apd se hēbat domi īduit eū. Pelliculasque hedorū circūdedit manibus: et colli nuda protexit. Deditque pulmentum et panes quos coxerat tradidit. Quibus illat⁹ dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi: Dixit iacob. Ego sū primogeitus tuus esau: feci sicut precepisti michi. Surge sede et comede de venatione mea: vt benedicat michi anima tua Rursum ysaac ad filium suum. Quomodo inquit tamcito inuenire potuisti fili mi: Qui respondit. Voluntas dei fuit: vt cito occurreret michi quod volebam. Dixitque ysaac. Accede huc vt tangam te fili mi: et probem vtrum tu sis filius meus esau an non. Accessit ille ad patrem: et palpato eo dixit ysaac. Vox quidem vox iacob est: sed manus: manus sunt esau. Et non cognouit eum: quia pilose manus similitudinem maioris expressērant. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus esau: Respondit/ego sum. At ille. Affer inquit michi cibos de venatione tua fili mi vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset: obtulit ei etiam et vinum. Quo hausto dixit ad eū. Accede ad me: et da michi osculum fili mi. Accessit et osculatus est eum. Statimque vt sensit vestimentorum illius fragrantiam: benedicens illi ait. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni: cui benedixit dominus. Det tibi dominus de rore celi et de pinguedine terre abundantiā frumēti et vini et olei: et seruiant tibi populi: et adorēt te trib⁹. Esto dominus fratrū tuorū: et incuruentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus: et qui benedixerit tibi: benedictionibus repleatur. Vix ysaac sermonē impleuerat et egresso iacob foras venit esau: coctosque de venatione cibos intulit patri dicēs. Surge pater mi: et comede de venatione filij tui: vt benedicat michi anima tua. Dixitque illi ysaac. Quis ei es tu: Qui respōdit Ego sū filius tuus primogenit⁹ esau. Expauit isaac stupore vehemēti: et vltraquam credi potest admirans ait. Quis igitur ille est qui dudū captā venationē

attulit michi: et comedi ex omibꝫ priusꝗ̃ tu venires? Benedixiqꝫ il li: et erit benedictus. Auditis esau sermonibus patris: irrugiit cla more magno ⁊ consternatus ait. Benedic etiam ⁊ michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter: et accepit benedi ctionem tuam. At ille subiunxit. Iuste vocatum est nomen eius ia cob: supplantauit enim me en al tera vice. Primogenita mea an te tulit et nunc secundo surripuit benedictionem meam. Rursum qꝫ ad patrem. Nunquid non re seruasti ait ⁊ michi benedictionē? Respōdit ei ysaac. Dominum tu um illum constitui: et omnes fra tres eius seruituti illius subiuga ui. Frumento et vino et oleo sta biliui eum: et tibi post hec fili mi. vltra quid faciam? Cui esau ait. Nun vnam inquit tantum bene dictiōem habes pater? Michi quo qꝫ obsecro vt benedicas. Cumqꝫ eiulatu magno fleret: mot⁹ ysaac dixit. In pinguedine terre: ⁊ in ro re celi desuper: erit benedictio tua.

Graduale. Bonum est confiteri domi no et psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annunciādum mane misericordiam tuam et veritatem tuam per noctem.

Euangelium secūdum Lucam. xv. capitulo.

In illo tem pore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo qui dam habuit duos filios: et dixit a dolescētior ex illis patri. Pater da michi portionem substantie: que me contingit. Et diuisit illis sub stantiam. Et non post multos di es congregatis omnibus adole scentior filius peregre profectus est in regionem longinquam: et ibi dissipauit substātiam suam vi uendo luxuriose. Et postꝗ̃ omnia consūmasset: facta est fames vali da in regione illa: et ipse cepit ege re. Et abiit et adhesit vni ciuium regionis illius ⁊ misit illum in vil lam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manduca bant: et nemo illi dabat. In se au tem reuersus dixit. Quanti mer cennarij in domo patris mei abū dāt panibus ego autem hic fame pereo? Surgam et ibo ad patrem meum: et dicam ei. Pater pecca ui in celum et coram te: iam non sum dignus vocari fili⁹ tuus: fac me sicut vnum ex mercennariis tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset: vidit eum pater suus: et mi sericordia motus est. Et accurrēs cecidit supra collum eius: et oscu latus est eum. Dixitqꝫ ei fili⁹. Pa ter peccaui in celum et coram te: iam non sum dignus vocari fili us tuus. Dixit autem pater ad ser uos suos. Cito proferte stolā pri mam ⁊ induite illum: et date anu lum in manu eius: et calciamen ta in pedes eius. Et adducite vi tulum saginatum et occidite: et manducemus et epulemur: quia hic filius meus mortu⁹ erat et re uixit: perierat et inuētus est. Et ce perunt epulari. Erat aūt filius se

niori agro. Et cum veniret et appropiquaret domui: audiuit symphoniam et chorum. Et vocauit vnum de seruis: et interrogauit que hec essent. Isq3 dixit illi. Frater tuus venit: et occidit pater tuus vitulum saginatum: quia saluum illum recepit. Indignatus est autem et nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: et nunq̃ mandatum tuum preteriui: et nunq̃ dedisti michi hedũ: vt cũ amicis meis epularer. Sed postq̃ hic filius tuus qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit: occidisti illi vitulũ saginatum At ipse dixit ei. Fili tu semper mecum es: et omnia mea tua sunt. Epulari autem et gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus fuerat: et reuixit. Perierat et inuentus est. Offertoriũ

Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. V. Vsq3quo domine obliuisceris me in finem quãdiu ponã consilia i anima mea.

His sacrificiis Secreta. domine concede placatus: vt qui propriis oram? absolui delictis: nõ grauemur externis. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate. Communio.

Oportet te fili gaudere: quia frater tuus mortuus fuerat et reuixit: perierat et inuẽtus est. Postcõmunio

Sacramenti tui domine diuina libatio penetralia nostri cordis infundat: et sui nos participes potenter efficiat. Per dominum nostrũ iesũ christũ. Super populum. Oratio.

Familiam tuã quesumus domine cõtinua pietate custodi: vt que in sola spe gratie celestis innititur: celesti etiam protectione muniatur Per dominum nostrum. Dñica tercia quadragesime. Officium.

Oculi mei semper ad dominum quia ipse euellet de laqueo pedes meos: respice in me et miserere mei quoniã vnicus et pauper sum ego. Ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescã. Oratio.

Quesumus omnipotens deus vota humilium respice: atq3 ad defensionẽ nostram: dexteram tue maiestatis extende. Per dominum nostrum iesũ christum

Epistola ad ephesios. v. capitulo.

Fratres: Estote imitatores dei sicut filij charissi et ambulate in dilectione sicut et christ? dilexit nos: et tradidit semetipm pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem et omnis immundicia aut auaricia nec nomietur in vobis sicut decet sanctos: Aut turpitudo: aut stultiloquiũ: aut scurrilitas que ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc aũt scitote intelligentes: q̃ omis fornicatio: aut imundus: aut auarus: qd est ydolorum seruitus: nõ habet hereditatẽ i regno christi et

dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorũ. Eratis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Ut filij lucis ambulate Fructus enim: lucis est in omni bonitate et iusticia et veritate. Graduale. Exurge domine non preualeat homo: iudicentur gentes in conspectu tuo. Vsus. In conuertendo inimicum meum retrorsum infirmabuntur et perient a facie tua. Tractus. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. V. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. V. Et sicut oculi ancille in manibus domine sue. V. Ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. V. Miserere nobis domine miserere nobis. Euangelium secundũ lucam. xj. capitulo.

In illo tempore: Erat iesus eiiciens demonium et illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium locutus est mutus: et admirate sunt turbe. Quidam autẽ ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum eiicit demonia Et alij tentantes: signum de celo querebãt ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum: dixit eis. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: et domus supra domum cadet. Si autem et sathanas i seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum ipsius: quia dicitis i beelzebub eiicere me demonia. Si aũt ego i beelzebub eiicio demonia: filij vri in quo eiiciũt? Ideo ipsi iudices vestri erũt. Porro si in digito dei eiicio demonia: profecto peruenit in vos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sũt omnia que possidet. Si autem fortior illo superueniẽs vicerit illum: vniuersa arma eius auferet i quibus confidebat: et spolia eius distribuet. Qui non est mecum aduersum me est. Et qui non colligit mecum: dispergit. Cum imũdus spiritus exierit ab homie: ambulat per loca inaquosa querens requiem et non inueniens dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit: inuenit eã scopis mundatam et ornatam. Et tunc vadit et assumit septem alios spũs secũ nequiores se: et ingressi habitant ibi. Et sunt nouissima hominis illius: peiora prioribus. Factum est autem cum hec diceret: extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus vẽter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo. Beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud. Offertorium. Iusticie domini recte letificantes corda: et dulciora super mel et fauum: nam et seruus tuus custodiet ea. Secreta.

Suscipe quesumus domine deuotorum munera famulorum et tua diuinis purifica seruientes pietate mysteriis: quibus etiam iustificas ignorantes. Per dominum nrm iesum christum filium tuum. Qui. Communio. Passer inuenit sibi domũ: et turtur nidũ

vbi reponat pullos suos: altaria tua domine virtutum rex meus et deus meus: beati qui habitant in domo tua in seculum seculi laudabunt te. Postcõio.

A Cunctis nos domine reatibus et periculis propiciatus absolue: quos tãti misterij tribuis esse participes. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum. Feria secunda. Officium.

In deo laudabo verbum i domino laudabo sermonẽ: in deo speraui non timebo quid faciat michi homo. ps. Miserere mei deus quoniam conculcauit me homo: tota die ĩpugnans tribulauit me.

Cordibus nostris Oratio. quesumus domĩe gratiam tuam benignus infunde: vt sicut ab escis carnalibꝫ abstinemus: ita sensus quoqꝫ nostros a noxiis retrahamus excessibus. Per dominum nostrum iesum christum filium. Lectio libri regum iiij. v.

In diebꝫ illis: Naamã princeps militie regis syrie: erat vir magnus apud dominũ suum et honoratus. Per illum enim dedit dominus salutem syrie. Erat autem vir fortis ⁊ diues: sed leprosus. Porro de syria egressi fuerant latrunculi: et captiuam duxerant de terra israel puellã paruulam: que erat ĩ obsequio vxoris naamã. Que ait ad dominam suã. Utinã fuisset dominus meus ad prophetã qui est in samaria: profecto curasset eum a lepra quã habet. Ingressus est itaqꝫ naaman ad dominum suum: et nunciauit ei dicẽs. Sic et sic locuta est puella de terra israel. Dixitqꝫ et rex syrie. Uade: et mittã litteras ad regem isrl'. Qui cum profect⁹ esset et tulisset secum decem talenta argenti: et sex milia aureos: et decem mutatoria vestimentorum: detulit litteras ad regem israel in hec verba Cum acceperis epistolam hãc: scito ꝙ miserim ad te naaman seruum meum: vt cures eũ a lepra sua. Cumqꝫ legisset rex israel litteras: scidit vestimẽta sua ⁊ ait. Nũquid ego de⁹ sum: vt occidere possim ⁊ viuificare: quia iste misit ad me: vt curẽ hominem a lepra sua: Animaduertite et videte: quia occasiones querat aduersum me. Quod cum audisset helyseus vir dei scidisse videlicet regem israel vestimenta sua: misit ad eum dicens. Cur scidisti vestimẽta tua: Ueniat ad me: ⁊ sciat prophetam esse in israel. Uenit ergo naaman cum equis et curribus: et stetit ad hostium domus helysei. Misitqꝫ ad eum helyseus nũcium dicens. Uade et lauare septies in iordane et recipiet caro tua sanitatem atqꝫ mundaberis. Iratusqꝫ naamã recedebat dicens. Putabã ꝙ egrederetur ad me: et stans inuocaret nomen dei sui: et tangeret manu sua locũ lepre: et curaret me. Nũquid nõ meliores sunt abbana et parphar fluuij damasci oĩbus aq̃s israel: vt lauer in eis et munder: Cum ergo vertisset se et abiret indignãs: accesserunt ad eum serui sui: et locuti sũt ei. Pater/ ⁊ si rem

grãdem dixisset tibi propheta: certe facere debueras. Quantomagis quia nunc dixit tibi: lauare et mundaberis? Descendit et lauit i iordane septies iuxta sermonem viri dei: et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli: et mundatus est a lepra Reuersusqz ad virũ dei cum vniuerso comitatu suo venit et stetit coram eo et ait. Vere scio q non sit deus alius i vniuersa terra: nisi tantum dominus deus israel. Graduale. Deus vitã meam nũciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. ℣. Miserere michi domine quoniam conculcauit me homo tota die bellans tribulauit me. Tract⁹ Domine nõ secundum. Secundum

Illo lucam. iiij. capitulo. tempore: Dixerunt pharisei ad iesum. Quanta audiuimus facta in capharnaum fac et hic i patria tua. Ait autem. Amẽ dico vobis: quia nemo propheta accept⁹ est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erant in diebus helye in israel: quando clausũ est celum annis tribus ⁊ mensibz sex: cum facta esset fames magna in omni terra: ⁊ ad nullã illarum missus est helyas: nisi i sareptam sydonie ad mulierem viduam. Et multi leprosi erãt in israel sub helyseo propheta: et nemo eoꝝ mundat⁹ est nisi naaman syrus. Et repleti sũt omnes in synagoga ira hec audiẽtes. Et surrexerũt et eiecerunt illum extra ciuitatem ⁊ duxerunt illũ vsqz ad superciliũ mõtis supra quẽ ciuitas illorum erat edificata vt precipitarẽt eum. Ipse autem transiens: per medium illorum ibat. Offertorium. Exaudi deus orationem meã: et ne despexeris deprecationem meam: intende in me et exaudi me. ℣. Conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris: et expectabam eum qui me saluũ faceret. ℣. Ego aũt ad deũ clamaui libera aiam meam et extendas manum tuam in retribuendo illis. Secreta.

Munus quod tibi domie nostre seruitutis offerimus: tu salutare nobis perfice sacramentum. Per dominũ. Cõmunio. Quis dabit ex syon salutare israel cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue: exultabit iacob: et letabitur israel. Postcõ.

Presta quesumus omnipotens et misericors deus / vt que ore contigimus: pura mente capiamus. Per dominum nostrũ

Super populum. Oratio. Subueniat nobis quesum⁹ domie misericordia tua: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente saluari. Per dominũ nostrum. Feria tercia. Officium.

Ego clamaui qm̃ exaudisti me deus inclina aurem tuam et exaudi verba mea: custodi me domine vt pupillã oculi sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. Exaudi domine iusticiam meam intende deprecationem meam.

Exaudi nos omnipotẽs et misericors deus: et cõtinẽtie salutaris propicius nobis dona concede. Per dominum. Orõ.

Lectio libri regum. iiij. capi. iiij.

In diebus illis: Mulier quedam clamabat ad heliseum prophetam dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timens deū. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic michi quid habes in domo tua? At illa respondit. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea: nisi parū olei quo vngar. Cui ait. Uade et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca et ingredere domū tuam et claude ostium cum intrinsecus fueris tu et filij tui. Et mitte inde in omnia vasa hec: et cum plena fuerit tolles. Iuit itaque mulier: et clausit ostium super se et super filios suos: illi offerebāt vasa; et illa infundebat. Cumque plena fuissent vasa: dixit ad filium suū. Affer michi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo. Stetitque oleum. Uenit autem illa et indicauit homini dei. Et ille. Uade inquit et vende oleū: et redde creditori tuo. Tu autem et filij tui: viuite de reliquo. Graduale. Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo. Secundū matheum. xviij. capitulo.

In illo tempore: Respiciens iesus discipulos suos: dicit symoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eum inter te et ipsū solum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbū. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiam nō audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis: quecunque alligaueritis super terram: erūt ligata et in celis Et quecūque solueritis super terram: erūt soluta et in celis. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint super terram/ de omni re quā cūque petierint: fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enim sūt duo vel tres cōgregati in nomīe meo: ibi sum in medio eorum. Tūc petrus accedens ad eum dixit. Dñe quotiēs peccabit in me frater meus et dimittam ei. vsque septies? Dixit illi iesus. Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagesies septies. Offertorium. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam et narrabo opera domini. ℣. In tribulatione inuocaui dominum: et exaudiuit me in latitudine quia dominus adiutor meus est.

Per hec veniat Secreta. quesumus domīe sacramēta nostre redemptionis effectus: qui et nos ab humanis retrahat sēper excessibus: et ad salutaria cuncta perducat. Per. Communio. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo: quis ingreditur sine macula et operatur iusticiam. Postcommunio.

SAcris domine misteriis expiati et veniam quesumus consequamur et gratiam. Per.

Super populum. Oratio.

TUa nos domine protectione defende et ab omni semper iniquitate custodi. Per. Feria quarta.

EGo autem in Officium. domino speraui exultabo et letabor in tua misericordia quia respexisti humilitatem meam. Ps. In te domine speraui: non confundar in eternum in iusticia tua libera me.

PResta nobis Oratio. quesumus domine: ut salutaribus ieiuniis: eruditi a noxiis quoque viciis abstinentes propiciationem tuam facilius impetremus. Per dominum nostrum. Lectio libri exodi. xx. capitulo.

HEc dicit dominus deus: Honora patrem tuum et matrem tuam: ut sis longeuus super terram: quam dominus deus tuus dabit tibi. Non occides: non mechaberis: non furtum facies: non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorem eius: non seruum: non ancillam: non bouem: non asinum nec omnia que illius sunt. Cunctus autem populus videbat voces: et lampades: et sonitum buccine montemque fumantem: et perterriti ac pauore percussi steterunt procul dicentes moysi. Loquere tu nobis: et audiemus. Non loquatur nobis dominus: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populum. Nolite timere. Ut enim probaret vos venit deus: ut terror illius esset in vobis et non peccaretis. Stetitque populus de longe moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus. Dixitque preterea dominus ad moysem. Hec dices filiis israel. Uos vidistis que de celo locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis. Altare de terra facietis michi et offeretis super eo olocausta et pacifica vestra: oues vestras et boues in omni loco: in quo memoria fuerit nominis mei. Graduale. Miserere michi domine: quoniam infirmus sum sana me domine. V. Conturbata sunt omnia ossa mea: et anima mea turbata est valde. Tractus De necessitatibus meis. Secundum matheum. xv. capitulo.

IN illo tempore: Accesserunt ad iesum ab hierosolimis scribe et pharisei dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas: cum panem manducant. Ipse autem respondens ait illis. Quare et vos transgredimini mandatum dei propter traditionem vestram? Nam deus dixit. Honora patrem et matrem: et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Uos autem dicitis: quicumque dixerit patri vel matri munus quodcunque est ex me tibi proderit: et non honorificabit patrem suum et matrem suam/ et irritum fecistis mandatum dei propter traditionem vestram. Hypocrite/ bene prophetauit de vobis esaias dicens. Popu-

lus hic labiis me honorat cor autē eorum longe est a me Sine causa autem colunt me: docentes doctrinas et mandata hominū. Et conuocatis ad se turbis dixit eis. Audite & intelligite. Non quod itrat in os coiquinat hominem: sed qd procedit ex ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedētes discipuli eius dixerunt ei. Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respōdens ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis: eradicabitur. Sinite illos: ceci sūt et duces cecorum. Cecus autem si ceco ducatum prestet: ambo ī foueam cadunt. Respondens autem petrus dixit ei. Edissere nob; parabolam istam. At ille dixit. Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis: quia omne quod ī os intrat in vētrem vadit et in secessum emittitur? Que aūt procedunt de ore: de corde exeunt et ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitatōes male/homicidia: adulteria/fornicationes/furta/falsa testimonia/blasphemie Hec sunt que coinquinant hominem Non lotis autem manibus manducare: nō coinquinat hominē. Offertorium. Domīe fac mecum misericordiam tuam propter nomen tuum quia suauis est misericordia tua. ℣. De⁹ laudem meam ne tacueris quia os peccatoris et dolosi super me apertum est. ℣. Impulsus versatus sum vt caderem et dominns suscepit me: et factus est michi in salutem. Secreta.

SUscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum et tua mysteria celebrantes ab omibus nos defende periculis. Per dominum. Communio. Notas michi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo domine. Postcommunio.

SAnctificet nos quesumus dn̄e: qua pasti sumus mensa celestis: et a cunctis erroribus expiatos: supernis promissionib; reddat acceptos. Per. Super populum. Oratio.

COncede quesumus omnipotens deus: vt qui protectionis tue gratiā querimus: liberati a malis omnibus secura tibi mēte seruiamus. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Feria quinta

SAlus populi Officium. ego sum dicit dominus: de quacūq; tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos: & ero illorum dominus ī perpetuū. ℣s. Attendite popule meus legem meam inclinate aurem vestram in verba oris mei.

COncede Oratio. quesumus omnipotens deus: vt ieiuniorum nobis sancta deuotio et purificationem tribuat: et maiestati tue nos reddat acceptos Per dominum nostrum.

Lectio hieremie prophete. vij. ca.

IN diebus illis: Fact⁹ est sermo dn̄i ad me dicēs. Sta in porta dom⁹ domini et predica ibi verbum istud et dic. Audite verbum domini omīs iuda: qui igredimini per portas has vt adoretis

dominum. Hec dicit dominus exercituum deus israel. Bonas facite vias vestras et studia vestra: et habitabo vobiscū in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij dicētes: templū dñi: tēplū dñi: tēplum dñi est. Quoniam si benedirexeritis vias vestras et studia vestra: si feceritis iudicium inter virum et proximum eius: aduene et pupillo et vidue non feceritis calūniam: nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc: et post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis: habitabo vobiscum i loco isto i terra quā dedi patribus vestris a seculo et vsq3 in seculum. Ait dominus omnipotens. Graduale. Oculi omnium in te sperant domine et tu das illis escam in tempore oportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictione. Secundum iohannem vj. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus turbis iudeorum. Operamini non cibum qui perit: sed qui permanet in vitam eternam: quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus vt operemur opera dei? Respondit iesus et dixit eis Hoc est opus dei: vt credatis in eū quem misit ille. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signum: vt videamus et credamus tibi? Quid operaris? Patres nri māducauerunt manna in deserto sicut scriptum est Panem de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis iesus. Amen amen dico vobis: nō moyses dedit vobis panem de celo: sed pater meus dat vob3 panem de celo verum. Panis enim dei est qui descendit de celo: et dat vitam mūdo. Dixerunt ergo ad eum. Domine semper da nobis hunc panem. Dixit autem eis iesus. Ego sū panis vite. Qui venit ad me nō esuriet. Et qui credit in me non sitiet vnq̄. Offertorium. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: et super iram inimicorum meorum extendes manum tuam et saluum me fecit dextera tua. ℣. In quacūq3 die inuocauero te exaudi me domine multiplicabis in anima mea virtutem tuam.

Secreta.

Hac nos domine quesumus ad sacta mysteria purificatis mentibus accedere: vt tibi semper competens deferamus obsequium. Per dominū

Communio. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcommunio.

Sacramenti tui domine veneranda perceptio: et mystico nos emundet effectu: et perpetua virtute defendat. Per. Super populum. Oratio.

Subiectum tibi populū quesumus domine propiciatio celestis amplificet: et tuis semper faciat inherere mandatis. Per dominum nostrū iesum christū. Feria sexta. Offm.

Hac mecum domine signū in bono vt videant qui me oderunt et confundantur. quoniam tu domine adiuuisti me

et consolatus es me. ps Inclina domine aurem tuam et exaudi me quoniam inops et pauper sum ego. Oratio.

IEiunia nostra quesum⁹ domine benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore: ita a viciis ieiunemus in mente. Per christum

Lectio libri numeri. xx. capitulo.

IN diebus illis: Conuenerũt filij israel ad moysẽ et aaron et versi in seditionem dixerũt. Date nobis aquam vt bibamus. Ingressiq3 moyses et aaron dimissa multitudine ante tabernaculum federis: corruerunt proni in terrã clamaueruntq3 ad dominũ atq3 dixerũt. Domine deus exaudi clamorem populi huius: vt aperi eis thesaurum tuum: fõtem aque viue: vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos. Locutusq3 est dominus ad moysem dicẽs. Tolle virgam et congrega populum tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petram coram eis: et illa dabit aquas. Cũq3 eduxeris aquam de petra: bibet omnis multitudo et iumẽta eius. Tulit igit moyses virgam que erat in conspectu domini sicut preceperat ei: congregata omni multitudine ante petrã/ dixitq3 eis. Audite rebelles et increduli. Nũ de petra hac vobis aquã poterimus eiicere? Cumq3 eleuasset moyses manũ percutiens virga bis silicẽ: egresse sunt aque largissime: ita vt populus biberet et iumenta eius. Dixitq3 domin⁹ ad moysem et aaron. Quia non credidistis michi vt sãctificaretis me coram filiis israel: non introducetis hos populos in terram quam dabo eis Hec est aqua cõtradictionis vbi iurgati sunt filij israel contra dominũ: et sanctificatus est in eis. Graduale. In deo sperauit cor meum et adiut⁹ sum et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor illi. V. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas ne discedas a me. Tractus. Domine non secundum. Secundum ioIN hannem. iiij. capitulo. In illo tempore Venit iesus in ciuitatem samarie que dicitur sichar iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autẽ ibi fons iacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere: sedebat sic super fõtem Hora autem erat quasi sexta. Venit mulier de samaria haurire aquam. Dicit ei iesus. Da michi bibere. Discipuli enim eius abierãt in ciuitatem: vt cibos emerẽt. Dicit ergo ei mulier illa samaritana Quomodo tu iudeus cum sis: bibere a me poscis: que sum mulier samaritana? Non enim coutuntur iudei samaritanis. Respondit iesus: et dixit ei. Si scires donum dei: et quis est qui dicit tibi da michi bibere: tu forsitã petisses ab eo: et dedisset tibi aquam viuã. Dicit ei mulier. Dñe: neq3 in quo haurias habes: et puteus altus est. Unde ergo habes aquam viuã? Nunquid tu maior es patre nostro iacob: qui dedit nobis puteum: et ipse ex eo bibit et filij eius: et pecora

eius. Respōdit ies⁹ et dixit ei. Om
nis q̄ biberit ex aqua hac sitiet ite-
rum. Qui autem biberit ex aqua
quam ego dabo ei: non sitiet ī eter
num. Sed aqua quā dabo ei fiet
in eo fōs aque salientis in vitam
eternam. Dicit ad eū mulier. Do-
mine: da michi hāc aquam: vt nō
sitiam neq; veniam huc haurire.
Dicit ei iesus. Uade voca virū tu-
um: et veni huc. Respondit muli-
er: et dixit. Non habeo virum. Di
cit ei iesus. Bene dixisti: quia non
habeo virum. Quinq; enim viros
habuisti: et hunc quem habes non
est tuus vir. Hoc vere dixisti Dicit
ei mulier. Domīe: video quia pro
pheta es tu. Patres nostri in mon
te hoc adorauerunt: et vos dicitis
quia hierosolimis est loc⁹ vbi ado
rare oportet. Dicit ei ies⁹. Mulier
crede michi: quia veniet hora quā
do neq; in monte hoc: neq; in hie-
rosolymis adorabitis patrē. Uos
adoratis quod nescitis: nos adora
mus quod scim⁹: quia salus ex iu-
deis est. Sed venit hora et nūc est
quādo veri adoratores adorabūt
patrem in spiritu et veritate. Nā
et pater tales querit: qui adorent
eum. Spiritus est deus: et eos qui
adorant eum: in spiritu et verita-
te oportet adorare. Dicit ei mulier
Scio quia messias venit: qui dici-
tur christus. Cum ergo venerit: il
le nobis annunciabit omnia Di-
cit ei iesus Ego sum qui loquor te
cum. Et continuo venerunt disci
puli eius et mirabātur: quia cum
muliere loquebatur Nemo tamē
dixit ei quid quer;: aut quid loque
ris cum ea. Reliquit ergo ydriam
suam mulier: et abiit in ciuitatem
et dicit illis hominibus. Uenite et
videte hominem: qui dixit michi
omnia quecūq; feci. Nunquid ip
se est christus? Exierunt ergo de ci
uitate: et veniebant ad eum. Inte
rea rogabāt eum discipuli eius: di
centes. Rabbi: manduca. Ille au-
tem dixit eis. Ego cibū habeo mā
ducare: quem vos nescitis. Dice-
bant ergo discipuli ad inuicē Nū
quid aliquis attulit ei manduca-
re? Dicit eis ies⁹. Meus cibus est:
vt faciam volūtatem eius qui mi
sit me: vt perficiā opus eius Non
ne vos dicitis: quod adhuc quat-
tuor mēses sunt: et messis venit?
Ecce dico vobis: leuate oculos ve
stros et videte regiones: quia albe
sunt iam ad messem Et qui metit
mercedem accipit: et congregat
fructum in vitam eternam. vt et
qui seminat simul gaudeat: et qui
metit. In hoc enim est verbum ve
rum: quia alius est qui seminat et
alius est qui metit. Ego misi vos
metere: quod vos non laborastis.
Alij laborauerunt: et vos in labo-
res eorum introistis. Ex ciuitate
autem illa: multi crediderunt in
eum samaritanorū: propter ver-
bum mulier; testimonium perhi-
bētis quia dixit michi omnia que-
cunq; feci. Cum venissēt ergo ad
illum samaritani: rogauerunt eū
vt ibi maneret. Et mansit ibi du-
os dies. Et multo plures credide-
runt in eū propter sermonē eius:

et mulieri dicebant quia iam non propter tuam loquelam credim9. Ipsi enim audiuimus et scimus: quia hic est vere saluator mundi. Offertorium. Intende voci orationis mee rex me9 et deus meus quoniam ad te orabo domine. ℣. Uerba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum et exaudi me. Secreta.

Respice domine propici9 ad munera que sacramus: vt et tibi grata sint/ et nob3 salutaria semper existant. Per dominum. Cōmunio. Qui biberit aquam quam ego do dicit dominus samaritane: fiet in eo fons aque salientis i vitam eternam.

Huius nos Postcommunio domine perceptio sacramēti mundet a crimine: et ad celestia regna perducat. Per dominum. Super populum. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui in tua protectione confidimus: cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincamus. Per. Sabbato. officium.

Uerba mea auribus percipe domie: intellige clamorem meum intende voci orationis mee. ps. Rex meus et de9 meus.

Presta que- Oratio. sumus omnipotens deus/ vt qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent: sectando iusticiam a culpa ieiunent. Per. Lcō danielis prophete. xiij. capitulo.

In diebus illis: Erat vir i babilone: et nomen ei9 ioachī. Et accepit vxorem nomine susannam filiam helchie pulchram nimis et timentem deum. Parentes autem illius cum essent iusti: erudierunt filiam suam secundū legem moysi. Erat autem ioachī diues valde et erat ei pomerium vicinum domui sue et ad ipsū confluebant iudei eo qd esset honorabilior omnium. Et constituti sūt duo senes iudices in illo anno: de quibus locutus est dominus: quia egressa est iniquitas de babilone a senioribus iudicibus qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum ioachim et veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset post meridiem: ingrediebatur susanna: et deambulabat i pomerio viri sui. Et videbant eā senes quotidie ingrediētem et deambulantem: et exarserunt in cōcupiscētia eius. Et auerterunt sēsum suum: et declinauerunt oculos suos vt non viderent celum: neq3 recordarētur iudiciorum iustorum. Factum est autem cū obseruarēt diem aptum quando eā possent inuenire solam: ingressa est hec aliquando sicut heri et nudiustercius cum duab3 solis puellis: voluitq3 lauari in pomerio. Estus quippe erat. Et nō erat ibi quisq̄: preter duos senes absconditos contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleum et smigmata: et ostia pomerij claudite vt lauer. Cum autem egresse essent puelle: surrexerunt duo senes et accurrerunt ad eam et dixerūt. Ecce ostia pomerij clausa sūt

et nemo nos videt. Quāobrem: assentire nobis: et commiscere nobiscum Quod si nolueris: dicemus testimonium cōtra te q̄ fuerit tecum iuuenis: et ob hanc causam emiseris puellas a te. Ingemuit susanna: et ait. Angustie sunt michi vndiq̄ Si enī hoc egero mors michi est: si autem non egero non effugiam manus vestras. Sed melius michi est absq̄ opere incidere in manus vestras: q̄ peccare in cōspectu domini. Et exclamauit voce magna susāna: exclamauerūt autem et senes aduersus eam. Cū autem audissent clamorem in pomerio famuli domus irruerunt per posticum: vt viderēt quidnā esset. Postq̄ autē senes locuti sunt erubuerunt serui vehementer: quia nūq̄ dictus fuerat sermo huiuscemodi de susanna. Et facta est dies crastina. Cumq̄ venisset populus ad virum eius ioachim: venerūt et duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus susannam vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo. Mittite ad susānam filiam helchie vxorē ioachim. Et statim miserūt. Et venit cum parentibus et filiis: et vniuersis cognatis suis. Flebant igitur sui: et omnes qui nouerant eam. Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi: posuerūt manus suas super caput eius. Que flens suspexit ad celum Erat autem cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt presbyteri. Cum ambularemus ī pomerio soli: igressa est hec cum duabus solis puellis: et clausit ostia pomerij et dimisit a se puellas. Venitq̄ ad eā adolescēs qui erat abscōditus: et concubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomerij videntes iniquitatē: cucurrimus ad eos et vidimus eos pariter cōmisceri. Et illum quidem nequiuimus comprehendere: quia fortior nobis erat et aperto ostio exiliuit. Hanc autem cum apprehendissemus: interrogauimus quisnā esset adolescens: et noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus et iudicibus populi: et condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna susanna: et dixit. Deus eterne qui absconditorum es cognitor: qui nosti omnia anteq̄ fiant: tu scis quoniam falsum contra me tulerunt testimoniū. Et ecce morior cum nichil horum fecerim que isti maliciose composuerunt aduersum me Exaudiuit autem dominus vocē eius. Cumq̄ duceretur ad mortem: suscitauit deus spiritum pueri iunioris cuius nomē erat daniel. Et exclamauit voce magna Mundus ego sum a sanguine huius. Et cōuersus omnis populus ad eum: dixit. Quis est sermo iste quem tu locutus es: Qui cum staret in medio eorū: dixit. Sic fatui filij israel nō iudicātes: neq̄ qd verum est cognoscentes: condemnastis filiam israel. Reuertimi ad iudiciū: quia falsū testimonium locuti sūt aduersus

eā. Reuersus est ergo populus cū festinatiōe: et dixit ad eos daniel. Sepate eos abinuicē pcul: et diiu dicabo eos. Cum ergo diuisi esset alter ab altero vocauit vnum de eis et dixit ad eum. Inueterate dierum malorum: nūc venerunt peccata tua que operabaris prius: iudicans iudicia iniusta inocentes opprimens et dimittens noxios: dicente domino: innocētem et iustum non interficies. Nunc ergo si vidisti eam dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait. Sub cino. Dixit autē daniel. Recte mentitus es i caput tuum. Ecce enim angelus domini accepta sententia ab eo scindet te medium. Et ammoto eo: iussit venire alium: et dixit ei. Semē chanaā et nō iuda: species decepit te et cōcupiscētia subuertit cor tuū. Sic faciebatis filiabus israel: et ille timētes loquebātur vobis. Sed nō filia iuda sustinuit iniquitatē vestrā. Nūc ergo dic michi sub qua arbore cōprehenderis eos loquentes sibi? Qui ait. Sub prino. Dixit autem ei daniel. Recte mentitus es et tu in caput tuum. Manet eni angelus domini gladium habens vt secet te mediū et interficiat vos. Exclamauit itaqz omnis cetus voce magna: et benedixerūt deū: qui saluat sperantes in se. Et consurrexerūt aduersus duos presbyteros: cōuicerat eni eos daniel ex ore suo falsū dixisse testimoniū. Feceruntqz eis sicuti male egerāt aduersus proximā et interfecerūt eos. Et saluatus est sāguis inoxius in die illa. Grad. Si ambulem in medio vmbre mortis non timebo mala: qm̄ tu mecū es domine. ℣. Uirga tua et baculus tuus ipa me cōsolata sūt. Secūdum iohannē. viij.

In illo tp̄e: Perrexit iesus in montē oliueti: et diluculo iterum venit i templū. Et oīs pplus venit ad eū: et sedens docebat eos Adducunt autē scribe et pharisei mulierē in adulterio deprehensā. et statuerūt eā i medio: et dixerūt ei. Magister: hec mulier modo deprehēsa est i adulterio. In lege autē: moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hec autē dicebant tentantes eū: vt possent accusare eū. Jesus aūt inclinās se deorsū: digito scribebat in terrā Cū autem pseuerarēt interrogantes eū: erexit se et dixit eis. Qui sine pctō est vr̄m: primus in illā lapidē mittat. Et iterū se inclinās: scribebat i terra. Audientes aūt hec vnus post vnum exibāt: incipiētes a senioribus. Et remansit solus iesus: et mulier i medio stās. Erigēs aūt se iesus: dixit ei. Mulier vbi sūt q̄ te accusabāt? Nemo te condēnauit? Que dixit Nemo dn̄e. Dixit aūt ei ies9. Nec ego te condēnabo. Uade et iā amplius noli peccare. Offertorium. Gressus meos dirige dn̄e scd̄m eloquiū tuū: vt non dominetur mei oīs iniusticia dn̄e. ℣. Declaratio sermonū tuorū illuminat et itellectū dat puulis. Secre.

Efficaciter hec hostia domine q̄s solēnibz grata ieiuniis:

et vt tibi fiat acceptior: purificatis mentibus imoletur. P. Coio. Nemo te condēnauit mulier: nemo dñe nec ego te condēnabo iā ampli⁹ noli pec.

Q Uesumus Postcōio. care. oīs deus/ vt inter eius mēbra numeremur: cuius corpori cōmunicauimus: et sāguini iesu xpi filij tui domini nostri. Qui tecū.

P Super populum. Oratio. Retende domine fidelibus tuis dexterā celestī auxilij: vt te toto corde perquirant: et que digne postulant consequi mereātur. P.

L Dñica.iiij medie.xl. Offi. Etare hierusalē et conuētū facite oēs q̄ diligitis dominū: gaudete cū leticia qui i tristicia fuistis vt exultetis et satiemini ab vberibꝫ cōsolationis vestre. Ps Letatus sū in his que dicta sunt michi in domū dñi ibimus.

C Once Ora. de q̄s omnipotens deus: vt qui ex merito nostre actionis affligimur: tue gratie consolatione respirem⁹. Per. Epl'a Ad galathas

F Ratres: Scriptū iiij.capi. est qm̄ abraham duos filios habuit: vnū de ācilla: et vnum de libera. Sed qui de ancilla secūdum carnē natus est. Qui aūt de libera: per repromissionem. Que sūt per allegoriā dicta. Hec enim sūt duo testamēta. Unū quidē in monte syna in seruitutē generans: que est agar. Syna eni mōs est in arabia q̄ coniūctus est ei que nūc est hierusalē: et seruit cū filiis suis Illa aūt que sursū est hierusalem: libera ē que est mat nr̄a. Scriptū est eni. Letare sterilis q̄ nō paris: erūpe et clama que non parturis: qꝛ multi filij deserte magis q̄ eius que habet virū. Nos autē frēs secundū ysaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tūc q̄ secūdū carnē natus fuerat psequebatur eū qui scdm spm: ita et nūc. Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillā et filiū eius. Non eni heres erit filius ācille: cū filio libere. Itaqꝫ fratres: nō sum⁹ ancille filij: sed libere. Qua libertate: xp̄s nos liberauit. Grad. Letatus sū in his que dicta sūt michi: in domū dñi ibimus. V. Fiat pax in virtute tua et abūdantia in turribus tuis. Tractus. Qui cōfidunt i domino sicut mōs syon non cōmouebitur in eternū qui h̄itat in hierusalē. V. Mōtes in circuitu eius et dñs in circuitu ppl'i sui ex hoc nūc et vsqꝫ i seculū. S. io. vj.

I N illo tp̄e: Abiit iesus trans mare galilee qd̄ est tyberiadis: et sequebatur eum multitudo magna: qꝛ videbant signa q̄ faciebat super his qui infirmabantur: Subiit ergo in montē iesus: et ibi sedebat cū discipulis suis. Erat autē proximū pascha: dies festus iudeorꝫ. Cū subleuasset ergo oculos los iesus: et vidisset qꝛ multitudo maxima venit ad eū: dixit ad philippū. Unde emem⁹ panes vt mā ducēt hi. Hoc aūt dicebat: tētans eū. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respōdit ei philippus. Ducentorum denariorꝫ panes nō sufficiunt eis: vt vnusquisqꝫ modicū quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis ei⁹ andreas frat symonis

petri. Est puer vnus hic: qui habet quinq̄ panes ordeaceos: et duos pisces. Sed hec q̄d sūt iter tātos? Dicit ergo ies⁹. Facite hoīes discūbere. Erat ei fenū multū in loco. Discubuerūt ergo viri numero quasi q̄nq̄ milia. Accepit ergo ies⁹ panes: et cū grās egisset distribuit discūbentibꝫ. Similiter ⁊ ex piscibꝫ quantū volebāt Ut aūt ipleti sūt: dixit discipulis suis. Colligite q̄ superauerūt fragmēta ne pereant. Collegerūt ergo: ⁊ ipleuerūt duodeci cophinos fragmētoꝝ ex quinq̄ panibꝫ ordeaceis: q̄ supfuerūt his q̄ manducauerāt. Illi ergo hōmies cū vidissēt qd̄ fecerat signū: dicebāt. Q꞉ hic est vere propheta: qui vētur⁹ est ī mūdū. Offer. Laudate dn̄m q꞉ benign⁹ est psallite noī eius qm̄ suauis est oīa quecūq̄ voluit fecit in celo et in terra.

Annue Sec. nobis dn̄e q̄s vt et diuinis sēper solēnitatibus occupemur: ⁊ mysteriis sacris mēte pariter congruam⁹ ⁊ corpore. Per. Prefatio quotid. Coio. Hierusalē que edificat vt ciuitas cui⁹ participatio eius ī idipsū: illuc enī ascēderunt tribus tribus dn̄i ad confitendū nomini tuo dn̄e. Postcoio

Da nobis q̄s misericors de⁹: vt scā tua quibꝫ incessāter explemur sinceris tractem⁹ obsequiis/ ⁊ fideli sēper mēte sumam⁹. Per do. Feria. ij. Offm̄.

Deus in noīe tuo saluū me fac: et in virtute tua iudica me de⁹ exaudi orōem meā. Ps. Q꞉m alieni insurrexerūt aduersū me: et fortes quesierunt aīam meā. Oratio.

Presta q̄s oṗs deus: vt obseruationes sacras āņua deuotione recolētes: et corpore tibi placeamus et mente. Per. Lectio li. bri regū. iij. ca. iij.

In diebꝫ illis Uenerūt due mulieres meretrices ad regē salomonem: steterūtq̄ coram eo. Quarū vna ait. Obsecro mi dn̄e: ego ⁊ mulier hec habitabamus in domo vna et peperi apud eā ī cubiculo. Tercia vero die postq̄ ego peperi: peperit et hec. Et eramus simul: nullusq̄ alius nobiscum in domo exceptis nobis duabus. Mortuus est autē filius mulieris huius: nocte quippe dormiens oppressit eum. Et cōsurgens intempeste noctis silentio: tulit filium meum de latere meo ancille tue dormientis: et collocauit in sinu suo: suum aūt filiū qui erat mortu⁹ posuit ī sinu meo Cūq̄ surrexissē mane: vt darē lac filio meo: appuit mortuus. Quē diligentius intuens clara luce: deprhendi nō esse meū quem genuerā. Respōditq̄ altera mulier. Nō est ita vt dicis: sed filius tuus mortuus est: meus autē viuit. Ecōtrario: illa dicebat. Mentiris. Filius quippe meus viuit: et filius tuus mortuus est. Atq̄ in hūc modum contendebant coram rege. Tunc rex ait. Hec dicit filius meus viuit: ⁊ filius tuus mortu⁹ est: et ista respōdit non: sed filius tu⁹ mortuus est: meus aūt viuit. Dixit autē rex. Afferte michi gladiū Cūq̄ attulissēt gladium coram rege: diuidite inq̄t infantem viuum ī duas

partes: et date dimidiã partẽ vni: et dimidiã partẽ alteri. Dixit autẽ mulier cuius filius erat viuus ad regẽ: cõmota sũt quippe viscera eius sup filio suo. Obsecro dñe: date illi infantẽ viuũ: et nolite interficere eũ. Ecõtrario illa dicebat. Nec michi nec tibi sit: sed diuidat. Respondit rex et ait. Date huic infantẽ viuũ: et nõ occidatur. Hec est enim mater eius. Audiuit itaqz oĩs isrl' iudicium quod iudicasset rex: et timuerũt regẽ: videntes sapientiã dei esse in eo: ad faciendũ iudiciũ. Grad. Esto michi in deũ protectorẽ et in locum refugij vt saluũ me facias. ℣. Deus i te spaui dñe nõ confundar i eternũ. Tractus. Dñe nõ secundũ. S. io

In illo tpe: Prope erat pascha iudeorum: et ascẽdit iesus hierosolimã Et iuenit in tẽplo vẽdentes boues et oues et colũbas: et nũmularios sedẽtes. Et cũ fecisset quasi flagellũ de funiculis: oẽs eiecit de tẽplo. Oues quoqz et boues et nũmulariorum effudit es et mensas subuertit. Et his qui columbas vendebãt: dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere domũ patris mei: domũ negociationis. Recordati vero sũt discipuli eius: quia scriptũ est: zelus domus tue comedit me. Respõderũt ergo iudei et dixerũt ei Quod signũ ostẽdis nobis qz hec facis? Respondit iesus: et dixit eis. Soluite templũ hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Dixerũt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatũ est tẽplũ hoc: et tu i tribus diebz excitabis illud? Ille aũt dicebat de tẽplo corporis sui. Cũ ergo resurrexisset a mortuis/recordati sũt discipuli eius qz hec dicebat: et crediderunt scripture et sermoni quẽ dixit iesus. Cum aũt esset hierosolimis in pascha in die festo: multi crediderũt in noie eius: videtes signa eius que faciebat. Ipse aũt iesus nõ credebat semetipsũ eis: eo qp ipse nosset oẽs: et quia opus ei non erat vt qs testimoniũ perhiberet de hoie. Ipse eni sciebat: quid esset in homie. Offr. Jubilate deo oĩs terra: iubilate deo oĩs terra: seruite dño in leticia: intrate in conspectu eius i exultatione quia dominus ipse est deus. ℣. Ipse fecit nos et non ipsi nos: nos autem populus eius et oues pascue eius. Sec.

Tuis dñe q̃s operare mysteriis: vt hec tibi munera dignis mẽtibz offeramus. Per. Coio. Ab occultis meis munda me dñe: et ab alienis parce seruo tuo. Postcõ.

Quos diuinis dñe reficis sacramentis/tuis q̃s sustẽta p̃sidiis: et quos bñficiis tp̃alibz refoues: pasce perpetuis. P. d. Sup populũ. Orõ.

Deprecationẽ nostram que sumus dñe benignus exaudi: et quibus supplicãdi p̃stas affectum tribue defẽsionis auxilium. Per dominũ. Feria tercia. Offm.

Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam: intende in me et exaudi me. Ps. Contristatus sum in exercitatione mea et conturbatus sum a voce inimici. Non dicatur vlterius. Oratio.

Sacre nobis q̄s dn̄e obseruationis ieiunia: et pie ꝯuersationis augmentū: et tue ꝓpiciationis ꝯtinuū prestēt auxiliū. Per.

In die Lcō libri exodi. xxxii. In diebus illis: Locutus ē dn̄s ad moysē dicēs. Descēde de mōte: q2 peccauit ppl's tuus quē eduxisti de terra egypti. Recesserūt cito de via quā ostendisti eis: feceruntq3 sibi vitulū conflatilē: et adorauerūt/atq3 imolantes ei hostias dixerunt. Isti sunt dii tui israel: qui te eduxerunt de terra egypti. Rursūq3 ait dn̄s ad moysē. Cerno q2 ppl's iste dure ceruic9 sit: dimitte me vt irascatur furor meus cōtra eos et deleam eos: faciāq3 te in gētem magnā. Moyses aūt orabat dn̄m deum suū dicens. Cur dn̄e irascit̄ furor tuus cōtra populū tuū quem eduxisti de terra egypti: in fortitudine magna/et in manu robusta. Ne q̄so dicant egyptii callide eduxit eos: vt interficeret i montibus et deleret de t̄ra Quiescat ira tua: et esto placabilis sup nequiciā populi tui. Recordare abrahā ysaac et israel seruorū tuor: quibus iurasti per temetipsū dicens. Multiplicabo semen vestrū sicut stellas celi: et vniuersā terrā hanc de qua locutus sū dabo semini vestro: et possidebitis eā sēper. Placatusq3 est dn̄s ne faceret malū: qd̄ locut9 fuerat aduersus ppl'm suū. Et misertus est populo suo: dn̄s deus noster. Grad. Exurge dn̄e fer opem nobis et libera nos propter nomen tuū. V. Deus auribȝ nostris audiuimus patres nostri annunciauerūt nobis opus quod operatus es in diebus eor: et in diebȝ antiquis. Secundū iohannem. vii.

In illo tp̄e: Jā die festo mediante ascēdit iesus i templū: et docebat. Et mirabātur iudei dicentes. Quomodo hic litteras scit cū non didicerit: Respondit eis iesus: et dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Si q̄s voluerit volūtatē eius facere/cognoscet de doctrina mea vtrū ex deo sit: an ego a meipso loquor. Qui a semetipso loquit̄: gloriam propriā querit. Qui autē q̄rit gl'iā eius q̄ misit illū: hic verax est et iniusticia i illo nō est. Nōne moyses dedit vobis legē: et nemo ex vobis facit legē. Quid me q̄ritis interficere. Respondit ei turba: et dixit. Demoniū habes. Quis te q̄rit interficere. Respondit iesus et dixit eis. Unū opus feci: et oēs miramini. Propterea moyses dedit vobis circūcisionem nō q2 ex moyse est: sed ex patribus. Et in sabbato circūciditis hoiem. Si circūcisionē accipit homo in sabbato vt nō soluatur lex moysi: michi īdignamini quia totū hominē sanū feci in sabbato. Nolite iudicare secū dū faciē: sed iustū iudicium iudicate. Dicebāt ergo quidam ex hierosolimis Nōne hic ē quē q̄runt iterficere. Ecce palā loquit̄: et nichil ei dicūt. Nūq̄d vere cognouerūt principes: q2 hic ē xp̄s. Sed hūc scim9 vnde sit xp̄s aūt cū venerit: nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docēs in tēplo ies9: et dicēs. Et me scitis:

D Omine iesu xp̄e mūdi conditor ⁊ redēptor qui nostre liberationis et saluationis grā ex sūma celi arce descēdere: carnē sumere: et passionē subire dignatus es/ quiq; sponte ꝓpria loco eiusdē propinquās passionis: a turbis cū ramis palmarū obuiātibus benedici laudari: et rex bn̄dict⁹ qui venit in noie dn̄i veniens clara voce appellari voluisti: tu nunc nostre confessionis laudationē acceptare: et hos palmarū ceterarūq; arborū ac florū ramos bene ✠ dicere et scti ✠ ficare digneris: vt quicūq; in tue ꝟtutis obsequio ex inde aliqd tulerit: bn̄dictione celesti sctificatus: pctor̄ remissionē: ⁊ vite eterne p̄mia percipere mereat. Per te iesu christe: saluator mūdi qui cū patre ⁊ spiritu sancto viuis et regnas deus. Per oia secula seculor̄. R. Amen. His itaq; peractis stati distribuātur palme: ⁊ interim cātētur he sequētes aīe cantore incipiēte. an. Pueri hebreor̄ tollētes ramos oliuarū obuiauerūt dn̄o clamātes et dicētes osāna in excelsis. Alia an. Pueri hebreor̄ vestimēta ꝓsternebāt in via et clamabāt dicētes osāna filio dauid bn̄dictus qui venit i noīe dn̄i. Peractis q̄ ad processionem pertinēt.

D Omine Ad missā. Offm. ne longe facias auxilium tuū a me: ad defensionem meam aspice libera me de ore leonis: et a cornibꝫ vnicorniū humilitatē meā. ps. Deus deus me⁹ respice i me: quare me dereliquisti. Non dicitur vlterius. Orō.

O Mn̄ps sēpiterne deus qui hūano generi ad imitandū hūilitatis exemplū: saluatorē nostrū carnē sumere ⁊ crucē subire fecisti/ cōcede propicius: vt et patiētie ipsius habere documēta et resurrectionis cōsortia mereamur. Per eūd. Ad phi.

F Ratres: Hoc lippenses ij. sentite in vobis: quod et in christo iesu. Qui cum i forma dei esset: non rapinā arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens in similitudinē hoim factus: ⁊ habitu inuēt⁹ vt homo Hūiliauit se metipsum factus obediēs vsq; ad mortē: mortē aūt crucis. Propter qd et deus exaltauit illum: et donauit illi nomen qd est super oīe nomen vt in noie iesu oīe genu flectatur celestiū: terrestriū et infernorū. Et omis lingua cōfiteatur.

quia dñs noster iesus xp̄us: in gloria ꝫ dei patris. Grad. Tenuisti manū dexterā meam in voluntate tua deduxisti me: et cum gloria assūpsisti me. ℣. Quā bonus israel deus rectis corde: mei autē pene moti sūt pedes: pene effusi sūt gressus mei: qꝛ zelaui in pctōribus pacē pctōꝝ videns. Choꝛ⁹ alternati dicat

Tractus. Deus deus meus respice in me: quare me dereliq̄sti. ℣. Longe a salute mea verba delictoꝛū meoꝛū. ℣. Deus meus clamabo per diē nec exaudies: et nocte non ad insipientiā michi. ℣. Tu aūt in sancto habitas laus israel: ī te sperauerūt patres nostri: sperauerūt et liberasti eos. ℣. Ad te clamauerūt et salui facti sunt: in te sperauerūt et non sūt confusi. ℣. Ego aūt sum vermis et non homo: oppꝛobꝛiū hoīm et abiectio plebis. ℣. Omēs qui videbāt me aspernabātur me: locuti sūt labiis ꝛ mouerunt caput. ℣. Sperauit in dn̄o eripiat eū saluum faciat eū qm̄ vult eum. ℣. Ipsi vero considerauerunt et conspexerūt me diuiserūt sibi vestimenta mea: et super vestem meā miserunt soꝛtem. ℣. Libera me de oꝛe leonis: et a coꝛnibꝫ vnicoꝛnium humilitatem meā. ℣. Qui timetis dn̄m laudate eū: vniuersū semen iacob magnificate eū. ℣ Annūciabitur domino generatio ventura: ꝛ annūciabunt celi iusticiā eius. ℣. Populo qui nascetur quem fecit dn̄s. Sequitur passio cū Dn̄s vobiscū. Passio dn̄i nostri iesu chꝛisti: secūdum matheū. xxvj. ca. Non dr̄. Gloꝛia tibi domine.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. ✠ Scitis qꝛ post biduū pascha fiet: et filius homis tradetur vt crucifigatur. Tūc cōgregati sūt pꝛincipes sacerdotū ꝛ senioꝛes populi in atriū pꝛincipis sacerdotū qui dicebaꝰ cayphas/ et consiliū fecerūt vt iesū dolo tenerent: et occiderent Dicebant autē Non in die festo. Ne foꝛte tumultus fieret ī populo. Cū aūt esset iesus ī bethania ī domo symonis lepꝛosi: accessit ad eū mulier habēs alabastrū vnguēti pꝛeciosi: ꝛ effudit super caput ipsius recūbentis Videntes autē discipuli indignati sūt dicētes. Ut quid perditio hec? Potuit ei istd venūdari multo: et dari pauperibus. Sciēs autē ies⁹: ait illis. ✠ Quid molesti estꝫ huic mulieri? Opus eni bonum opata est in me Nā semper pauperes habetis vobiscum: me autem nō sēp habebitis. Mittēs eni hec vnguētum hoc in coꝛp⁹ meū: ad sepeliēdū me fecit. Amen dico vobis: vbicūqꝫ pꝛedicatū fuerit hoc euangeliū in toto mūdo: dicet et qꝫ hec fecit in mēoꝛiā eius. Tūc abiit vn⁹ de duodeci qui dicitur iudas scarioth ad pꝛincipes sacerdotū: et ait illis. Quid vultꝫ michi dare ꝛ ego vobis eū tradā? At illi ꝯstituerūt ei: triginta argenteos. Et exinde q̄rebat oppoꝛtunitatē: vt eū traderet. Pꝛima aūt die azimoꝝ: accesserūt discipuli ad iesū dicentes Ubi vis parem⁹ tibi comedere pascha? At iesus dixit. ✠ Ite in ciuitatē ad quēdam: et dicite ei. Magister dicit. Tēpus meū pꝛope est: apud te facio pascha cum discipl'is meis. Et fecerūt discipuli sicut cōstituit illis iesus: et parauerūt pa-

scha. Uespere autē facto: discūbe
bat cum duodecim discipulis suis.
Et edētibꝫ illis dixit. ✠ Amē dico
vobis: qꝛ vnus vestrū me traditu
rus est. Et contristati valde: cepe-
rūt singuli dicere. Nunqd ego sū
dñe? At ille respōdens ait. ✠ Qui
intigit mecū manū in parapside:
hic me tradet Filius quidē hoīs
vadit: sicut scriptū ē de illo. Ue au
tem hoī illi: per quē filius hoīs tra
detur. Bonum erat ei: si natus nō
fuisset homo ille. Respōdens aūt
iudas q̄ tradidit eū: dixit. Nunqd
ego sū rabbi? Ait illi ✠ Tu dixisti
Cenātibus aūt eis accepit iesꝰ pa
nem: ⁊ benedixit ac fregit: deditqꝫ
discipl'is suis et ait. ✠ Accipite et
comedite: hoc est corpus meū. Et
accipiēs calicē grās egit: et dedit
illis dicēs. ✠ Bibite ex hoc omēs.
Hic est eni calix noui testamēti: q̄
pro multis effūdetur in remissio-
nē pctōꝝ. Dico aūt vobis: nō bibā
amodo de hoc genimie vitis vsqꝫ
in diē illum/ cū illud bibā vobiscū
nouū in regno p̄ris mei. Et hym-
no dicto: exierūt in montē oliueti
Tūc dicit illis iesus. ✠ Oēs vos
scandalum patiemini i me: in ista
nocte. Scriptū est eī. Percutiam
pastorē: et dispgētur oues gregis
Postq̄ autē resurrexero: p̄cedam
vos in galileā. Respondēs aūt pe
trus: ait illi. Et si oēs scandalizati
fuerit in te: ego nunq̄ scandaliza
bor. Ait illi iesus. ✠ Amen dico ti
bi: qꝛ i hac nocte anteq̄ gallus can
tet: ter me negabis. Ait illi petrus
Etiam si oportuerit me mori te-
cum: non te negabo. Similiter et
oēs discipuli dixerunt. Tūc venit
iesus cū illis in villā q̄ dicit gethse
mani: et dixit discipulis suis. Se-
dete hic: donec vadā illuc et orē. Et
assūpto petro et duobꝫ filiis zebe-
dei: cepit cōtristari et mestus esse.
Tūc ait illis. ✠ Tristis ē anima
mea vsqꝫ ad mortem. Sustinete
hic: et vigilate mecū. Et progres-
sus pusillū: procidit in faciē suam
orās et dicēs. ✠ Pater mi si possi-
bile est: transeat a me calix iste. Ue
rūtamen nō sicut ego volo: sed si-
cut tu. Et veit ad discipulos suos:
et iuenit eos dormientes. Et dicit
petro. ✠ Sic nō potuistis vna ho
ra vigilare mecū? Uigilate et ora
te: vt non intretis i tentationem.
Spūs quidē promptꝰ est: caro au
tē infirma. Iterū secūdo abiit: et
orauit dicēs. ✠ Pater mi: si nō po
test hic calix transire nisi bibā illū:
fiat volūtas tua. Et venit iterū: et
inuenit eos dormiētes. Erant eni
oculi eoꝝ grauati. Et relictꝫ illis:
iterū abiit et orauit tercio eūdem
sermonē dicens. Tūc venit ad di
scipulos suos: ⁊ dixit illis. ✠ Dor
mite iā et requiescite. Ecce appro
pinquabit hora: et filius hoīs tra
detur i manus pctōꝝ. Surgite ea
mus: ecce appropiquabit q̄ me tra
det. Adhuc eo loquēte/ ecce iudas
vnꝰ de duodecī venit: et cū eo tur-
ba multa cū gladiis et fustibꝫ mis-
si a principibꝫ sacerdotū et senio-
ribus popli. Qui aūt tradidit eū:
dedit eis signū dicens. Quēcunqꝫ
osculatus fuero: ipse est/ tenete eū.

Et confestim accedens ad iesũ: dixit. Aue rabbi. Et osculat⁹ est eũ. Dixitq; illi iesus. ✠ Amice: ad q̃d venisti? Tũc accesserũt: et man⁹ iniecerũt in iesũ: et tenuerũt eũ. Et ecce vnus ex his qui erãt cũ iesu: extendẽs manũ exemit gladiũ suũ: ⁊ percutiens seruũ p̃rincipis sacerdotũ amputauit auriculam eius. Tũc ait illi iesus. ✠ Cõuerte gladiũ tuũ in locũ suũ. Om̃es eni qui acceperint gladiũ: gladio peribũt. An putas/ q2 nõ possum rogare patrẽ meũ: et exhibebit michi modo plusq̃ duodeci legiones angelo2? Quomodo ergo iplebũtur scripture? Q2 sic oportet fieri. In illa hora: dixit iesus turbis. ✠ Tanq̃ ad latronẽ existis cum gladiis et fustibus cõprehendere me. Quotidie apud vos sedebã docẽs in tẽplo: et non me tenuistis. Hoc aũt totũ factũ est: vt adimplerẽt scripture p̃phetar2. Tunc discipuli oẽs relicto eo fugerũt. At illi tenẽtes iesum duxerunt ad cayphã principẽ sacerdotũ: vbi scribe et seniores ꝯuenerãt. Petrus autẽ sequebat̃ eum a longe: vsq; i atriũ principis sacerdotũ. Et ingressus intro sedebat cũ ministris: vt videret finẽ. Principes aũt sacerdotũ et omne cõsiliũ querebãt falsũ testimoniũ contra iesũ: vt eũ morti traderẽt. Et non iuenerũt: cũ multi falsi testes accessissẽt. Nouissie aũt venerũt duo falsi testes: et dixerunt. Hic dixit. Possũ destruere templũ dei: et post triduũ reedificare illud. Et surgẽs princeps sacerdotũ: ait illi. Nichil respondes ad ea: que isti aduersũ te testificãtur? Jes⁹ autẽ tacebat. Et princeps sacerdotum: ait illi. Adiuro te per deum viuũ: vt dicas nobis/ si tu es christ⁹ filius dei? Dicit illi ies⁹. ✠ Tu dixisti. Ueruntamen dico vobis amodo videbitis filium homĩs sedentẽ a dextris virtut; dei: et venientem in nubib; celi. Tũc princeps sacerdotũ scidit vestimenta sua dicens. Blasphemauit Quid adhuc egemus testib;? Ecce nunc audistis blasphemiã. Quid vobis videtur? At illi respondẽtes dixerũt. Reus est mortis. Tũc expuerũt in faciẽ eius: et colaphis eũ ceciderũt. Alij aũt palmas ei i faciẽ dederunt: dicẽtes. Prophetisa nobis christe: quis ẽ qui te percussit? Petrus aũt sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla: dicẽs. Et tu cũ iesu galileo eras? At ille negauit corã omibus: dicens. Nescioquid dicis. Exeũte autem illo ianuã/ vidit illũ alia ancilla: ⁊ ait his qui erant ibi. Et hic cũ iesu nazareno erat. Et iterũ negauit cũ iuramẽto: quia nõ noui hominẽ. Et post pusillũ accesserũt qui ibi stabant: et dixerunt petro. Uere et tu ex illis es: nã ⁊ loquela tua manifestũ te facit. Tunc cepit detestari ⁊ iurare: quia non nouisset hoiem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est petrus verbi iesu quod dixerat: priusq̃ gallus cãtet: ter me negab;. Et egressus foras: fleuit amare Mane aũt facto consiliũ inierunt oẽs princi

pes sacerdotum ⁊ seniores populi aduersus iesū: vt eū morti traderent. Et vinctū eum adduxerunt: et tradiderunt poncio pilato presidi. Tūc vidēs iudas qui tradidit eū ꝙ damnatus esset: penitentia ductus/retulit triginta argēteos principibꝫ sacerdotū et senioribꝫ: dicēs. Peccaui tradens sanguinē iustū. At illi dixerūt. Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in tēplo recessit: et abiēs laqueo se suspēdit. Principes aūt sacerdotū acceptis argēteis dixerūt. Nō licet mittere eos in corbanā: quia preciū sanguinis est. Consilio autē inito: emerūt ex eis agrū figuli in sepulturā peregrinoꝝ. Propter hoc vocatus est ager ille acheldemach: hoc est ager sāguinis/vsqꝫ in hodiernū diem. Tunc ipletum est: quod dictū est per hieremiam prophetā dicentē. Et acceperunt trigīta argēteos preciū appreciati quē appreciauerunt a filiis isrl': et dederūt eos in agrū figuli/sicut cōstituit michi dn̄s. Jesus aūt stetit ante presidē: et iterrogauit eū preses dicens. Tu es rex iudeoꝝ? Dicit illi iesus. ✠ Tu dicis. Et cū accusaretur a principibus sacerdotū et senioribus: nichil respondit. Tunc dicit illi pilatus. Nō audis quāta aduersum te dicūt testimonia? Et non respōdit ei ad vllum verbū: ita vt miraretur preses vehemēter. Per diē autem solennē cōsueuerat preses dimittere populo vnū vinctū: quē voluissent. Habebat aūt tunc vnū vinctū insignē qui dicebatur barabas: q̄ propter homicidiū missus fuerat in carcerem Congregatis ergo illis: dixit pilatus Quē vultis dimittā vobꝭ/barabam: an iesū qui dicitur xp̄us? Sciebat enī ꝙ per inuidiā tradidissent eū. Sedēte aūt illo pro tribunali: misit ad eū vxor eius dicens. Nichil tibi: et iusto illi. Multa enī passa sū hodie per visū: ꝓpter eū. Principes aūt sacerdotū et seniores persuaserunt populis/vt peterent barabā: iesum vero perderēt. Rn̄dens aūt preses: ait illis. Quē vultꝭ vobis de duobꝫ dimitti? At illi dixerūt. Barabā. Dicit illis pilatus. Quid igitur faciam de iesu qui dicitur xp̄s? Dicunt oēs. Crucifigatur. Ait illis preses Quid enim mali fecit? At illi magꝭ clamabāt dicētes. Crucifigatur. Uidēs autē pilatus/q2 nichil proficeret: sed magis tumultus fieret/accepta aqua lauit manus suas corā populo: dicens. Innocens ego sū a sanguine iusti huius: vos videritis. Et respondēs vniuersus populus dixit. Sanguis eius super nos: et super filios nostros. Tūc dimisit illis barabam: iesū aūt flagellatū tradidit eis vt crucifigeretur. Tūc milites presidis suscipientes iesū in pretorium: cōgregauerunt ad eū vniuersā cohortem. Et exuentes eū: clamidē coccineā circundederunt ei. Et plectentes coronam de spinis posuerūt sup caput eiꝰ: et arundinē in dextera eius. Et genu flexo ante eū illudebant ei: dicētes. Aue rex iudeoꝝ? Et expuētes

in eū acceperunt arundinē: et per
cutiebāt caput eius. Et postq̄ illu
serunt ei / exuerūt eum clamidē: ⁊
induerūt eum vestimētis eius: et
duxerūt eū vt crucifigerēt. Exeū
tes aūt inuenerūt hominem cyre
neū nomīe symonē. Hunc anga-
riauerunt: vt tolleret crucē eius.
Et venerunt in locū q̄ dicit golgo
tha: quod est caluarie locus. Et de
derunt ei vinum bibere: cum felle
mixtū. Et cū gustasset: noluit bi-
bere. Postq̄ aūt crucifixerūt eū:
diuiserūt vestimenta eius sortem
mittētes / vt impleretur quod di-
ctū est per prophetā dicentem. Di
uiserūt sibi vestimēta mea: et sup
vestem meā miserunt sortē. Et se
dentes seruabant eum. Et impo-
suerunt super caput eius: causam
ipsius scriptam. Hic est iesus rex
iudeorum. Tunc crucifixi sunt cū
eo duo latrones / vnus a dextris: ⁊
vnus a sinistris. Pretereuntes au
tē blasphemabant eū mouētes ca
pita sua: ⁊ dicētes. Uah qui destru
is tēplū dei: et in triduo illō reedi-
ficas. Salua temetipsū. Si filius
dei es: descēde de cruce. Similiter
et principes sacerdotum illudētes
cū scribis et senioribus: dicebant.
Alios saluos fecit: seipsum nō po-
test saluū facere? Si rex israel est /
descēdat nūc de cruce: et credim⁹
ei. Confidit in deo: liberet eū nūc
si vult. Dixit eni: quia fili⁹ dei sū.
Idipsū aūt et latrones qui crucifi
xi erant cum eo: improperabant ei.
A sexta aūt hora tenebre facte sūt
super vniuersā terrā: vsq₃ ad horā
nonā. Et circa horā nonā: clama-
uit ies⁹ voce magna: dicēs. ✠ He
ly: hely: lamazabatani. Hoc ē. ✠
Deus me⁹: deus meus: vt q̄d dere
liq̄sti me? Quidā aūt illic stantes
et audiētes: dicebāt. Helyam vo-
cat iste. Et continuo currēs vnus
ex eis: acceptā spongiā impleuit a
ceto: et iposuit arundini et dabat
ei bibere. Ceteri vero dicebāt. Si-
ne: videamus an veniat helyas li
berās eū. Jesus aūt iterū clamās
voce magna: emisit spm. Hic in-
clinet se diacon⁹ vel psternat ver
sus orientē: ⁊ dicat priuatī Pater
noster. Aue maria. et In manus
tuas dñe. Et ecce velū tēpli scis-
sū est in duas partes: a sūmo vsq₃
deorsū. Et terra mota est: et petre
scisse sūt ⁊ monumenta apta sūt:
et multa corpora sanctorū qui dor
mierāt surrexerūt. Et exeūtes de
monumētis post resurrectionem
eius / venerūt in sāctam ciuitatē:
et apparuerūt multis. Centurio
aūt et qui cū eo erant custodiētes
iesū: viso terremotu: et his que fie-
bant timuerūt valde: dicētes. Ue
re filius dei erat iste. Erant aūt ibi
mulieres multe a lōge: que secute
erant iesū a galilea: ministrantes
ei. Inter quas erat maria magda
lene: et maria iacobi et ioseph ma
ter: et mater filiorū zebedei. Cum
aūt sero factū esset: venit quidam
homo diues ab arimathia noīe io
seph: qui et ipse discipulus erat ie-
su. Hic accessit ad pylatū: et petiit
corpus iesu. Tūc pilat⁹ iussit red-
di corpus. Et accepto corpore io-

seph/inuoluit illud i syndone mũda: et posuit illud in monumento suo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit saxũ magnũ ad hostium monumẽti: et abiit. Erant autẽ ibi maria magdalene et altera maria: sedentes contra sepulchrũ. Euãgelia vero in fine oim passionũ: etiã in die parasceues alta voce legãtur more duplic9 fes. Oms aũt passiones supra dicto modo legãtur secundũ vsũ Sar. Tamẽ in die parasceues nõ dr: Dñs vo. et sine titulo scipiatur Euãgeliũ.

Altera autẽ die que est post parasceuem: cõuenerunt principes sacerdotũ et pharisei ad pilatũ: dicentes Dñe recordati sumus: qa seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulchrũ vsq; in diẽ tercium: ne forte veniãt discipuli eius et furẽtur eum et dicãt plebi. Surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error: peior priore. Ait illis pilatus. Habetis custodiã. Jte custodite sicut scitis. Jlli aũt abeũtes munierũt sepulchrũ signantes lapidẽ: cum custodib3. Offr. Improperiũ expectauit cor meum et miseriã et sustinui qui simul contristaret et non fuit consolantẽ me quesiui et non inueni: et dederũt in escã meam fel: et i siti mea potauerũt me aceto. Sec

Tibi deus pater oms immaculati agni paschale offerimus olocaustũ cuius nos sanguine ab exterminatoris vastatione saluatos: ad terrã qs tue repromissionis inducas. Per eund. Coio.

Pater si non potest hic calix transire nisi bibã illum fiat voluntas tua. Postcõ.

Fideles tuos qs domĩe benignus intende: vt sue redẽptionis initia recolẽtes: quorum munere sunt refecti / eorum proficiãt incrementis. Per. Feria. ij. Offm.

Iudica dñe nocẽtes me: expugna impugnantes me apprehẽde arma et scutũ: et exurge in adiutoriũ meũ domine virtus salutis mee. ps. Effunde frameã et conclude aduersus eos: q persequũtur me. Nõ dr vlterius. Oro.

Da qs omps deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficim9/intercedẽte vnigeniti filij tui passione respirem9. Qui te. Lcõ esaie prophete. l. ca°.

In diebus illis: Dixit esaias. Dñs de9 meus apuit michi aurem: ego aũt non cõtradico: retrorsũ non abij. Corpus meũ dedi percutiẽtibus: et genas meas vellentib3. Faciẽ meã non auerti ab increpantibus: et conspuentibus in me. Dñe deus auxiliator meus: et ideo non sũ confusus. Jdeo posui faciẽ meã: vt petram durissimã: et scio qm non confundar. Juxta est qui iustificat me: quis cõtradicet michi? Stem9 simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dñs deus auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce oẽs quasi vestimentũ conterẽtur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timẽs deũ audiens vocẽ serui sui? Quis ambulauit i tenebris: et nõ est lumẽ ei? Speret in noie dñi: et

innitatur sup dño deo suo. Grad. Exurge dñe et intende iudicio meo deus meus et dñs meus i causã meã. ℣ Effũde frameã et conclude aduersus eos qui me psequũtur. Tract⁹. Dñe nõ scdm

Ante sex dies Sã iohẽm. xij. pasche venit ies⁹ bethaniã vbi fuerat lazarus mortu⁹: quem suscitauit iesus. Fecerũt aũt ei cenã ibi: et martha mistrabat. Lazarus vero vnus erat ex discũbentibus cum eo. Maria ergo accepit librã vnguẽti nardi pistici preciosi: et vnxit pedes iesu: et extersit capillis suis pedes eius/ et dom⁹ impleta est ex odore vnguẽti. Dixit ergo vnus ex discipulis ei⁹ iudas scharioth is: qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentũ non veniit trecẽtis denariis: et datum est egenis? Dixit aũt hoc: non qꝛ de egenis ptinebat ad eũ: sed qꝛ fur erat et loculos habẽs: ea que mittebantur portabat. Dixit ergo iesus. Sinite illã: vt i diem sepulture mee seruet illud Pauperes eni semper habetis vobiscũ: me aũt nõ semp habebit. Cognouit autem turba multa ex iudeis qꝛ illic est: et venerũt nõ propter iesũ tm̃: sed vt lazarũ viderent: quẽ suscitauit a mortuis. Cogitauerũt aũt principes sacerdotũ vt et lazarũ interficerẽt qꝛ multi propter illũ abibãt ex iudeis: et credebãt in iesũ. In crastinum aũt turba multa q̃ ꝯuenerat ad diẽ festũ: cũ audisset qꝛ venit iesus hierosolimã: accepert ramos palmarũ et pcesserẽt obuiã ei: et clamabãt. Osanna bñdictus qui venit in noĩe dñi: rex israel. Et inuenit iesus asellũ: et sedit sup eum: sicut scriptum est. Noli timere filia syon: ecce rex tuus venit tibi sedẽs sup pullũ asine. Hec nõ cognouerũt discipuli eius primũ: sed quando glificatus est iesus. Tũc recordati sũt/ qꝛ hec erãt scripta de eo: et hec fecerunt ei. Testimoniũ ergo perhibebat turba q̃ erat cũ eo quãdo lazarũ vocauit de monumẽto et suscitauit eũ a mortuis Propterea et obuiam venit ei turba: quia audierãt eũ fecisse hoc signũ Pharisei ergo dixerũt ad semetipsos. Uidetis qꝛ nichil pficimus. Ecce mũdus totus post eũ abiit. Erant aũt quidã gentiles: ex his q̃ ascẽderãt vt adorarẽt i die festo. Hij ergo accesserunt ad philippum q̃ erat a bethsaida galilee: et rogabãt eum dicẽtes. Dñe volum⁹ iesũ videre. Uenit philipp⁹ et dixit andree Andreas et philipp⁹ rursũ dixerũt iesu. Jesus aũt respõdit eis dicẽs. Ueit hora: vt clarificet fili⁹ hois. Amẽ amẽ dico vobis: nisi granũ frumẽti cadens in terrã mortuũ fuerit: ipsũ solũ manet Si autẽ mortuũ fuerit: mltum fructũ affert. Qui amat animã suam: perdet eã. Et q̃ odit aĩam suã in hoc mũdo: i vitã eternã custodit eã. Si quis michi ministrat me sequatur. Et vbi sũ ego: illic et minister meus erit. Si quis michi ministrauerit: honorificabit eũ pater meus. Nunc aĩa mea turbata est. Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horã hanc.

Pater clarifica nomen tuū. Venit ergo vox de celo: dicēs. Et clarificaui: et iterū clarificabo. Turba ergo que stabat et audierat: dicebat tonitruū factū esse Alij dicebant: angelus ei locutus est. Respondit ies⁹: et dixit. Nō ꝑpter me hec vox venit: sed ꝑpter vos Nūc iudiciū est mūdi: nūc princeps hui⁹ mūdi eiiciet foras Et ego si exaltat⁹ fuero a terra: oīa trahā ad meipsum. Hoc aūt dicebat: significans qua morte esset moritur⁹ Rñdit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege: qꝛ xp̄s manet ī eternum. Et quō tu dicis oportet exaltari filiū hoīs? Quis est iste filius hoīs. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū lumē ī vobis est. Ambulate dū lucē habetis: vt nō tenebre vos comprehēdāt. Et qui ambulat ī tenebris: nescit quo vadat. Dū lucē habetis credite in lucē: vt filij lucis sitis. Hec locut⁹ est iesus: et abiit et abscondit se ab eis. Offr. Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te confugi doce me facere voluntatem tuā: qꝛ deus meus es tu. ℣. Exaudi me ī tua iusticia et ne intres in iudiciū cū seruo tuo dn̄e.

Ipsa ma Sec. iestati tue dn̄e fideles populos ꝯmendet oblatio: que per filiū tuū dn̄m nr̄m iesū xp̄m recōsiliauit īimicos. Qui te. Coīo. Erubescant et reuereantur simul q̄ gratulant malis meis: induātur pudore et reuerentia q̄ maligna loquūtur aduersum me.

Satiati munere sa Postcō. lutari: tuā dn̄e miam deprecamur: vt hoc eodē sacramēto quo nos tꝑaliter vegetas/efficias vite eterne participes. P d. Sup ppl'm.

Adiuua nos de⁹ salu Orō. tar⁊ noster: et ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignatus es: tribue venire gaudētes. P d. Fer. iij. Officiū.

Nos autē gloriari oportet in cruce dn̄i nostri iesu xp̄i in quo est salus vita et resurrectio nostra per quē saluati ⁊ liberati sumus. ps Deus misereat nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suū super nos et misereatur nostri. Orō.

Omnīps sempiterne deus da nobis ita dn̄ice passionis sacramēta peragere: vt indulgentiā percipere mereamur. P eūd. Lectio hieremie pphē. ij. ca°.

In diebꝫ illis Dixit hieremias. Domine: demōstrasti michi ⁊ ego cognoui: tu ostendisti michi studia eorū. Et ego quasi agn⁹ māsuetus qui portat ad victimā: et nō cognoui qm̄ cogitauerunt sup me ꝯsilia dicētes. Venite mittamus lignū in panē ei⁹: et eradam⁹ eū de terra viuentiū: et nomē eius nō memoretur āplius. Tu aūt dn̄e sabaoth q̄ iudicas iuste et probas renes ⁊ corda: videā queso vltionē tuā ex eis. Tibi eni reuelaui causā meā: dn̄e deus meus. Grad. Ego autē dū michi molesti essēt induebā me cilicio et humiliabā in ieiunio animā meā: et oratio mea in sinu meo cōuertetur. ℣. Iudica dn̄e nocētes me: expugna īpugnātes me apprehende arma et scutū et exurge ī adiutoriū michi. Sequat passio cum Dn̄s vobiscū. Passio domini nostri iesu christi. S. marcum. xiiij.

In illo tēpore: Erat pascha et azima post biduū. Et q̄rebant sūmi sacerdotes ꝛ scribe quomodo iesū dolo tenerēt: et occiderēt. Dicebant eni. Non ī die festo Ne forte tumultus fieret populi. Et cū esset bethanie ī domo symonis leprosi et recūberet: venit mulier habēs alabastrū vnguēti nardi spicati p̄ciosi: ꝛ fracto alabastro effudit sup caput eius. Erant aūt quidā īdigne ferentes ītra semetipsos: ꝛ dicentes. Ut q̄d pditio ista vnguēti facta est? Poterat eni vnguentū istō venū dari pl⁹ q̄ trecētis denariis: et dari pauperibꝫ. Et fremebāt in eā. Jesus aūt dixit. ✠ Sinite eā. Quid illi molesti estis? Bonū opus opata ē in me. Semper eni pauperes habetꝭ vobiscū: et cū volueritis potestis illis benefacere: me aūt nō semp habebitis. Quod habuit hec fecit: p̄uenit vngere corpus meum ī sepulturam. Amen dico vobis: vbicūqꝫ predicatū fuerit euāgeliū istō ī vniuerso mūdo: et q̄d fecit hec narrabit ī memoriam ei⁹. Et iudas scariothes vn⁹ de duodeci: abiit ad sūmos sacerdotes vt pderet eū illis. Qui audientes gauisi sūt: et promiserūt ei pecuniam se daturos. Et querebat quomodo illum oportune traderet. Et primo die azimoꝝ quando pascha immolabant: dicunt ei discipuli. Quo vis eamus: et paremus tibi vt manduces pascha. Et mittit duos ex discipulis suis: et dicit eis. Jte in ciuitatem: et occurret vobis homo lagenā aque baiulans. Sequimini eū: et quocunqꝫ introierit dicite dn̄o domus q̄ꝛ magister dicit. Ubi est refectio mea: vbi pascha cū discipulis meis mā ducē? Et ipse vobis demonstrabit cenaculū grande stratū: et illic parate nobis. Et abierūt discipuli ei⁹ et venerūt in ciuitatē: et iuenerūt sicut dixerat illis: et parauerūt pascha. Uespere aūt facto: venit cū duodeci. Et discūbentibus eis: et manducantibꝫ: ait iesus. ✠ Amē dico vobis: quia vnus ex vobꝭ me tradet qui manducat mecum. At illi ceperunt contristari: et dicere ei singulatim. Nūquid ego? Qui ait illis. ✠ Unus ex duodecim qui intingit mecū manum in catino. Et fili⁹ quidē hois vadit: sicut scriptū est de eo. Ue aūt homī illi: per quē filius hois tradetur. Bonum erat ei: si non esset natus homo ille. Et manducātibus illis: accepit iesus panē: ꝛ benedicens fregit et dedit eis: et ait. ✠ Sumite: hoc ē corp⁹ meū. Et accepto calice gratias agens dedit eis: et biberūt ex illo omnes. Et ait illis. ✠ Hic est sanguis meus noui testamenti: q̄ pro multis effundetur. Amen dico vobis: q̄ iam non bibam de genimine vitis vsqꝫ ī diē illum/cum illud bibam nouum in regno dei. Et hymno dicto: exierunt in montem oliuarum. Et ait eis iesus. ✠ Omnes scandalizabimini in nocte ista: q̄ꝛ scriptū est. Percutiā pastorē: et dispergentur oues. Sed post eā q̄ resurrexero: p̄cedā vos in galileam. Petrus autē: ait illi.

Et si oēs scandalizati fuerint: sed non ego. Et ait illi iesus. ✠ Amē dico tibi: quia tu hodie i nocte hac priusq̄ gall⁹ bis vocē dederit: ter me es negaturus At ille āplius loquebatur. Et si oportuerit me simul cōmori tibi: nō te negabo. Similiter aūt ⁊ oēs dicebāt. Et veniunt in prediū cui nomē gethsemani: et ait discipulis suis. ✠ Sedete hic: donec orē. Et assumit petrū et iacobū et iohannē secū: ⁊ cepit pauere ⁊ tedere. Et ait illis. ✠ Tristis est aīa mea vsq₃ ad mortē. Sustinete hic: et vigilate. Et cū pcessisset paululū: procidit sup terrā: ⁊ orabat vt si fieri posset trāsiret ab eo hora. Et dixit. ✠ Abba pr̄/oīa tibi possibilia sunt: transfer calicē hūc a me. Sed nō q̄d ego volo: sed q̄ tu. Et venit: et inuenit eos dormiētes. Et ait petro. ✠ Symon dormis? Non potuisti vna hora vigilare? Uigilate et orate: vt nō intretis in tētationem. Spiritus quidē prompt⁹ est: caro vero infirma. Et iterū abiēs: orauit eundē sermonē dicens Et reuers⁹ denuo: inuenit eos dormiētes. Erant eni oculi eorum grauati: et ignorabant quid responderēt ei. Et venit tercio: et ait illis. ✠ Dormite iā et requiescite. Sufficit. Uenit hora: ecce tradet filius hoīs in manus peccatorum. Surgite eamus: ecce q̄ me tradet prope ē. Et adhuc eo loquēte: venit iudas scarioth/vnus de duodecim: ⁊ cum eo turba multa cum gladiis ⁊ lignis a summis sacerdotib₃: et scribis et senioribus.

Dederat autē traditor eis signū: dicēs. Quemcunq₃ osculatus fuero ipse est: tenete eū et ducite caute. Et cum venisset: stati accedens ad eū ait. Rabbi. Et osculatus est eū. At illi man⁹ iiecerūt in iesū: ⁊ tenuerūt eū. Unus aūt q̄dā de circūstantibus: educēs gladium percussit seruū sūmi sacerdotis: et āputauit illi auriculā. Et respōdens ies⁹: ait illis. ✠ Tanq̄ ad latronē exist₃ cū gladiis et lignis cōprehēdere me. Quotidie erā apud vos i tēplo docēs: et nō me tenuistis. Sed vt ipleātur scripture. Tunc discipuli eius relinquētes eū: oēs fugerunt. Adolescens aūt quidā sequebatur eū amictus syndone sup nudo: et tenuerunt eū. At ille reiecta syndone: nudus profugit ab eis. Et adduxerūt iesū ad summū sacerdotē: ⁊ conuenerūt oēs sacerdotes et scribe et seniores. Petr⁹ aūt a longe secutus est eū vsq₃ intro i atriū sūmi sacerdotis. Et sedebat cum ministris ad ignē: et calefaciebat se Sūmi vero sacerdotes ⁊ omne cōsiliū q̄rebant aduersus iesū testimoniū: vt eum morti traderēt nec iueniebāt. Multi aūt falsum testimoniū dicebāt aduers⁹ eū: et cōuenientia testimonia non erāt Et quidā surgentes falsū testimoniū ferebāt aduersus eū: dicētes. Q̄m nos audiuim⁹ eum dicentē: ego dissoluā tēplum hoc manufactū: et post triduū aliud nō manu factū edificabo. Et nō erat conueniens: testimoniū illorum. Exurgēs aūt sūmus sacerdos i mediū: iter

rogauit iesum dicens Non rñdes quicq̃ ad ea: que tibi obiciunt ab his: Ille aũt tacebat ⁊ nichil respõdit. Rursũ sũm⁹ sacerdos interrogabat eũ: et dixit ei. Tu es xp̃s filius dei benedicti: Jesus aũt dixit illi. ✠ Ego sũ. Et videbitis filiũ hois sedentẽ a dextris virtutis dei: et venientẽ in nubibꝫ celi. Sũm⁹ aũt sacerdos scindẽs vestimenta sua: ait. Quid adhuc desideramus testes: Audistꝭ blasphemiã Quid vobis videt: Qui oẽs condẽnauerunt eũ: esse reũ mortis. Et ceperũt quidã ꝯspuere eũ et velare faciẽ eius: et colaphis eũ cedere et dicere ei. Prophetiza. Et ministri alapis eũ cedebãt. Et cũ esset petr⁹ in atrio deorsũ: venit vna ex ancillis sũmi sacerdotis. Et cũ vidisset petrũ calefacientẽ se: aspiciẽs illũ ait. Et tu cũ iesu nazareno eras. At ille negauit dicens. Neqꝫ scio: neqꝫ noui/ q̇d dicas Et exiit foras ante atriũ: et gallus cãtauit. Rursũ aũt cum vidisset illum ancilla: cepit dicere circũstantibꝫ: qꝛ hic ex illis ꝫ. At ille iterũ negauit Et post pusillũ rursus q̇ astabant: dicebãt petro. Uere ex illis es: nã et galileus es Jlle aũt cepit anathematizare: et iurare / qꝛ nescio hoiem istũ quẽ dicitis. Et stati iterũ gallus cãtauit. Et recordat⁹ est petrus verbi qđ dixerat ei iesus: priusq̃ gall⁹ cantet bis: ter me negabis. Et cepit flere. Et ꝯfesti mane cõsiliũ faciẽtes sũmi sacerdotes cũ senioribus et scribis et vniuerso consilio: vincientes iesũ duxerũt ⁊ tradiderunt pilato. Et interrogauit eum pilatus Tu es rex iudeorũ: At ille respõdens: ait illi. ✠ Tu dicis. Et accusabant eũ sũmi sacerdotes in multis. Pilat⁹ autẽ rursũ interrogauit eũ dicẽs Nõ respondes quicq̃: Uide in quãtis te accusant. Jesus aũt amplius nichil respondit: ita vt miraretur pilatus. Per diẽ aũt festum solebat dimittere illis vnũ ex vinctis: quẽcunqꝫ petissẽt. Erat aũt qui dicebat barabas qui cũ seditiosis erat vinct⁹: qui in seditione fecerat homicidiũ. Et cũ ascendisset turba: cepit rogare/ sicut sẽper faciebat illis. Pilat⁹ aũt respõdit eis: et dixit. Uultis dimittã vobis regem iudeorũ: Sciebat eni q̃ per inuidiã tradidissẽt eum sũmi sacerdotes. Pontifices aũt concitauerũt turbam: vt magis barabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respõdens: ait illis. Quid ergo vultis faciã regi iudeorũ: At illi iterũ clamauerũt. Crucifige eũ. Pilatus vero dicebat illis. Quid eni mali fecit: At illi magis clamabant. Crucifige eũ. Pilatus aũt volẽs populo satisfacere/ dimisit illis barabã: et tradidit iesũ flagellis cesum vt crucifigeretur. Milites autẽ duxerũt eum in atrium pretorii et cõuocant totam cohortẽ: et induũt eũ purpura: et imponũt ei plectẽtes spineã coronã: ⁊ ceperunt salutare eum. Aue rex iudeorũ. Et percutiebãt caput ei⁹ arũdine: ⁊ conspuebãt eũ: et ponẽtes genua adorabãt eum. Et postq̃ illuserũt ei: exuerũt illũ

purpura: et induerũt illũ vestimẽtis suis: et educunt illũ/ vt crucifigerent eũ. Et angariauerunt pretereũtẽ quempiã symonem cyreneũ: venientẽ de villa patrẽ alexãdri et ruffi/ vt tolleret crucẽ eius. Et pducũt illũ in golgotha locũ: qđ est interpretatũ caluarie locus Et dabãt ei bibere myrrhatum vinũ: et nõ accepit. Et crucifigẽtes eũ: diuiserũt vestimẽta ei⁹ mittẽtes sortẽ sup eis: q̃s quid tolleret. Erat aũt hora tercia: et crucifixerũt eũ. Et erat titul⁹ cause ei⁹ iscriptus rex iudeorum. Et cũ eo crucifigũt duos latrones: vnũ a dextris: et aliũ a sinistris ei⁹: et adipleta est scriptura q̃ dicit. Et cũ iniq̃s reputat⁹ ꝫ. Et pretereũtes blasphemabãt eũ mouẽtes capita sua: et dicẽtes. Vah q̃ destruit tẽplũ dei: et in tribꝫ diebus reedificas Saluũ fac temetipsũ: descẽdens de cruce. Similiter et sũmi sacerdotes illudentes ad alterutrũ: cũ scribꝫ dicebãt. Alios saluos fecit: seipm nõ potest saluũ facere? Xp̃s rex israel descendat nũc de cruce: vt videam⁹ et credamus Et qui cũ eo crucifixi erãt: cõuiciabãtur ei. Et facta hora sexta: tenebre facte sũt per totã terrã vsqꝫ i horã nonam. Et hora nona exclamauit iesus voce magna dicẽs. ✠ Heloy: heloy lamazabatani? Qđ est iterpretatũ De⁹ meus: deus meus vt qđ dereliq̃sti me? Et quidã de circũstantibꝫ audiẽtes dicebãt. Ecce heliã vocat. Currens aũt vnus: et iplens spongiã aceto: circũponẽsqꝫ calamo potũ dabat ei dicẽs. Sinite. Videam⁹ si veniat helias ad deponendũ eũ. Jesus aũt emissa voce magna expirauit. Pater nr̃. Aue maria. Jn man⁹.

Et velũ templi scissũ est in duo: a sũmo vsqꝫ deorsũ. Videns aũt cẽturio q̃ ex aduerso stabat: qꝛ sic clamãs expirasset ait. Vere hic homo filius dei erat. Erant aũt et mulieres delõge aspiciẽtes/ inter quas erat maria magdalene: et maria iacobi minoris: et ioseph mater et salome. Et cũ esset i galilea sequebãtur eũ et ministrabãt ei: et alie multe que simul cũ eo ascenderãt hierosolimã Euãgelium.

Et cũ iam sero factũ esset qꝛ erat parasceue qđ est ãte sabbatũ: venit ioseph ab arimathia nobilis decurio: q̃ et ipse erat expectãs regnũ dei. Et audacter introiuit ad pilatũ: et petiit corpus iesu. Pilatus aũt mirabatur si iam obiisset. Et accersito cẽturione: interrogauit eũ si iam mortuus esset. Et cũ cognouisset a cẽturione: donauit corpus ioseph. Joseph aũt mercatus syndonẽ et deponẽs eũ inuoluit syndone: et posuit eũ in monumento quod erat excisũ de petra. Et aduoluit lapidem: ad ostiũ monumenti. Offr. Custodi me domine de manu peccatoris: et ab hominibus iniquis eripe me domine. V. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderũt superbi laqueũ michi. Secreta.

Dicate tibi plebis domine q̃s oblationes sanctifica: vt a terrene vetustatis conuersatione mũdati: celestis vite profectibus

innouemur. Per d. Coio. Aduersum me exercebantur qui sedebāt in porta et in me psallebāt qui bibebāt vinū: ego vero orationē meā ad te dn̄e tēpus beneplaciti de⁹ in multitudine mīe tue. Postcō

Repleti dn̄e sacri muner⁊ grā supplices exoramus: vt que gustu corporeo dulci veneratione contingim⁹: dulciora mētibꝫ sentiamus. Per d. Super populū. or.

Tua nos mia deus/et ab oī surreptione vetustatis expurget: et capaces sancte nouitatis efficiat. Per d. Feria. iij. Offm̄.

In nomie dn̄i omne genu flectat celestiū terrestriū: et infernor qr dn̄s factus est obediēs vsqꝫ ad mortē: mortē aūt crucis: ideo dn̄s iesus xp̄s ī gloria ē dei patris. Ps. Dn̄e exaudi orōnē meā: et clamor me⁹ ad te veniat. Sequat orō sine Dn̄s vo. sed tm̄ cū Oremus et Flectam⁹ genua. or.

Presta q̄s omp̄s deus/vt qui nr̄is excessibus incessanter affligimur: per vnigeniti tui passionem liberemur. Qui te. Lcō esaie prophete. lxij. et lxiij.

Hec dicit dn̄s deus. Dicite filie syon. Ecce saluator tuus venit ecce merces eius cū eo: et opus illius corā illo. Quis est iste q̄ venit de edom tinctis vestibꝫ de bosra? Iste formosus in stola sua: gradiēns ī mltitudine fortitudinis sue. Ecce qui loquor iusticiā: et propugnator sum ad saluandū. Quare ergo rubrū est indumētum tuū: et vestimenta tua sicut calcantiū in torculari? Torcular calcaui solus et de gentibus non est vir mecū. Calcaui eos ī furore meo: ⁊ cōculcaui eos in ira mea. Et asp̄sus est sanguis eor super vestimenta mea: et oīa indumēta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis mee venit. Circūspexi ⁊ non erat auxiliator: quesiui et nō fuit qui adiuuaret. Et saluauit michi brachiū meum: et īdignatio mea ipsa auxiliata est michi. Et cōculcaui populos in furore meo: et inebriaui eos in indignatione mea: et detraxi ī terram virtutē eor. Miserationum dn̄i recordabor. Laudē dn̄i annūciabo sup oībus q̄ reddidit nobis dn̄s deus nr̄. Gr. Ne auertas faciē tuā a puero tuo qm̄ tribulor velociter exaudi me. V. Saluū me fac deus qm̄ intrauerūt aque vsqꝫ ad aīam meā infix⁹ sū in limo profūdi: et non est substantia. non repetatur gradua. sed sequat Dn̄s vobiscū. Oremus et Flectamus genua. Oratio.

Deus qui pro nobis filiū tuū crucis patibulū subire voluisti: vt inimici a nobis expelleres potestatē: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis eius grām cōsequamur. Per eūd. Hic dicitur meorie consuete. Lcō esaie p̄phete. liij.

In diebus illis: Dixit esaias Domie quis credidit auditui nostro Et brachiū dn̄i cui reuelatum est? Et ascēdit sicut virgultum corā eo: et sicut radix de terra sitiēti. Nō est species ei neqꝫ decor. Et vidimus eum et non erat aspectus: et desiderauim⁹ eū despectū

et nouissimū virorū virū dolorū/ et sciencē infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius et despectus; vnde nec reputauimus eum Uere languores nr̄os ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eū quasi leprosū: et percussū a deo et hūiliatum. Ipse autē vulneratus est propter iniqtates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre sup eū: et liuore eius sanati sumus. Oēs nos quasi oues errauimus/ vnusquisq₃ in viā suam declinauit: et posuit dn̄s in eo iniquitatē oīm nostrum. Oblat⁹ est quia ipse voluit: et non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionē ductus est: ⁊ sicut agnus corā tondente se obmutescet: et nō aperiet os suum. De āgustia et de iudicio sublatus est: generationē eius q̄s enarrabit? Quia abscis⁹ est de terra viuentiū. Propter scelus populi mei percussi eū: et dabit impios pro sepultura: et diuitē pro morte sua: eo q̄ iniquitatem nō fecerit/ neq₃ dolus fuerit in ore eius: et dominus voluit conterere eū ī infirmitate. Si posuerit pro peccato animā suā: videbit semen longeuū et voluntas dn̄i in manu eius dirigetur/ pro eo q̄ tradidit in mortem aīam suā: ⁊ cum sceleratis reputatus est. Et ipse pctā multorū tulit: ⁊ pro trāsgressoribꝫ rogauit vt nō perirēt. Dicit dn̄s oṗs. Chorus altnati dicat tractū: ita q̄ dū ℣. canit: chor⁹ ex illa parte stare tenet alia parte chori interī sedēte: ⁊ sic percātet totus tractus a choro q̄ñcū q₃ dicitur tract⁹ a choro ī stallis a septuagesima vsq₃ ad pascha

Tractus. Domine exaudi orationē meā: et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Ne auertas faciē tuam a me: in quacūq₃ die tribulor īclina ad me aurē tuam. ℣. In quacūq₃ die inuocauero te: velociter exaudi me. ℣. Qr defecerunt sicut fumus dies mei: ⁊ ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt. ℣. Percussus sū sicut fenū et aruit cor meū: quia oblitus sum comedere panem meū. ℣. Tu exurgens dn̄e misereberis syon: quia venit tēpus miserēdi eius. Sequat̄ passio cū Dn̄s vobiscum. Passio dn̄i nostri iesu xp̄i Secūdum lucam. xxij. capi.

In illo tp̄e: Appropiquabat autē dies festus azimorꝫ qui dicit̄ pascha: et querebant principes sacerdotū ⁊ scribe quomodo iesū interficerēt. Timebant vero plebē. Intrauit aūt sathanas in iudam qui cognomiabatur scarioth vnū de duodecim: et abiit et locutus est cū principibus sacerdotū et magistratibus queādmodū illum traderet eis. Et gauisi sunt: et pacti sūt pecuniā illi dare. Et spopōdit. Et querebat opportunitatē: vt traderet illū sine turbꝫ. Uenit aūt dies azimorꝫ in qua necesse erat occidi pascha: et misit petrū et iohēm dicēs ✠ Eūtes pate nobꝫ pascha: vt manducem⁹. At illi dixerūt. Ubi vis paremus? Et dixit ad eos. ✠ Ecce introeūtibus vobis ī ciuitatem: occurret vobis homo amphoram aque portās. Sequimini eū in domum ī quā intrat: et dicetis

patrifamilias dom⁹. Dicit tibi magister. Ubi ꝫ diuersoꝛium: vbi pascha cū discipulis meis mādu͏cē? Et ipse ostēdet vobis cenaculum magnū stratū: et ibi parate. Euntes aūt inuenerūt sicut dixit illis: et parauerūt pascha. Et cū facta esset hoꝛa discubuit: ⁊ duodeci apostoli cū eo. Et ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscū: anteq̄ patiar. Dico eni vobis: quia ex hoc non manducabo illud: donec impleatur in regno dei. Et accepto calice: gratias egit et dixit. ✠ Accipite: et diuidite inter vos. Dico eni vobis: q̄ nō bibam de generatione vitis: donec regnū dei veniat. Et accepto pane grās egit et fregit: et dedit eis dicēs. ✠ Hoc est coꝛpus meū quod pꝛo vobis datur: hoc facite i meā cōmemoꝛationē. Similiter et calicē: postq̄ cenauit dicēs. Hic est calix nouū testamentū in sanguine meo: qui pꝛo vobis fundet. Uerūtamen ecce man⁹ tradentis me: mecū est i mensa. Et quidem filius hois: secundū qḋ definitum est vadit. Uerūtamen ve hoi illi: per quē tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter se: quis esset ex eis/ q̄ hoc facturus esset. Facta est autē contentio inter eos: quis eoꝝ videretur esse maioꝛ. Dixit autem eis ✠ Reges gentiū dn̄antur eoꝝ: et qui potestatē habēt super eos / benefici vocantur. Uos aūt non sic. Sed qui maioꝛ est in vobis: fiat sicut minoꝛ. Et qui pꝛecessoꝛ est: sicut mistratoꝛ. Nā quis maioꝛ est qui recūbit: an qui mistrat? Nonne qui recūbit? Ego aūt in medio vestrū sū: sicut qui mistrat. Uos aūt estis qui permāsistis mecū in tentationibus meis Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnū/ vt edatis et bibatis sup mensam meam in regno meo: et sedeatis super thꝛonos/ iudicantes duodecim tribus israel. Ait aūt dominus symoni. ✠ Simon ecce sathanas expetiuit vos: vt cribꝛaret et sicut triticū Ego aūt rogaui pꝛo te: vt nō deficiat fides tua Et tu aliquādo conuersus confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Dn̄e tecū paratus sum et in carcerem: ⁊ in moꝛtem ire. Et ille dixit. ✠ Dico tibi petre: non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me. Et dixit eis. ✠ Quando misi vos sine sacculo et pera et calciamētis: nunq̄d aliquid defuit vobis? At illi dixerūt. Nichil. Dixit ergo eis ✠ Sed nūc qui habet sacculū: tollat similiter et peram. Et qui nō habet: vēdat tunicā suam et emat gladiū. Dico enim vobis q̄m adhuc hoc qḋ scriptū est opoꝛtet impleri in me: et cum iniquis deputatus est. Et enī ea que sunt de me: finē habēt. At illi dixerunt. Dn̄e: ecce duo gladij hic. At ille dixit eis. Satis est. Et egressus: ibat secundū consuetudinē in montē oliuaꝝ. Secuti sunt aūt illū: et discipuli. Et cū peruenisset ad locū: dixit illis. ✠ Oꝛate: ne intretis in tentationē. Et ipse auulsus est ab eis: quantū iactus est lapidis. Et

positis genibus: orabat dicēs. ✠
Pater si vis trāsfer calicē istum a
me. Uerūtamen non mea volun
tas: sed tua fiat. Apparuit aūt illi
angelus de celo: confortans eum.
Et factus i agonia: plixi⁹ orabat.
Et factus est sudor eius: sicut gut
te sanguinis decurrētis i terram.
Et cū surrexisset ab orōne: & venis
set ad discipulos suos: inuenit eos
dormiētes pre tristicia. Et ait illis
✠ Quid dormitis? Surgite: ora-
te ne intretis i tentationē. Adhuc
eo loquēte: ecce turba et qui voca-
batur iudas vnus de duodeci an-
tecedebat eos. Et appropiquauit
iesu: vt oscularetur eū. Jesus aūt
dixit illi. ✠ Juda osculo filiū hoīs
tradis. Uidētes aūt hi qui circa ip
sū erant qđ futurū erat: dixerunt
ei. Dñe si pcutimus in gladio? Et
percussit vnus ex illis seruū prīci-
pis sacerdotū: et amputauit auri-
culam eius dexterā. Respōdēs au
tē iesus ait ✠ Sinite vsq3 huc. Et
cum tetigisset auriculā eius: sana
uit eū. Dixit aūt iesus ad eos q̄ ve
nerant ad se principes sacerdotū:
et magistratus templi & seniores.
✠ Quasi ad latronē existis cū gla
diis et fustibus: cū quotidie vobi-
scū fuerim in templo: non extēdi-
stis manus in me. Sed hec est ho-
ra vestra: & potestas tenebrarum.
Cōprehēdentes aūt eū duxerunt
ad domū principis sacerdotū. Pe
trus vero sequebat̄ eū a longe. Ac
censo autē igne in medio atrio: et
circūsedentibus illis: erat petrus
in medio eorū. Quē cum vidisset
ancilla quedā sedentē ad lumē: et
eū fuisset ituita/dixit. Et hic cū il-
lo erat. At ille negauit eū: dicens.
Mulier: non noui illū. Et post pu-
sillū: alius videns eū/dixit. Et tu
de illis es. Petr⁹ vero ait. O homo
non sū. Et interuallo facto quasi
hore vnius: ali⁹ quidam affirma-
bat/dicēs. Uere et hic cū illo erat:
nam et galileus est. Et ait petrus.
O homo nescio quid dicis. Et con
tinuo adhuc eo loquēte: cantauit
gallus. Et cōuersus dñs: respexit
petrū. Et recordat⁹ est petrus ver
bi dñi sicut dixerat: q2 priusq̄ gal-
lus cātet/ter me negab3. Et egres
s⁹ foras petr⁹ fleuit amare Et viri
q̄ tenebāt illū: illudebāt ei cedētes.
Et velauerūt eū: et percutiebant
faciē eius. Et interrogauerūt eū:
dicētes. Prophetiza. Quis est qui
te percussit? Et alia mlta blasphe-
mantes: dicebant in eū. Et vt fa-
ctus est dies: cōuenerunt seniores
plebis et principes sacerdotum et
scribe: et duxerunt eū in cōciliū su
um/dicentes. Si tu es xp̄s dic no
bis? Et ait illis. ✠ Si vobis dixe-
ro: non credetis michi. Si autem
et interrogauero: non respondebi
tis michi/neq3 dimittetis. Ex hoc
aūt: erit filius hoīs sedēs a dextris
virtutis dei. Dixerūt aūt oēs. Tu
ergo es fili⁹ dei? Qui ait. ✠ Uos
dicitis: quia ego sū. At illi dixerūt
Quid adhuc desideram⁹ testimo-
niū? Ipsi enim audiuimus de ore
eius. Et surgens oīs multitudo
eorū: duxerūt illū ad pilatum. Ce-
perunt autē illū accusare: dicētes.

Hunc inuenimus subuertentem gentē nostram: et prohibētem tributa dare cesari: et dicentē se xp̄m regem esse. Pilatus autē interrogauit eū dicēs. Tu es rex iudeorꝫ? At ille respōdens ait. ✠ Tu dicis Ait aūt pilatus ad pricipes sacerdotum: et turbas. Nichil inuenio cause in hoc homine. At illi inualescebant dicentes. Commouit populum docens per vniuersam iudeam: incipiens a galilea vsqꝫ huc. Pilatus aūt audiens galileā: interrogauit si homo galileus esset. Et vt cognouit ꝙ de herodis potestate esset: remisit eū ad herodem/qui et ipse erat hierosolimis illis diebus. Herodes autē viso iesu: gauisus est valde. Erat enim ex multo tp̄e cupiēs videre eū/eo ꝙ audiret multa de eo: et sperabat signū aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat aūt illū: multis ſmonibus. At ipse nichil illi respondebat. Stabant aūt principes sacerdotum et scribe: constāter accusātes eū. Spreuit autē illū herodes cū exercitu suo/et illusit indutum veste alba: ⁊ remisit ad pilatū. Et facti sunt amici herodes: et pilat⁹ in ipsa die. Nā antea inimici erāt adinuicē. Pilatus autē cōuocatis pricipibus sacerdotū et magistratibus et plebe: dixit ad illos. Obtulistis michi hūc hoiem quasi auertentē populū: et ecce ego corā vobis interrogans: nullam causā inuenio in hoie isto: ex his in quibus eum accusatis. Sed neqꝫ herodes Nam remisi vos ad illum: et ecce nichil dignum morte actum ē ei. Emēdatum ergo illum dimittā. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum vnū. Exclamauit autē simul vniuersa turba dicēs. Tolle hūc et dimitte nobis barabam: Qui erat propter seditionē quādam factam ī ciuitate: et homicidiū missus in carcerem. Iterū autem pilatus locutus est ad illos: volens dimittere iesum. At illi succlamabāt dicentes. Crucifige crucifige eū Ille autem tercio: dixit ad illos. Quid ei mali fecit iste? Nullam causā mortis inuenio in eo. Corripiā ergo illū: et dimittam. At illi instabant vocibus magnis: postulantes vt crucifigeretur: et inualescebant voces eorū. Et pilatus adiudicauit fieri petitionē eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidiū ⁊ seditionē missus fuerat in carcerē quem petebant: iesum vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum: apprehēderunt symonem quendam cyrenensem venientem de villa: et imposuerūt illi crucē portare post iesum. Sequebatur autem illū multa turba populi et mulierum: que plangebāt et lamentabantur eum. Conuersus autē ad illas iesus dixit. ✠ Filie hierusalē nolite flere super me: sed super vosipsas flete: et super filios vestros. Quoniā ecce venient dies in quibus dicent. Beate steriles: et ventres qui non genuerūt: et vbera q̄ non lactauerūt. Tunc incipient dicere mōtibus/cadite

super nos: et collibus operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciūt: in arido quid fiet? Ducebantur autem et alij duo neq̃ cum eo vt interficerētur. Et postq̃ venerūt in locū/ q̇ vocatur caluarie: ibi crucifixerūt eum. Et latrones/ vnum a dextris: alterum a sinistris. Jesꝰ autem dicebat. ✠ Pater/ dimitte illis: non enim sciūt quid faciunt Diuidētes vero vestimenta eius: miserūt sortes Et stabat populus expectās: et deridebant illum principes cum eis dicentes. Alios saluos fecit: se saluum faciat/ si hic ē christus dei electus. Jlludebāt autem ei et milites accedētes: et acetum offerentes illi dicētes. Si tu es rex iudeoꝝ: saluum te fac. Erat autem ⁊ superscriptio scripta sup illum litteris grecis latinis et hebraicis: hic ē rex iudeoꝝ. Unus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eū/ dicens. Si tu es christus/ saluū fac teipsum: et nos. Respondēs autē alter: icrepabat illū dicens. Neq̧ tu times deū qui in eadem damnatione es. Et nos quidē iuste: nā digna factꝰ recipimꝰ: hīc vero nichil mali gessit. Et dicebat ad iesū. Domie memento mei cū veneris i regnum tuū. Et dixit illi iesus. ✠ Amē dico tibi: hodie mecum eris paradiso. Erat autē fere hora sexta: et tenebre facte sūt in vniuersa terra/ vsq̧ in horam nonā. Et obscuratus est sol: et velum templi scissū est medium. Et cū dixerit diaconus. Velum tēpli scissū ē velum ante altare cadere permittat. Et clamans voce magna iesꝰ ait. Pater in manus tuas cōmendo spiritum meū. Et hec dicēs expirauit. Hic fiat genu flexio dicendo. Pater noster. Aue maria. Jn manus tuas. Uidens autem cēturio qđ factū fuerat: glorificauit deum dicens. Uere hic homo iustꝰ erat. Et oīs turba eorum qui simul aderāt ad spectaculum istud: et videbant que fiebant: percutientes pectora sua reuertebātur. Stabāt autem omnes noti eius a longe: et mulieres que secute eum erāt a galilea hec videntes. Euangeliū. Et ecce vir nomine ioseph q̃ erat decurio vir bonꝰ et iustus: hic non consenserat cōsilio et actibus eorum: ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat ⁊ ipse regnum dei. Hic accessit ad pilatum: et petiit corpus iesu. Et depositū inuoluit syndone: et posuit eum in monumento exciso Jn quo nondum quisq̃ positus fuerat. Offr. Dn̄e exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. V. Non auertas faciem tuam a me. Secreta. Susci pe quesumus domine munus oblatū: ⁊ dignanter operare/ vt qđ passionis filij tui dn̄i nostri misterio gerimꝰ: piū effectibꝫ consequamur. Per eūdē. Coio. Potū meum cum fletu temperabam quia eleuās allisisti me: et ego sicut fenum arui tu autem domine in eternū permanes: tu exurgens misereberis syon/ quia venit tp̄s miserendi eius. Postcō. Largire sēsibus nostris om-

nipotens deus: vt per temporalē filij tui mortē: quā misteria veneranda testātur: te vitam nobis dedisse perpetuam cōfidamus. Per eundem. Super populū. Oratio

RESpice quesumus dn̄e sup hāc familiā tuam: pro qua dominus noster iesus christus nō dubitauit manibꝫ tradi nocētiū: et crucis subire tormentum. Qui tecum. Feria quinta expleta recōsiliatione penitētium redeat processio in chorꝫ more solito: deinde prosternant se oēs ꝛ dicāt septem psalmos penitentiales cū Gloria patri. et Sicut erat. et an̄. Ne reminiscaris. cū Kyriel. Xpel. Kyriel. pater noster. sicut in die cinerū prenotatū est. Deinde erigens se sacerdos cōuersus ad orientem coram dextro cornu altaris: dicat. Et ne nos. Sed libera. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. ℟. Deus meus sperantes in te. Conuertere dn̄e vsqꝫquo. ℟. Et deprecabilis esto super seruos tuos. Mitte eis domie auxilium de sancto. ℟. Et de syon tuere eos. Adiuua nos deus salutaris noster. ℟. Et propter gloriā nomis tui dn̄e libera nos: ꝛ propicius esto pctis nostris propter nomen tuū domine. Domine exaudi orationem. ℟. Et clamor Dn̄s vo. ℟. Et cū spi. Oremus. Or.

ADesto domine supplicationibus nr̄is: et me qui etiā misericordia tua primus indigeo clementer exaudi: et quem nō electione meriti/sed dono gratie tue constituisti operis huius ministrū da fiduciam tui muneris exequēdi: et ipse i nostro ministerio quod tue pietatis est operare. Per xp̄m Et dicantur omnes orationes et terminentur sub tono lectionis ꝛ oēs orōes dicātur cū Orem⁹. Nō dꝫ Dn̄s vobiscū. nisi ante primā orationem tantum. Alia oratio.

DEus humani generis benignissime conditor: et misericordissime reformator/qui hominem inuidia diaboli ab eternitate deiectum vnici filij tui sāguine redemisti: viuifica hos famulos tuos: quos tibi nullaten⁹ mori desideras: et qui non dereliquis deuios assume correctos: moueāt pietatem tuā quesumus domine horum famulorum tuorꝫ lachrymosa suspiria: tu eorum medere vulneribus: tu iacentibus manū porrige salutarē/nec ecclesia tua aliqua sui corporis portione vastetur: ne grex tuus detrimentum sustineat: ne de familie tue dāno inimicus exultet ne renatos lauacro salutari mors secunda possideat: tibi ergo domine supplices preces offerimus: tibi cordis fletum effūdimus: tu parce confitentibus: vt sic in hac mortalitate peccata sua te adiuuante defleant quaten⁹ in tremendi iudicij die sn̄iam dānationis eterne euadant et nesciant piissime pater qđ terret i tenebris qđ stridet i flamis: atqꝫ ab erroris via ad iter reuersi iusticie: nequaq̄ vltra vulneribus sauciētur/sed integrum sit eis atqꝫ perpetuū: et qđ gratia tua cōtulit: et qđ misericordia reformauit. Per xp̄m

DOmine sancte Alia orō.

pater omipotens eterne deus qui vulnera nr̃a curare dignatus es: te supplices rogamus ac petimus nos humiles tui sacerdotes: vt precibꝫ nostris aures tue pietatis inclinare digneris: atqꝫ ad penitentiam cõfessione mouearis: remittasqꝫ omnia crimia: ⁊ peccata vniuersa condones desqꝫ his famulis tuis dñe pro suppliciis veniã pro merore leticiã: pro morte vitam: vt qui ad tantã spem celestis apicis deuoluti sũt: de tua misericordia confidentes: ad bona paciferi p̄mij tui atqꝫ ad celestia dona peruenire mereantur. Per christum. Hic non dicitur Oremus: sed sacerdos ad populũ conuersus manu extensa sine nota dicat absolutionem.

Absoluimus vos vice beati petri apostolorum principis cui dominus potestatem ligandi atqꝫ soluendi dedit: et quãtũ ad vos pertinet accusatio: et ad nos remissio / sit vobis omipotẽs deus vita et salus et omniũ peccatorum vestrorum pius indultor: qui viuit et regnat cũ deo patre in vnitate spiritus sancti. ⁊c. Et sic surgant oẽs a prostratione osculãtes formulas vel terrã: sacerdote dicẽte. Qui viuit. et si episcopus adest dicat benedictionẽ. Deide incipiatur missa solenniter sine regimie chori. Offm̃.

Nos autem gloriari oportet i cruce domini nostri iesu xp̄i in quo est salus vita et resurrectio nostra per quem saluati et liberati sumꝰ. Ps. Deus misereatur nostri ⁊ benedicat nobis illumiet vultum suũ super nos et misereatur nostri. Si ep̄s celebret dicitur Gloria patri. et siue ep̄us celebret siue nõ d̃r cãtꝰ de Cõditor. Kyriel. absqꝫ versibꝫ. Si ep̄s celebret dicit Glia in excel. aliter nõ Sequatur. Oremus sine flectamus. Or.

Deus a quo et iudas proditor reatus sui penam: et confessionis sue latro premiũ sũpsit: cõcede nobis tue propiciationis effectũ / vt sicut i passione sua iesus christus dñs noster diuersa vtrisqꝫ intulit stipendia meritorum / ita nobis ablato vetustatis errore resurrectiõis sue gratiam largiatur: Qui te. j. Ad corinthios. xj. ca.

Fratres: Conuenientibus vobis in vnũ: iam non est dñicam cenã manducare. Unusquisqꝫ eni suam cenã presumit ad manducandũ. Et alius quidẽ esurit: alius aũt ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducãdũ et bibendũ? Aut ecclesiam dei contẽnitis et confunditis eos qui nõ habẽt? Quid dicã vobis? Laudo vos: in hoc non laudo. Ego eni accepi a domio quod et tradidi vobis: quoniam dñs iesus in qua nocte tradebatur / accepit panem: et gratias agens fregit et dixit. Accipite ⁊ manducate. Hoc est corpus meum: quod pro vobis tradetur / hoc facite in meã commemorationem. Similiter ⁊ calicem postq̄ cenauit dicẽs Hic calix nouũ testamentũ est i meo sanguine: hoc facite quotienscunqꝫ bibetis in meam ꝯmemoratione. Quotiẽscũqꝫ

enim manducabitis panē hunc et calicem bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat. Ita quicunque manducauerit panē vel biberit calicē domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet aūt seipsum homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit: non diiudicās corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiūt multi/ qd si nosmetipsos diiudicaremus non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem: a domino corripimur/ vt non cum hoc mundo damnemur. Hec predicta epistola legatur in pulpito et ibidē cantetur. Gradal' a duobus pueris in supplliciis. Grad. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem aūt crucis. ℣. Propter quod et deus exaltauit illū et dedit illi nomen qd est super omne nomen. Repetat' gradua. nisi eps celebret. Euāgelium legatur in pulpito more dominicali. Secundum iohannem. xiii.

Ante diem festū pasche sciens iesus quia venit hora eius: vt trāseat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erāt in mundo: i finem dilexit eos. Et cena facta cū diabolus iam misisset i cor vt traderet eum iudas symonis scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater in manus: et quia a deo exiuit: et ad deum vadit: surgit a cena: et ponit vestimēta sua. Et cum accepisset lintheum: precinxit se. Deinde misit aquam in peluim: et cepit lauare pedes discipulorum suorū: et extergere lintheo quo erat precinctus. Uenit ergo ad symonem petrum: et dicit ei petrus. Domine tu michi lauas pedes? Respondit iesus: et dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei petrus. Non lauabis michi pedes in eternum. Respondit ei iesus. Si non lauero te: non habebis partē mecū. Dicit ei symon petrus. Domine nō tantum pedes meos: sed et manus et caput. Dicit ei iesus. Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mūdus totus. Et vos mundi estis: sed non oms Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum propterea dixit: non estis mundi omnes. Postquā ergo lauit pedes eorum accepit vestimēta sua: et cum recubuisset iterū dixit eis. Scitis quid fecerī vobis? Uos vocatis me magister et domine: et bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus et magister: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis vt quemadmodum ego feci vobis: ita et vos faciatis. Et legatur i pulpito more dominicali sine Credo in vnū. nisi episcopus celebrauerit: tunc enim legatur more duplicis festi: et dicitur. Credo. Offertorium. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam et narrabo opera domini. Ponātur a subdiacono tres hostie ad cō

secrandum/quarum due reseruā tur incrastinū: vna ad percipiendum a sacerdote: reliqua vt ponatur cum cruce in sepulchro. Sec.

Ipse tibi quesumus domine sancte pater omipotēs eterne deus sacrificium nostrum reddat acceptum: qui discipulis suis in sui commemoratione hoc fieri hodierna traditione monstrauit: iesus christus dn̄s noster. Qui tecum viuit. Prefatio quotidiana Hac die. Sanctus solenniter cātetur licet episcopus defuerit. Infra canonem. Cōmunicantes et Hanc igitur. et Qui pridie. Et dicuntur tam a sacerdote q̄ ab episcopo. Tres pueri ante olei consecrationē simul cantent hūc hymnum. O redemptor. Chorus idem repetat post vnū quemq̄ versum Hac die non dicit̄ Agnus dei. Nec pax detur: nisi episcopus celebrauerit tunc enim dicitur. Agnus dei solenniter more duplicis festi: et sacri crismatis ampulla pro pace deosculetur. Coio. Dominus iesus postq̄ cenauit cū discipulis suis lauit pedes eorum et ait illis: scitis quid fecerim vobis ego dominus et magister: exemplum dedi vobis vt et vos ita faciatis. Cantata cōmunione statim incipiātur vespere festiue sine regimine chori et sine Deus in adiutorium. Ab aliquo de superiori gradu incipiatur ā. Calicē. Psalmus.

Credidi propter quod locutus sū: ego autem humiliatus sū nimis. Ego dixi in excessu meo: omnis homo mēdax. Quid retribuam dn̄o: pro omibus que retribuit michi. Calicē salutaris accipiam: et nomē domini inuocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa ī conspectu domini mors sanctorū eius. O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus et filius ancille tue. Dirupisti vincula mea/ tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen dn̄i iuocabo. Vota mea dn̄o reddam ī conspectu oīs popl'i eius: in atriis domus domini ī medio tui hierusalē. Non dicit̄ Glia patri. sed repetatur ā. Calicē salutaris accipiā: et nomen dn̄i inuocabo. Ps.

Ad dn̄m cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Domine libera animā meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguā dolosam. Sagitte potentis acute: cū carbonibus desolatoriis. Heu michi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar/ multum incola fuit anima mea. Cū his qui oderunt pacem erā pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. ā. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Ps.

Eripe me domine ab homīe malo: a viro īiquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebāt prelia. Acuerunt linguas suas sicut serpētes: venenū aspidum sub labiis eorum. Custodi me domine de manu peccatoris: et ab homibus

iniquis eripe me. Qui cogitauerūt supplantare gressus meos: absconderūt superbi laqueū michi. Et funes extenderūt in laqueū: iuxta iter scandalū posuerunt michi. Dixi dño deus meus es tu: exaudi dñe vocē deprecationis mee. Dñe domie virtus salutis mee: obumbrasti super caput meum in die belli. Non tradas me dñe a desiderio meo peccatori: cogitauerūt contra me: ne derelinquas me ne forte exaltentur. Caput circuit⁹ eorū: labor labiorum ipsorum operiet eos. Cadent super eos carbones in ignē deijcies eos: ī miserijs non subsistēt. Vir linguosus nō dirigetur in terra: virū iniustum mala capiēt in interitu. Cognoui quia faciet dñs iudicium inopis et vindictā pauperū. Veruntamen iusti cōfitebuntur nomini tuo: et habitabūt recti cū vultu tuo. ã. Ab hominibus iniquis libera me dñe. ps.

Domie clamaui ad te: exaudi me: intende voci mee dū clamauero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensū in cōspectu tuo: eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinū. Pone dñe custodiā ori meo: et ostiū circūstantie labiis meis. Nō declines cor meum in verba malicie: ad excusādas excusationes ī pctīs. Cū hoibus operantibus iniquitatē: et nō coīcabo cū electis eorū. Corripiet me iustus in mīa et increpabit me: oleū autē pctōris nō impinguet caput meū. Qm̄ adhuc et orō mea in bn̄placitis eorū: absorti sūt iuncti petre iudices eorū. Audiēt vba mea qm̄ potuerūt: sicut crassitudo terre erupta est sup terrā. Dissipata sūt ossa nostra secus infernum: qr ad dñe dñe oculi mei: in te speraui non auferas aiam meā. Custodi me a laqueo quē statuerunt michi: et ab scādalis operantiū iniquitatē. Cadēt in retiaculo eius pctōres: singulariter sū ego donec transeā. ã. Custodi me a laqueo quē statuerunt michi et ab scādalis operantiū iniqtatē.

Voce mea ad dñm clamaui: voce mea ad dñm deprecatus sū. ps. Effundo in cōspectu eius orationem meā: et tribulationē meam ante ipsum pronuncio. In deficiēdo ex me spiritum meum: et tu cognouisti semitas meas. In via hac qua ambulabam: absconderunt laqueum michi. Considerabam ad dexteram et videbam: et: et nō erat qui cognosceret me. Periit fuga a me: et nō est qui requirat animam meam. Clamaui ad te domie: dixi tu es spes mea/portio mea in terra viuentium. Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus me: quia cōfortati sūt super me. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomi tuo: me expectāt iusti donec retribuas michi. ã. Considerabam ad dexterā et videbā: et non erat q̄ cognosceret me. Finita hac quīta ã. statī icipiatur. Cenātibus. Cāticū btē marie.

Magnificat: aīa mea dñm: Et exultauit spūs meus:

in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit michi magna qui potens est: et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis: et divites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abraham et semini eius in secula. Antiphona. Cenantibus autem accepit iesus panem benedixit ac fregit dedit discipulis suis. Repetita antiphona Post Magnificat dicat sacerdos postcommunionem cum Dominus vobiscum. et Oremus more solito.

Refecti vitalibus alimentis quesumus domine deus noster: ut quod tempore nostre mortalitatis exequimur: immortalitatis tue munere consequamur. Per. Et sic missa et vespere simul finiantur diacono dicente. Ite missa est. si episcopus celebret: si vero non missa et vespere simul finiantur cum Benedicamus domino. Propter solennitatem vero cene diaconus et subdiaconus dalmatica et tunica induantur: licet episcopus non celebraverit. Post ablutionem pedum dictoque sermone accipiant caritatis potum. Omnibus rite peractis unus sacerdotum dicat has preces. Suscepimus deus misericordiam tuam. Responsum. In medio templi tui. Tu mandasti. Responsum. Mandata tua custodiri nimis. Ecce quam bonum et quam iocundum. Responsum. Habitare fratres in unum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Responsum. Et cum spiritu. Oremus.

Adesto quesumus domine officio nostre servitutis nostre: et quia tu pedes lavare dignatus es tuis discipulis ne despicias opera manuum tuarum que nobis retinenda mandasti: sed sicut exteriora hic abluuntur inquinamenta corporum: sic a te omnium nostrum interiora mundentur peccata: quod ipse prestare digneris. Qui vivis et regnas deus Per. Si vero nullus assit clericus sermonem faciens ceteris ut prius peractis post ablutionem pedum dicuntur preces predicte. Deinde legatur sequens evangelium: fratribus interim caritatis potum sumentibus et legatur usque ad illum finem. Surgite eamus hinc. Et ita recedant Evangelium secundum iohannem. xiij. et

In illo tempore: xiiij. capitu. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis. Non est servus maior domino suo: neque apostolus maior eo qui misit illum. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim: sed ut adimpleatur scriptura. Qui manducat mecum panem: levabit contra me calcaneum suum. Amodo iam dico vobis priusquam fiat ut cum factum fuerit credatis: quia ego sum. Amen amen dico vobis: quia qui accipit si quem misero: me accipit. Qui autem me accipit: accipit eum qui me misit. Et cum hec dixisset iesus turbatus est spiritu: et protestatus est: et dixit. Amen amen dico vobis: quia unus ex vobis me tradet.

Aspiciebāt ergo ad inuicē discipu li: hesitantes de quo diceret. Erat ergo recumbēs vnus ex discipulis eius i sinu iesu: quē diligebat ies⁹. Innuit ergo huic symon petr⁹: et dixit ei. Quis est de quo dicit? Ita q₃ cū recubuisset ille supra pectus iesu: dixit ei Dn̄e quis est? Respon dit iesus. Ille est cui ego intinctū panē porrexero. Et cū intinxisset panem: dedit iude symonis scario this. Et post bucellam: introiuit in eum sathanas Et dicit ei iesus. Quod facis: fac citius. Hoc autē nemo sciuit discūbentiū ad quid dixerit ei. Quidā eni putabant q₃ loculos habebat iudas q₃ dixisset ei iesus eme ea que nobi₃ opus sūt ad diē festum: aut vt egenis aliq̄d daret Cum ergo accepisset ille bu cellam: exiuit continuo. Erat au tem nox Cum ergo exisset: dixit ie sus. Nunc clarificat⁹ est filius ho minis: et deus clarificat⁹ est in eo Si deus clarificatus est in eo: et de us clarificabit eum in semetipso. Et continuo clarificabit eum. Fi lioli adhuc modicū vobiscum sū. Queretis me: et sicut dixi iudeis quo ego vado: vos non potestis ve nire. Et vobis dico modo. Manda tum nouum do vobis: vt diliga tis inuicem sicut dilexi vos: vt et vos diligatis inuicem. In hoc co gnoscent om̄s quia discipuli mei estis: si dilectionem habueritis ad inuicem. Dixit ei symon petrus. Dn̄e quo vadis? Respondit iesus Quo ego vado non potes me mo do sequi: seq̄ris autē postea. Dixit ei petrus. Quare nō possum te se qui modo: aīam meā pro te ponā. Respondit ei iesus. Animam tu am pro me pones? Amē amen di co tibi: non cantabit gallus do nec ter me neges. Et ait discipu lis suis. Non turbetur cor vestrū Creditis in deum: et in me credi te. In domo patris mei mansio nes multe sunt. Si quo minus di xissem vob₃: quia vado parare vo bis locū. Et si abiero et preparaue ro vobis locū: iterū venio et acci piā vos ad meipsū vt vbi sum ego ⁊ vos sit₃ Et quo ego vado scitis: et viam scitis. Dicit ei thomas. Do mine nescim⁹ quo vadis. Et quo modo possumus viā scire? Dicit ei iesus. Ego sū via: et veritas et vi ta. Nemo venit ad patrē nisi per me. Si cognouissetis me: ⁊ patrē meum vtiq₃ cognouissetis. Et a modo cognoscetis eum: et vidi stis eum. Dicit ei philippus. Do mine ostēde nobis patrem: et suf ficit nobis. Dicit ei iesus. Tanto tempore vobiscum sum: et non cognouistis me? Philippe qui vi det me: videt et patrem. Quomo do tu dicis ostende nobis patrem? Non credis q₃ ego in patre et pa ter in me est? Uerba q̄ ego loquor vobis: a meipso nō loquor. Pater autē in me manens ipse facit ope ra. Non creditis quia ego i patre: et pater in me est? Alioq̄n propter opa ip̄a credite. Amē amen dico vobis: q̄ credit in me: opa que ego facio et ipse faciet / et maiora hor faciet: quia ego ad patrem vado.

vado. Et quodcūqꝫ petieritis pa-
trem in nomine meo hoc faciā: vt
glorificetur pater in filio Si quid
petieritis in nomine meo: hoc fa
ciā. Si diligitis me mādata mea
seruate. Et ego rogabo patrem:
et aliū paraclitum dabit vobis: vt
maneat vobiscū in eternū. Spi-
ritum veritatis quem mund⁹ nō
potest capere: quia nō videt eum/
nec scit eū. Uos autē cognoscetis
eū/quia apud vos manebit: et in
vobis erit. Non relinquā vos or-
phanos: veniā ad vos. Adhuc mo
dicū: et mundus me iā non videt
Uos autem videtis me/qꝛ ego vi
uo: et vos viuetis. In illo die vos
cognoscetꝫ: qꝛ ego sū in p̄re meo:
et vos in me ⁊ ego ī vobis. Qui ha
bet mandata mea/et seruat ea: il-
le est qui diligit me. Qui autē dili-
git me: diligetur a patre meo. Et
ego diligā eum: et manifestabo ei
meipsū. Dicit ei iudas: nō ille sca-
riothis. Domine quid factū est: qꝛ
manifestaturus es nobꝫ teipsum/
et non mundo? Respondit iesus:
et dixit ei. Si quis diligit me: ser-
monem meum ſuabit. Et pater
meus diliget eū: et ad eum venie-
mus: ⁊ mansionē apud eum facie
mus. Qui non diligit me: sermo-
nes meos nō seruat. Et sermonē
quem audistis non est meus: sed
eius qui misit me patris Hec locu
tus sum vobis apud vos manens
Paraclitus autē spiritussanctus:
quē mittet pater in nomine meo:
ille vos docebit omnia: et sugge-
ret vobis omnia quecunqꝫ dixero
vobis. Pacem relinquo vobis: pa
cem meā do vobis. Nō quomodo
mundus dat: ego do vobis. Non
turbetur cor vestrum: neqꝫ formi
det. Audistis quia ego dixi vobis:
vado et venio ad vos. Si diligere
tis me: gauderetis vtiqꝫ: quia va-
do ad patrē/quia pater maior me
est. Et nunc dixi vobis priusq̄ fi-
at: vt cum factū fuerit credatis.
Jam multa: non loquar vobiscū.
Uenit enim princeps mundi hu-
ius: et in me nō habet quicq̄. Sed
vt cognoscat mūdus quia diligo
patrem: et sicut mandatum dedit
michi pater/sic facio. Surgite ea
mus hinc. Feria sexta in die para
sceues dicta hora nona: accedat sa
cerdos ad altare indutus vestibus
sacerdotalibus in casula rubea cū
diacono et subdiacono/et ceteris
ministris altaris: qui omnes sint
albis cū amictibus induti sine tu-
nica dictaqꝫ oratiōe dominica sta-
tim procedat acholitus alba indu
tus ad legendum hanc lectionem
ad gradū chori sine titulo hoc mo
do. Osee. vj. capitulo.

IN tribulatiōe sua mane cō-
surgent ad me. Uenite et reuerta
mur ad dominum: quia ipse cepit
et sanabit nos/percutiet et cura-
bit nos. Uiuificabit nos post du-
os dies: ī die tercia suscitabit nos
et viuem⁹ in conspectu eius. Scie
m⁹/sequemurqꝫ: vt cognoscam⁹
dn̄m. Quasi diluculū preparatus
est egressus eius: et veiet quasi im
ber nobis tēporaneus et serotin⁹
terre Quid faciam tibi ephraym-

Quid faciã tibi iuda? Misericor-dia vestra quasi nubes matutina: et quasi ros mane ptransiēs. Propter hoc dolaui in prophetis: et occidi eos in verbis oris mei: et iudicia mea quasi lux egredientur: qr misericordiam volui et non sacrificiũ. et scientiã dei plusq̃ olocaustum. Chorus alternatim dicat. Tractus. Domine audiui auditum tuũ et timui: consideraui opera tua et expaui. ℣. In medio duũ aĩalium innotesceris dũ appropinquauerit anni cognosceris: dũ aduenerit tẽpus ostenderis. ℣. In eo dum conturbata fuerit anima mea: in ira misericordie memor eris. ℣. Deus a libano veniet: et sanctus de mõte umbroso et condenso. ℣. Operuit celos maiestas eius et laudis eius plena est terra. Sequatur orõ sine Dñs vobiscũ. sed tantum cum Oremus. et Flectamus genua. Oratio.

Deus a quo et iudas proditor reatus sui penã et confessionis sue latro premiũ sumpsit: concede nobis tue propiciatiõis effectum: vt sicut in passione sua iesus xp̃us dominus noster diuersa vtrisq̃ intulit stipẽdia meritorum: ita nobis ablato vetustat9 errore: resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritussãcti deus. Per oĩa. Subdiaconus legat hanc lectionẽ ad gradũ cho. sine titulo hoc mõ. Exodi. xij.

Dixit dominus ad moysem et aaron ĩ terra egypti. Mẽsis iste vobis principiũ mensium: primus erit ĩ mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cetũ filiorũ israel: et dicite eis. Decima die mensis hui9 tollat vnusq̃sq̃ agnũ per familias ac domos suas. Sin autem minor est numerus: vt sufficere nõ possit ad vescẽdũ agnũ: assumat vicinum suum: qui iunctus est domui eius: iuxta numerum animarum que sufficere possint ad esum agni Erit eñi agnus absq̃ macula: masculus anniculus. Iuxta quem ritum tolletis et hedum: et seruabitis eum vsq̃ ad quartamdecimã diem mensis huius. Immolabitq̃ eum vniuersa multitudo filiorum israel ad vesperũ sumentq̃ de sãguine agni: ac ponent super vtrũq̃ postem et in superliminaribus domorum in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni: et azimos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudũ quid nec coctum aqua: sed assum tãtum igni. Caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis: et os eius non confringetis: nec remanebit ex eo quicq̃ vsq̃ mane. Si quid residuum fuerit: igni cõburetis. Sic autem comedetis illũ. Renes vestros accingetis: et calciamenta habebitis in pedibus: tenẽtes baculos in manibus: et comedetis festinanter Est enim phase: id est transitus domini. Chorus alternatim dicat. Tractus. Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malicias in corde: tota die constituebant prelia. ℣. Acuerunt linguam suam sicut serpẽtes: venenũ aspidum sub labiis

eorum. ℣. Custodi me dñe de manu pec catoris: et ab hoībus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerunt supplantare gres sus meos: absconderunt superbi laqueū michi. ℣ Et funes extenderunt in laque um pedibus meis: iuxta iter scandalum posuerunt michi. ℣. Dixi domino deus meus es tu: exaudi domine vocem orati onis mee. ℣. Domine deus virtus salu tis mee: obumbra caput meum ī die bel li. ℣. Ne tradas me a desiderio meo pec catori cogitauerunt aduersum me: ne de relinquas me/ ne vnq̄ exaltētur. ℣. Ca put circuitus eorum: labor labiorum ip sorum operiet eos. ℣. Veruntamen iu sti confitebuntur nomini tuo: et habita bunt recti cum vultu tuo. Sequatur passio sine Dñs vobiscū. et sine ti tulo hoc modo incipiendo. Johā nis. xviij. ca.

Egressus est ie sus cū discipulis suis trans torrentem cedron: vbi erat ortus/ in quem introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat aūt et iudas qui tra debat eum locum/ quia frequēter iesus conuenerat illuc cū discipu lis suis. Judas ergo cū accepisset cohortē: et a pontificibus et phari seis ministros venit illuc cū later nis et facibꝫ et armis. Jesus itaqꝫ sciens oīa que ventura erāt super eum: processit et dixit eis. ✠ Quē queritis? Responderūt ei. Jesum nazarenū. Dicit eis iesus. ✠ Ego sum. Stabat autem et iudas qui tradebat eū cum ipsis. Ut ergo di xit eis ego sum: abierunt retror sū et ceciderunt in terrā. Iterū er go interrogauit eos. ✠ Quē que ritis? Illi autem dixerunt Jesum nazarenū. Respondit iesus ✠ Di xi vobis: quia ego sū. Si ergo me queritis: sinite hos abire. Ut imple retur sermo quē dixit: qꝛ quos de disti michi/ non pdidi ex eis quēq̄. Symon ergo petrus habens gla dium eduxit eū: et percussit ponti ficis seruū: ⁊ abscidit auriculā eiꝰ dextram. Erat aūt nomen seruo malchus. Dixit ergo iesꝰ petro. ✠ Mitte gladium tuum in vaginā. Calicē quē dedit michi pater: non vis vt bibā illum? Cohors ergo et tribunus et ministri iudeorū con prehenderunt iesū: et ligauerunt eū: ⁊ adduxerunt eum ad annam primū. Erat enī socer cayphe: qui erat pōtifex anni illius. Erat autē cayphas qui consiliū dederat iude is: quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebat autē iesū symon petrus: et alius disci pulus. Discipulus aūt ille erat no tus pontifici: ⁊ introiuit cum iesu in atriū pontificis Petrus autem stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo discipulꝰ alius q̄ erat notus ponti fici: et dixi ostiarie: ⁊ introduxit pe trū. Dixit ergo petro ancilla ostia ria? Nūquid et tu ex discipulis es homīs istius? Dicit ille. Non sum Stabant aūt serui et ministri ad prunas: qꝛ frigus erat: et calefaci ebant se. Erat autē cum eis et pe trus stans: et calefaciēs se. Ponti fex ergo interrogauit iesū de disci pulis suis: et de doctrina eius. Re spōdit ei iesꝰ. ✠ Ego palā locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga: et in templo quo om-

nes iudei conueniunt: et in occulto locut⁹ sum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt: quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt: que dixeri ego. Hec autem cum dixisset: vnus assistēs ministrorum dedit alapam iesu: dicens. Sic respondes pontifici? Respondit ei iesus. ✠ Si male locutus sum: testimonium perhibe de malo. Si autem bene: quid me cedis? Et misit eum annas ligatum ad cayphām pontificē. Erat autem symon petrus stans: et calefaciēs se. Dixerunt ergo ei. Nūquid et tu ex discipl'is eius es? Negauit ille: et dixit. Non sum. Dixit ei vn⁹ ex suis pontificis: cognatus eius cuius abscidit petrus auriculam. Nonne ego te vidi in orto cum illo? Iterum ergo negauit petrus: et statim gallus cantauit. Adducunt ergo iesum a caypha in pretorium. Erat autē mane. Et ipsi non introierunt in pretoriū: vt non ɔtaminarentur: sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo pilatus ad eos foras: et dixit. Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt: et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum vos: ⁊ secundū legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis non licet interficere quemq̄. Ut sermo iesu impleretur quem dixit: significās qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in pretorium pilatus: et vocauit iesum et dixit ei: Tu es rex iudeorum? Respondit iesus. ✠ A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? Respondit pilatus Nunquid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te michi. Quid fecisti? Respondit iesus. Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri mei vtiq; decertarent: vt non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaq; ei pilatus. Ergo rex es tu? Respondit iesus. ✠ Tu dicis: quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum: et ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate: audit vocem meam. Dicit ei pilatus. Quid est veritas? Et cum hoc dixisset: iterum exiuit ad iudeos: et dixit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis: vt vnum dimittā vobis in pascha. Uultis ergo dimittam vobis regem iudeorum? Clamauerunt rursum omnes dicentes. Non hunc sed barabam. Erat autem barabas latro Tunc ergo apprehendit pilatus iesum: et flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis īposuerunt capiti eius: et veste purpurea circundederunt eū: et veniebant ad eum: et dicebant. Aue rex iudeor. Et dabāt ei alapas. Exijt iterum pilatus foras: et dicit eis. Ecce adduco vobis eū foras: vt cognoscatis q2 in eo nullā causam inuenio

Exiuit ergo iesus portans spine-
am coronam: et purpureum vesti
mētum. Et dicit eis. Ecce homo.
Cum ergo vidissent eum pontifi
ces: et ministri clamabant/dicen-
tes. Crucifige: crucifige eum. Di
cit eis pylatus. Accipite eum vos:
et crucifigite. Ego enim nō inue-
nio in eo causam. Responderunt
ei iudei. Nos legem habemus: et
secūdum legem debet mori/quia
filium dei se fecit Cum ergo audis
set pylatus hunc sermonem: ma-
gis timuit. Et ingressus est preto
rium iterum: et dicit ad iesū. Un-
de es tu? Jesus autem respōsum
non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus
Michi non loqueris? Nescis quia
potestatem habeo crucifigere te: ꝛ
potestatē habeo dimittere te? Re-
spondit iesus. ✠ Non haberes po
testatem aduersum me vllā: nisi
tibi datum esset desuper. Propte-
rea q̄ me tradidit tibi: maius pec-
catum habet. Et exinde querebat
pilatus dimittere eū. Judei autē
clamabant: dicentes. Si hunc di-
mittis: nō es amicus cesaris. Om
nis enim qui se regem facit: cōtra
dicit cesari. Pilatus autē cum au
disset hos sermōes: adduxit foras
iesum: et sedit pro tribunali in lo-
co qui dicitur lithostratos: hebrai-
ce autem gabatha. Erat autē pa-
rasceue pasche hora: quasi sexta.
Et dicit iudeis. Ecce rex vester. Jl
li autem clamabant. Tolle: tolle
crucifige eū. Dicit eis pilatus. Re
gem vestrum crucifigam? Respō
derūt pontifices. Non habemus
regem: nisi cesarē. Tunc ergo tra
didit eis illum: vt crucifigeretur.
Susceperūt autem iesum: et edu
xerunt. Et baiulans sibi crucem:
exiuit in eum qui dicitur caluarie
locum: hebraice autem golgotha/
vbi crucifixerunt eum. Et cum eo
alios duos hinc et hinc: mediū au
tem iesum. Scripsit autem ꝛ titu
lum pilatus: ꝛ posuit super crucē.
Erat autem scriptum iesus naza-
renus rex iudeoꝝ: Hunc ergo titu
lum multi legerūt iudeorum quia
prope ciuitatē erat locus: vbi cru-
cifixus est iesus. Et erat scriptum
hebraice: grece ꝛ latine. Dicebant
ergo pilato pontifices iudeorum.
Noli scribere rex iudeoꝝ: sed quia
ipse dixit: rex sum iudeorum. Re-
spondit pilatus. Quod scripsi scri
psi. Milites ergo cum crucifixissēt
eū acceperūt vestimēta ei⁹: et fece
rūt quattuor partes: vnicuiqꝫ mi
liti partem et tunicā. Erat autem
tunica inconsutilis: desuper con-
texta per totum. Dixerūt ergo ad
inuicē. Non scindamus eam: sed
sortiamur de illa cuius sit. Ut scri
ptura impleretur: dicens Partiti
sunt vestimēta mea sibi. (Hic ac
cedant duo ministri i supplicitis:
vnus ad dextrum et alius ad sini-
strū cornu altaris: et inde duo lin-
theamina amoueant que ad hoc
super altare fuerūt apposita.) et
in vestem meā miserunt sortem.
Et milites quidem hec fecerunt.
Stabāt autem iuxta crucem iesu
mater ei⁹: ꝛ soror matris eius ma
ria cleophe et maria magdalene.

Cum vidisset ergo iesus matrem et discipulum stantem quē dilige bat: dicit matri sue. ✠ Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo ✠ Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus i suam. Postea sciēs iesus quia iam omia consummata sūt: vt consummaret scriptura dicit. ✠ Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spōgiam plenam aceto ysopo circumponentes obtulerūt ori eius. Cum ergo accepisset iesus acetum: dixit. ✠ Consūmatum est. Et inclinato capite: tradidit spiritū. Sequatur Pater noster. Aue maria. In manus tuas. Iudei ergo quoniam parasceue erat: vt non remanerent in cruce corpora sabbato (erat eni magn⁹ dies ille sabbati) rogauerunt pilatum: vt frangerentur eorum crura et tollerentur. Venerunt ergo milites: et primi quidem fregerūt crura: et alterius qui crucifix⁹ est cum eo. Ad iesum autem cum venissent: vt viderunt eum iam mortuū: non fregerūt eius crura/ sed vnus militum lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sāguis et aqua. Et qui vidit testimoniū perhibuit: et verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt et vos credatis. Facta sunt enim hec: vt scriptura impleretur Os non cōminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbūt in quē transfixerunt. Euangeliū

Post hec autem rogauit pilatum ioseph ab arimathia eo ꝙ esset discipulus iesu occultus aūt propter metū iudeorū: vt tolleret corp⁹ iesu. Et pmisit pilatus Venit ergo et tulit corp⁹ iesu. Venit aūt et nichodem⁹ qui venerat ad iesū nocte primū: ferēs mixturam myrrhe et aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus iesu: et ligauerūt eum lintheis cū aromatibus: sicut mos est iudeis sepelire. Erat autē in loco vbi crucifixus est ortus: et in orto monumentum nouum: in quo nōdum quisꝙ positus erat. Ibi ergo propter parasceuem iudeorum: quia iuxta erat monumentum posuerunt iesum. Sequuntur orationes solennes: et ad vnāquāq3 illarum dicitur. Flectamus genua. nisi ad eā que orat pro iudeis. Or

Oremus dilectissimi nobis i primis pro ecclesia sācta dei: vt eam deus ⁊ dominus noster pacificare ⁊ custodire dignetur toto orbe terrarum subijciens ei principatus et potestates: detq3 nobis quietam et tranquillam vitam degentibus glorificare deum patrē omnipotentem Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui gloriam tuam omnibus in xp̄o gentibus reuelasti: custodi quesumus opera misericordie tue: vt ecclia tua toto orbe diffusa stabili fide in confessione tui nois perseueret. P eundem

Oremus ⁊ pro btissimo Or papa nostro. N. vt deus et dominus noster qui elegit eū in ordine

episcopatus: saluum atq3 incolu-
men custodire ecclesie sue sctē ad
regendum populum sanctum dei
Oremus flectamus genua. Leua
O Mnipotēs sem- Oratio te.
piterne deus: cuius iudicio
vniuersa fundantur/ respice pro-
picius ad preces nostras: et electū
nobis antistitem tua pietate con-
serua: vt christiana plebs que tali
gubernat' auctore sub tanto pon-
tifice credulitatis sue meritis au-
geatur. Per dominum. Oratio.
O Remus et pro omnibus epi
scopis/ presbiteris/ diaconi-
bus/ subdiaconib3/ acholitis/ exor-
cistis/ lectoribus/ hostiariis/ cōfes-
soribus/ virginib3/ viduis: et pro
omni populo sancto dei. Oremus.
Flectamus genua. Leuate. Orō.
O Mnipotens sempiterne de-
us: cuius spiritu totum cor-
pus ecclesie sanctificatur et regit':
exaudi nos pro vniuersis ordini-
bus supplicātes: vt gratie tue mu
nere ab omnibus tibi gradibus fi
deliter seruiatur. Per dominum.
In vnitate eiusdem spi. Oratio.
O Remus et pro christianissi-
mo rege nostro. N. vt deus
et dominus noster subditas illi fa
ciat omnes barabas nationes ad
nostram perpetuam pacem. Ore
mus. Flectamus genua. Leuate.
O Mnipotens sempi Oratio.
terne deus: in cuius manu
sunt omnium potestates: et omīa
iura regnorum: respice ad christi-
anorum benignus imperium: vt
gentes que ī sua feritate confidūt
potentie tue dextera comprimā
tur. Per dominū nostrū. Oratio.
O Remus & pro cathecuminis
nostris: vt deus et dominus
noster adaperiat aures precordio
rum ipsorum ianuaq3 misericor-
die sue: vt per lauachrum regene-
rationis accepta remissione om-
nium peccatorum: et ipsi digni in
ueniantur in christo iesu domino
nostro. Oremus. Flectamus ge-
nua. Leuate. Oratio.
O Mnipotens sempiterne de-
us: qui ecclesiam tuam noua sem
per prole fecundas: auge fidem et
intellectū cathecuminis nostris/
vt renati fonte baptismatis: ado-
ptionis tue filijs aggregentur.
Per dominum nostrum. Oratio.
O Remus dilectissimi nob' de
um patrē omnipotētem/ vt
cunctis mundū purget erroribus
morbos auferat: famem depellat/
aperiat carceres/ vīcula dissoluat/
peregrinantibus reditum/ infir-
mantibus sanitatem/ nauiganti
bus portū salutis indulgeat. Ore
mus. Flectamus genua. Leuate
O Mnipotens sem- Oratio.
piterne deus mestorum con
solatio: laborantiū fortitudo/ per
ueniant ad te preces de quacunq3
tribulatione clamantium: vt om
nes sibi in necessitatibus suis mi-
sericordiam tuam gaudeant af-
O Rem⁹ Oratio. fuisse. Per.
et pro hereticis & scismaticis:
vt deus et dñs nr̄ iesus xp̄s eruat
eos ab erroribus vniuersis: et ad
sāctam matrem ecclesiam catho-

licam atque apostolicam reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus/qui saluas omnes homines et neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate deposita: errantium corda resipiscant et ad veritatis tue redeant vnita- tem. Per.

Oremus Oratio. et pro perfidis iudeis/vt deus et dominus noster auferat velamen de cordibus eorum: vt et ipsi agnoscant dominum nostrum iesum christum. Oremus. Non dicitur hic flectamus genua. Oratio

Omnipotens sempiterne deus/qui etiam iudaicam perfidiam a tua misericordia non repellis: exaudi preces nostras quas pro illius populi obcecatione deferimus: vt agnita veritatis tue luce que christus est/a suis tenebris eruatur. Per eundem. Oratio.

Oremus et pro paganis: vt deus omipotens auferat iniquitatem de cordibus eorum: vt relictis idolis suis conuertantur ad deum viuum et verum: et vnicum filium eius iesum christum deum et dominum nostrum. Cum quo viuit et regnat cum spiritu sancto deus. Per omnia secula seculorum. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui non vis mortem peccatorum: sed vitam semper inquiris: suscipe propicius orationem nostram et libera eos ab ydolorum cultura: et aggrega ecclesie tue sancte ad laudem et gloriam nominis tui. Per dominum no.

Finitis orationibus exuat sacerdos casulam: et illam in sede sua iuxta altare reponat cum diacono et subdiacono: et interim alij duo presbiteri de superiori gradu nudatis pedibus: albis induti absque parutis tenentes crucem coopertam sup brachia solenniter inter eos retro magnum altare in dextra parte canant hos. ℣. Popule meus. Duo diaconi de secunda forma in capis suis nigris ad gradum chori ad altare conuersi dicant. Agyos. Chorus respondeat cum genu flectione osculando formulas tribus vicibus in vna responsione: vnaquaque vice resurgendo. Sanctus deus. Sacerdotes vero tenentes crucem retro altare: et diaconi ad gradum chori dicentes Agyos. semper sint stantes. Item sacerdo. loco non mutato dicant. ℣. Quia eduxi. Diaconi Agyos. chorus Sanctus deus. Item sacerdotes loco non mutato dicant ℣. Quid vltra. Diaconi. Agyos. chorus Sanctus deus. Deinde sacerdotes discooperientes crucem iuxta altare in dextera parte canant hanc antiph. Ecce lignum. Chorus genuflexione osculando formulas respondeat antiphonam. Crucem tuam. ps. Deus misereatur. Totus psalmus dicitur sine Gloria patri. a toto choro: et post vnumquemque ℣. repetatur antiphona. similiter a toto choro cum genu flexione. Et interim deponatur crux solenniter super tercium

gradum ab altari iuxta quã sedeant p̃dicti sacerdotes: vnus a dextris et ali⁹ a sinistris. Deinde procedant clerici ad crucem adorandam nudatis pedibus: incipiẽtes a maioribus. Finito psalmo cum añia cantetur sequens hymnus a duobus sacerdotibus interim sedentibus iuxta crucem modo supradicto. Hymnus. **Crux fidelis.** Chorus eundẽ repetat post vnũquemq; ℣. iterim sedendo. Item sacerdotes dicant. **Pange lingua.** ℣ **De parentis.** ℣. **Hoc opus.** ℣. **Quando venit.** ℣. **Lustra sex.** ℣. **Hic acetum** ℣. **Flecte ra.** ℣. **Sola digna.** ℣. **Gloria et ho.** His finitis deportetur crux per medium chori a predictis duobus sacerdotibz: vbi a populo adoretur ante aliquod altare: et interim canteẽ hec sequens añia i choro cum suo ℣. a toto cho. interim sedente. Cantor incipit antiphonã. **Dũ fabricator.** ℣. **O admirabile.** Apto Adorata cruce: et finita antipho. predicta cum suo. ℣ predicti sacerdotes ea reuerentia qua crucẽ antea asportauerunt per mediũ chori. vsq; ad sũmũ altare iterum reportent. Tunc conueniant omẽs clerici de choro ad altare: ꝛ reinduat sacerdos casulam quam prius exuerat et accedat ad gradũ altaris cum diacono et subdiacono: et dicat. **Confiteor.** et **Misereatur.** Absolutionẽ cum precibus et orationibus. **Aufer a nobis domine.** more solito: tamen hic non detur osculum pacis. Deinde sacrificio super altare more solito deposito et incensato cum vini et aque infusione in calicẽ scilicet post ablutionem manuũ dicat cũ humiliatione coram altari. **In spiritu humilitatis** more solito. Postea dicat statim humili voce sine nota. **Oremus. Preceptis saluta.** cum oratiõe dominicali. **Pater noster.** Chorus respondeat. **Sed libera.** Deinde dicat **Libera nos quesumus.** in qua oratione dũ dicit **per eundem dñm.** frangat corpus domini sicut solet fieri ceteris dieb; Deinde dicat modesta voce videlicet sine nota. **Per omnia secula seculoꝝ.** Chorus respõdeat **Amẽ** Postea dimittat in calicẽ sicut solet partẽ hostie. Non dicitur **Pax domini.** nec **Agnus dei.** Nec pax detur sed statim coĩcet se sacerdos dicendo. **Corpus et sanguis domini nostri iesu christi custodiat nos in vitã eternam. amen.** nulla precedente oratione. Deinde post lotionem manuum: dicant vesperas non cantando: sed bini et bini priuatim coram altari hoc modo ã. **Calicem.** p̃s. **Credidi propter.** et cetere ãe. cum suis psalmis sicut die cene: sed sine nota. ã. **Cenantibus.** p̃s. **Magnificat.** Deinde stãdo dicitur. **Pater noster** cum psalmo. **Miserẽ.** Quo finito: dicat sacerdos in audientia/ sed sine nota postcoĩo. sine **Dñs vobiscũ.** et sine **Oremus.** Hoc modo incipiẽs. **Respice quesum⁹ domine sup hãc familiam.** sine **Qui te.** Et sic missa et vespere simul finiãtur: nõ dr̃ **Dñs vobiscũ.** nec **Benedicamus**

domino. nec Ite missa est. Finitꝫ vesperis exuat sacerdos casulam: et assumens secum vnū de prelatis in suppellicijs amborū pedibꝫ nudatis reponāt crucem in sepulchrum pariter cum corpore domini co scilicet in pixide: incipiens ipse solus. ℟. Estimatus sū. genu flectendo cum suo socio: quo incepto statim surgant: similiter fiat i. ℟. Sepulto dño. Chorus prosequatur cum suo ℣. genu flectendo continue vsqꝫ i finem seruitij. Deinde incensato sepulchro et clauso hostio incipiat idem sacerdos. ℟. Sepulto. chorus cantet cū suo ℣. Ad istas tres aītas genu flectent duo predicti sacerdotes continue. Sacerdos incipiat ātiphonā. In pace. antipho. In pace fact⁹ est. antipho. Caro mea. His finitis et dictis orationibus ad placitū secrete ab omnibus cum genu flexione omibus aliis ad libitum recedētibus ordine non seruato reinduat sacerdos casulā: et eodem ordine quo accessit in principio seruitij cum diacono et subdiacono et ceteris ministris altarꝫ abscedat. Exinde ardebit ꝯtinue vnus cereus ad minus ante sepulchrū vsqꝫ ad processionem: que fit in resurrectione dñica in die pasche ita tamen ꝙ dum ps. Bñdictus canitur et cetera q̄ sequūt in sequēti nocte extinguatur silr̄ extingaꝛ̄ in vigilia pasche dū benedicit̄ nou⁹ ignis: vsqꝫ dū accendaꝛ̄ cere⁹ paschal'. trigīta sex pedes ꝯtinēs i longitudine.

Sabbato in vigilia pasche congregatis clericis in choro dictaqꝫ hora nona executor officij idutus vestibus sacerdotalibus cū capa serica: diaconus dalmatica: et subdiacon⁹ tunica induātur cū ceteris ministris altaris: albis indutis sine lumine in cereis et sine cruce: ⁊ sine igne i thuribulo. Quidam etiā de prima forma i suppelliceo cereū extinctū super hastam quandā deferens ⁊ processionem precedens post portitorē aque benedicte per mediū chori ad nouū ignem benedicendū processionaliter eat: cho. sequente habitu non mutato: et ad colūnā ex parte australi iuxta fontem: vbi sacerdos executor officij ignem benedicat qui accendatur ibidē. s. i medio inter duas colūnas. In eundo vero dicitur iste psalmus. Dñs illuminatio. sine nota et sine Gloria patri. Hoc modo fiat statio ad ignē sacerdos iuxta ignem stet ad orientem cōuersus et ad sinistram eius stet diaconus. subdiaconus vero ad sinistram diaconi ceroferari⁹ vnus stet sacerdoti oppositus. ad dextrū ceroferarij stet puer tenēs librum proximior sacerdoti. Alius autē ceroferarius stet retro sacerdotem. ad dextrum eiusdē ceroferarij stet portitor aque proximior sacerdoti et vltimo loco retro omnes a parte occidētali stet portitor haste cum cereo ex parte ignis videlicet/a parte australi stet thuribularius ad accipiendū ignem in thuri. post benedictionē. Omnibꝫ istis ministris ad sacerdo. conuer-

sis interim cho. circũstante. videlicet ex parte boreali vt patet consequẽter. sequat᷑ benedictio ignis solẽniter sacerdote ita dicente Dominus vobiscũ. et Oremus. Or.

Domine deus noster omnipotens lumen indeficiens: conditor omnium luminũ: exaudi nos famulos tuos et bene ✠ dic hunc ignem: qui tua sanctificatione atqz benedictione cõsecratur: tu illuians omnem hominem venientem in hunc mundũ: illumia cõscientias cordis nr̃i igne tue caritatis: vt tuo igne igniti: tuo luie illumiati: expulsis a cordibus nostris peccatorũ tenebris / ad vitã te illustrãte peruenire mereamur eternam. Per dominum. Et omnes orationes dicuntur cum Oremus. sub tono lectionis. Hic aspgatur aqua benedicta super ignẽ deinde dicitur. Domin⁹ vobiscũ.

Domine Orem⁹. Oratio. sancte pater oipotens eterne de⁹: bene ✠ dicere et sãcti ✠ ficare digneris istum ignẽ quẽ nos indigni per inuocationẽ vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi bene ✠ dicere presumim⁹: tu clemẽtissime pater eũ tua bene ✠ dictione sanctifica: et ad profectum humani generis prouenire concede. Per eundem. Oratio.

Celesti lumine quesumus domine semper et vbiqz nos preueni: vt misterium cui⁹ nos participes esse voluisti: et puro cernamus intuitu: et digno pcipiamus affectu Per dñm. Sequatur benedictio thimiamat᷑ siue incẽsi hoc modo.

Exorciso te immundissime spiritus et omne fantasma inimici: in nomine dei patris omnipotentis: et in nomine iesu christi filij eius: et in virtute spiritussãcti: vt exeas et recedas ab hac creatura thimiamatis siue incensi cũ omi fallacia atqz nequicia tua: vt sit hec creatura tua sancti ✠ ficata in noie domini nostri iesu christi: vt omnes gustantes / tam gentes: siue odorantes eam virtutem et auxiliũ percipiant spiritussancti: ita vt vbicũqz hoc incensũ vel thimiama fuerit: ibidẽ nullatenus appropiquare audeas: nec aduersa inferre presumas / sed quicũqz spiritus imunde es: cum omi versutia tua procul inde fugias atqz discedas: adiuratus per nomẽ et virtutem dei patris omnipotẽtis et filij eius domini nostri iesu christi: qui venturus est in spiritusancto iudicare viuos et mortuos: et te preuaricatorem et seculum per ignem. ℞. Amen. Oremus Or.


Sanctus. Sāctus dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua. Osanna in excel-sis. Benedictus qui venit in no-mine domini. Osanna in excelsis Deinde confestim manibus iun-ctis et oculis eleuatis incipiat. Te igitur clementissime pater. cor-pore inclinato donec dixerit. Ac petimus. In fine misse dicitur vnus istorum cantuū pro dispositione cantoris.

Benedicamus domino.

Ite missa est.

Benedicamus domino.

Ite missa est.

Benedicamus domino.

Ite missa est.

Benedicamus do mino.

Ite missa est.

Benedica mus domino.

Ite mis sa est.



Benedicamus domino.



Ite mis sa est.



Benedicamus do mino.



Ite mis sa est.




Benedica



mus do mino.




Ite



mis sa est



Benedi ca mus do



mino.



Ite mis sa est.




Benedicamus do mino.




Ite mis sa est.



Benedica mus domino.



Ite mis sa est.



Benedicamus do mino.



Ite missa est.

In festis trium lectionum dicitur vnus istorum cantuum. quandocunqz dicitur in fine misse. Ite missa est.



Ite missa est.



Ite missa est.

Ite mis sa est.

Ite mis sa est.

In vigilia pas. et pēthecostes dicit hic cātus.

Ite missa est.

Notandum est quod quandocunqz cātus istorū sequentiū dicit super Kyrieleyson. Idem etiam cantus sequatur super Ite missa est.

Ite Deus creator mis sa est.

Ite Rex genitor missa est.

Ite Kyrie Fons bonitatis missa est.

Ite Kyrie omipotēs missa est

Ite Kyrie rex splendens missa est.

Ite Lux et origo missa est.

Ite Cunctipotens missa est.

Ite conditor Kyrie missa est

Ite orbis factor missa est.

In omnibus ferijs per annum: et in vigilijs quattuor temporum: missa. Salus populi. et de sancta cruce: et in omnibus festis trium lectionum sine Te deum lauda mus. in quibus dicitur noctur. di catur cantus.

Benedicamus domino.

In oibus missis pro defunctis dr.

Requiescant in pace. Amen.

Oratio dicenda ante missam.

Deus quide͂ i͂dignis dignos de peccatoribus iustos: de immu͂dis mundos facis: munda cor et corpus meum ab omni contagione et sorde peccati: et fac me dignu͂ altaribus tuis ministru͂/et concede propicius: vt in hoc altari ad quod indignus accedo/hostias acceptabiles offera͂ pietati tue pro peccatis et offensionibus meis/et i͂numeris quotidianisqȝ excessibus/et pro omnibus hic circu͂sta͂tibus/vniuersisqȝ michi familiaritate et affinitate coniunctis: atqȝ me odio aliquo insectantibȝ et aduersantibus cunctisqȝ fidelibus christianis viuis et mortuis. et per eum sit tibi meum votum atqȝ sacrificium acceptabile qui se tibi deo patri obtulit in sacrificium: iesus christus filius tuus dominus noster. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus Per omnia secula seculoru͂.

Oro deuota de sacrame͂to altar᷑.

Omnipote͂s et misericors deus: ecce accedo ad sacrame͂tum corporis et sanguinis vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi: accedo in͂q͂ infirmus ad medicum vite/immundus ad fontem misericordie/cecus ad lumen claritatis eterne/egenus ad dominu͂ celi et terre/nudus ad regem glorie. Rogo ergo immense maiestatis tue abundantiam: quatenus mea͂ digneris sanare infirmitate͂ lauare feditatem/illuminare cecitate͂/ditare paupertatem/vestire nuditatem/vt panem angelorum regem regum/dominum dominantium/tanta͂ reuerentia et tremore/tanta suscipiam contritione et amore/tanta fide et puritate/tali proposito et humilitate sicut expedit anime mee. Da michi queso illius dominici corporis et sanguinis no͂ solu͂ suscipere sacramentum: sed etiam virtute͂ sacramenti. Dulcissime deus: da michi sic suscipere corpus vnigeniti tui domini nostri iesuchristi quod traxit de virgine maria: vt corpori suo mistico merear incorporari ac inter eius me͂bra co͂numerari. O pater amantissime: co͂cede michi dilectum filium tuu͂ que͂ quidem velatu͂ suscipere propono: reuelata ta͂dem facie contemplari. Qui tecu͂ et cu͂ spu͂ sancto viuit et regnat in secula seculoru͂. Amen.

Oratio dicenda post missam.

Omnipote͂s sempiterne deus iesu christe domine esto propicius peccatis meis: per assu͂ptionem corporis et sanguinis tui: tu enim loquens dixisti: qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet et ego in eo. ideo te supplex deprecor: vt in me cor mundum crees/et spiritu͂ rectum in visceribus meis innoues/et spiritu principali me co͂firmare digneris: atqȝ ab omnibus insidijs dyaboli ac vicijs emu͂des vt gaudiorum celestiu͂ merear esse particeps. Qui viuis et regnas deus per omnia secula seculorum Amen.


I.N.R.I.
SPQR





Te igitur clementissime pater per iesum christū filiū tuū dn̄m nostrum: supplices rogamus ac petimus Hic erigēs se sacerdos osculetur altare a dextris sacrificij dicēs Uti accepta habeas et benedicas. Hic faciat sacerdos tres cruces super calicē et panē dicendo. Hec ✠ dona. hec ✠ munera. hec ✠ sancta sacrificia illibata. Factisq̄ signaculis sup calicē eleuet manꝰ suas ita dicēs. Imprimis que tibi offerimus ꝑ ecclia tua sctā catholica: quā pacificare/custodire/adunare et regere digneris toto orbe terrarū. vna cū famulo tuo papa nostro N. et antistite nrō N. id est proprio ep̄o tm̄. et rege nr̄o N. et dicūtur noīati. Sequat. et oībz orthodoxis atq̄ catholice et apostolice fidei cultoribz. Hic oret cogitādo ꝑ viuis

Memento dn̄e famulorū famularūq̄ tuarū N. et N. et oīm circūastantiū quorū tibi fides cognita est et nota deuotio: pro quibz tibi offerimus/ vel qui tibi offerūt hoc sacrificiū laudis pro se suisq̄ oībus pro redemptione aīarū suarū. pro spe salutis et icolumitatis sue/ tibiq̄ reddūt vota sua eterno deo viuo et vero.

Communicātes et memoriā venerātes Imprimis gloriose semper virginis marie genitricis dei et domini nostri iesu christi Sed et beatorū apostolorū ac martyrū tuorū Petri Pauli Andree Jacobi Johannis Thome Jacobi Philippi bartholomei Mathei Symonis et Thadei Lini Cleti Clemētis Sixti Cornelij Cipriani Laurētij Grisogoni Johannis et Pauli Cosme et Damiani. Et oīm sanctorū tuorū quorū meritis precibusq̄ concedas: vt ī omībus protectionis tue muniamur auxilio Per eundē xp̄m dn̄m nr̄m. ā. Hic respiciat sacerdos hostiā cū magna veneratione dicēs

Hanc igitur oblationē seruitutis nr̄e: sed et cūcte familie tue Quesumus dn̄e vt placatꝰ accipias: diesq̄ nrōs ī tua pace disponas: atq̄ ab eterna dānatione nos eripi: et in electorū tuorū iubeas grege numerari. Per xp̄m dominū nr̄m. ā. Hic iterū respiciat hostiā dicēs

Quam oblationē tu deus oīs in oībus q̄s Hic tria signacula eius faciat super vtrūq̄ dicēs. Bene ✠ dictam ascri ✠ ptā. ra ✠ tam. rationabilē acceptabilēq̄ facere digneris: vt nobis Hic respiciat hostiā dicens. Cor ✠ pus respiciat calicē dicens et san ✠ guis fiat dilectissimi filij tui dn̄i nostri iesu xp̄i. Hic erigat sacerdos manꝰ et iūgat. et postea tergat digitos/ et eleuet hostiā di.

Qui pridie q̄ pateretur accepit panē in sctās ac venerabiles manus suas. et eleuatis oculis in celū Hic eleuet oculos suos ad te deū patrē suū omnipotentē Hic iclinet se. et postea eleuet paululū dicēs tibi gratias agēs. be ✠ nedixit fregit Hic tāgat hostiā di.

dedítqȝ discipulis suis dicens. Ac-
cipite et mãducate ex hoc omnes.
Hoc est enim corpus meũ. Et de
bent ista verba pferri cũ vno spũ
et sub vna prolatione: nulla pau-
satione interposita. Post hec ver-
ba inclinet se sacerdos ad hostiã. et
postea eleuet eã supra frontem vt
possit a populo videri: et reuerẽter
illud reponat ante calicẽ in modũ
crucis per eandẽ facte. et tũc discoo
periat calicẽ / et teneat iter manus
suas: nõ disiũgendo pollicẽ ab idi
ce: nisi dũ facit bñdictiões tm̃ ita

Simili modo postea dicens
q̃ cenatum est: accipiens et
hunc preclarũ calicẽ in sctãs ac ve
nerabiles man⁹ suas. itẽ tibi Hic
inclinet se dicẽs gratias agẽs bñ-
✠ dixit: deditqȝ discipulis suis di-
cẽs. Accipite et bibite ex eo omnes
Hic eleuet sacerd. parũp calicem
ita dicẽs. Hic est eni calix sangui-
nis mei noui et eterni testamenti
misteriũ fidei / qui pro vobis et pro
multis effundetur in remissionẽ
petõꝝ. Hic eleuet calicẽ vsqȝ ad pe
ct⁹ vel vltra caput dicẽs. Hec quo
tienscũqȝ feceritis in mei memo-
riã facietis. Hic reponat calicẽ et
eleuet brachia in modũ crucis iũ-
ctis digitis vsqȝ ad hec verba de tu

Unde et memores (is donis
dñe nos tui serui: sȝ et plebs
tua sancta eiusdem christi filij tui
dñi dei nostri tam beate passionis
necnõ et ab inferis resurrectionis
sed et in celos gliose ascẽsionis of
ferimus preclare maiestati tue de
tuis donis ac datis hostiã pu ✠ rã
hostiã san ✠ ctã. hostiã ima ✠ cu-
latam. panẽ san ✠ ctum vite eter
ne et calicem salutis perpetue.

Supra que propicio ac sere-
no vultu respicere digneris
et accepta habere sicuti accepta ha
bere dignat⁹ es munera pueri tui
iusti abel. et sacrificiũ patriarche
nr̃i abrahe. et qđ tibi obtulit sum-
mus sacerdos tuus melchisedech
sctm̃ sacrificiũ imaculatã hostiã.
Hic sacerd. corpore iclinato et cã-
cellatis manibȝ dicat. Supplices
te rogam⁹. vsqȝ ex hac altaris ptici
patione et tũc erigat se deosculãs
altare a dextris sacrificij. et faciat
signũ crucis sup hostiã et calicẽ / et i
facie sua cũ dicit oi bñdictõe cele.

Supplices te rogamus oĩps
deus iube hec pferri per ma
nus sancti angeli tui i sublime al-
tare tuũ / in cõspectu diuine maie
statis tue: vt quotquot Hic erigẽs
se osculetur altare a dextris sacri-
ficij dicẽs ex hac altaris participa
tione: sacrosctm̃ filij tui cor ✠ pus
et san ✠ guinẽ sũpserimus: omni
Hic signet se i facie dicẽs be ✠ ne-
dictione celesti et gr̃a repleamur
Per eundem christum dñm nr̃m
Amen. Hic oret pro mortuis.

Memẽto etiã dñe animarũ
famulorꝝ famularũqȝ tua
rũ. N. et N. Qui nos precesserunt
cũ signo fidei et dormiũt in sõno
pacis. Ipsis dñe et oĩbus in christo
quiescẽtibȝ locũ refrigerij lucis et
pacis vt indulgeas deprecamur.
Per eundẽ xp̃m dñm nr̃m. Amẽ.
Hic pcutiat pect⁹ suũ semel dicẽs

Orate p[ro] a[n]i[m]a[bus] Joh[ann]is [et] Joh[ann]is Joh[ann]is [et] alio[rum] Rog[er]i [et] ...

Nobis quoqz pctõribz famulis tuis de multitudine miserationũ tuarũ sperãtibz . partẽ aliquã et societatẽ donare digneris cũ tuis sctis apl'is et martyribz cũ Johãne Stephano Mathia Barnaba Ignacio Alexãdro Marcellino Petro Felicitate Perpetua. Agatha. Lucia. Agnete Cecilia. Anastasia . Et cũ oibus sctis tuis intra quor nos consortiũ nõ estimator meriti sz venie q̃s largitor admitte. Per xp̃m dñm nr̃m Nõ dr̃ Amẽ. Per quẽ hec oia dñe sẽp bona creas. Hic sacerd. ter signet calicẽ dicẽs sancti ✠ ficas. viuifi ✠ cas bene ✠ dicis: et prestas nobis. Hic sacerdos discoopiat calicẽ et faciat signaculũ crucis cũ hostia quiquies. prio vltra calicẽ ex vtraqz parte. scdo calici equale . tercio infra calicẽ. quarto sicut i primo. quito ãte calicẽ. Per ip ✠ sũ et cũ ip ✠ so et i ip ✠ so. est tibi deo patri oi ✠ potẽti i vnitate spũs ✠ sancti ois honor et glia. Hic coopiat sacerd. calicẽ. et teneat man⁹ suas s̃r altare vsqz dũ dr̃ Pater nr̃. ita di.

Per omnia sclã seculor.

Amẽ Orem⁹. Preceptis salutaribus moniti et diuina istitutione formati audem⁹ dicere.

Hic accipiat dyacon⁹ patenã eãqz a dextris sacerdotis extẽto brachio in altum vsqz Da propicius. discoopertã teneat. Hic eleuet manus sacerdos ita dicens.

Pater nr̃ qui es i celis. sanctificetur nomẽ tuũ. Adueniat regnũ tuũ . fiat volũtas tua sicut i celo et in terra. Panẽ nr̃m quotidianũ da nobis hodie : et dimitte nobis debita nr̃a/ sicut et nos dimittimus debitoribz nr̃is. Et ne nos inducas in tentationem

Chorus respōdeat Sed libera nos a malo. Sacerdos priuati Amen.

Libera nos q̃s dn̄e ab oībus malis preteritis presentibꝫ et futuris: et intercedēte beata et gl'iosa sēperqꝫ virgine dei genitrice maria et beatiꝫ apostolis tuis petro et paulo atqꝫ andrea cū oībus sanctis. Hic remittat diaconus patenā sacerdoti deosculans manū eius. et sacerdos deosculetur patenā. postea ponat ad sinistrū oculū deinde ad dextrum. postea faciat crucē cū patena vltra caput. et tūc reponat eā in locū suum dicens.

Da propicius pacē in diebus nostris: vt ope mīe tue adiuti/et a pctō simus semp liberi: et ab omni pturbatione securi. Hic discooperiat calicē et sumat corpꝰ cū inclinatione transponēs in cōcauitate calicis retinēdo inter pollices et indices/et frāgat in tres partes dū dr̄ Per eundē dn̄m nostrū iesum christū filiū tuū. Scd̄a fractio qui tecū viuit et regnat in vnitate sp̄us sancti deus. Hic teneat duas fracturas ī sinistra manu: et terciā fracturam i dextera manu in sūmitate caliciꝫ ita dicens aperta voce.

Per omnia secula seculorū. Amen.

Hic faciat tres cruces infra calicem cum tercia parte hostie dicendo.

Pax ✠ dn̄i sit sē ✠ per vo ✠ biscū

Chorus rn̄deat. Et cū spiritu tuo ad Agnus dicendū accedant diaconus et subdiaconus ad sacerdotem vterqꝫ a dextris/ diaconꝰ propior/subdiaconus remotior: et dicāt priuatim Agnus dei qui tollis peccata mūdi: miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mūdi: miserere nobis Agnus dei qui tollis pctā mundi: dona nobis pacem. In missis pro defunctis dicitur hoc modo. Agnus dei qui tollis peccata mūdi dona eis requiē. Cū hac additione i tcia repetitiōe sēpiternā. Hic cruce signādo deponat dictā terciā partē hostie in sacramentū sanguinis sic dicendo.

Hec sacro ✠ sancta cōmixtio corporis et sāguinis dn̄i nostri iesu xp̄i fiat michi omnibusqꝫ sumētibus salus mētis et corporꝫ et ad vitā eternā promerendā et capescendā preparatio salutaris. Per eundē xp̄m dn̄m nr̄m. Amē. Anteq̄ pax detur dicat sacerdos.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus: da michi hoc sacrosanctum corpus et sāguinem filij tui domini nostri iesu christi ita digne sumere: vt merear per hoc remissionem omniū peccatorum meorum accipere/et tuo sancto spiritu repleri/ et pacē tuā habere/quia tu es deus solus. et preter te non est alius/ cuius regnū et imperiū gloriosum sine fi

ne permanet in secula seculorum. Amē. Hic osculetur sacerdos corporalia in dextera parte et summitatē calicis: et postea dyaconū dicēs Pax tibi et eccl'ie dei. Respōsio Et cū spū tuo. Diaconus a dextris sacerdotis ab eo pacē recipiat: et subdiacono porrigat. Deinde ad gradū chori ipse dyacon⁹ pacē portet rectoribus chori: et ipsi pacē choro portēt vterqȝ sue parti incipiēs a maioribus In festis vero et ferijs qn̄ chorus nō regit̄: pax a diacono choro apportat̄ p duos extremos de scd̄a forma. cetera sicut prius. Post pacē datā dicat sacerd̄ orōes sequētes priuati anteq̄ se cōmunicet tenēdo hostiā duabus manibȝ

Deus pater fons et origo totius bonitatis q̄ duct⁹ mia vnigenitū tuū pro nobis ad infima mūdi descēdere/ et carnē sumere voluisti: quā ego indign⁹ hic in manibȝ meis teneo. Hic inclinet se sacerdos ad hostiā dicēs. Te adoro/ te glorifico/ te tota cordis itētione laudo et precor: vt nos famulos tuos non deseras: sed pctā nostra dimittas/ quatenus tibi soli viuo ac vero deo puro corde et casto corpore seruire valeamus. Per eundem xp̄m dn̄m nostrum. Amen.

Dn̄e iesu xp̄e fili dei viui qui ex volūtate patris coopante spū sct̄o per mortē tuā mundū viuificasti: libera me per hoc sacrosctm̄ corpus et hūc sanguinē tuū a cūctis iniquitatibȝ meis: et ab vniuersis malis/ et fac me tuis semp obedire mādatis: et a te nunq̄ in perpetuū separari pmittas saluator mūdi. Qui cū deo patre et eodem spū sct̄o viuis et regnas deus Per omia secula seculor. Amen.

Corporis et sanguis tui dn̄e iesu xp̄e sacramētū qd̄ licet indign⁹ accipio nō sit michi iudicio et cōdēnationi: sȝ tua psit pietate corporis mei et aie saluti. Amē. Ad corpus dicat cū humiliatione

Aue i eternū anteq̄ pcipiat sāctissima caro xp̄i: michi ante oīa et sup oīa sūma dulcedo

Corpus dn̄i nr̄i iesu xp̄i sit michi pctōri via et vita In noīe ✠ p̄ris et filij et spūs sancti. Amē. Hic sumat corpus cruce pri⁹ fctā cū ipso corpore ante os. Deīde ad sāguinē cū magna deuotione di.

Aue in eternū celestis pot⁹ michi ante omnia et super omnia summa dulcedo.

Corpus et sanguis dn̄i nr̄i iesu xp̄i psint michi pctōri ad remediū sempiternū in vitā eternam. Amē. In noīe ✠ patris et filij et spi. s. Amē. Hic sumat sanguinē. quo sūpto iclinet se sacerd̄ et dicat cū deuotione orōnem sequēn.

Gratias tibi ago dn̄e sct̄e pater oīs eterne deus qui me refecisti de sacratissimo corpore et sāguine filij tui dn̄i nr̄i iesu xp̄i: et precor. vt hoc sacramentū salut' nostre quod sūpsi indignus pctōr non veniat michi ad iudiciū neqȝ ad condēnationē pro merit' meis sed ad profectum corporis mei et aie saluti in vitam eternā. Amen Qua dicta eat sacerdos ad dextrū

cornu altaris cum calice inter manus digitis adhuc cōiunctis sicut prius ꝛ accedat subdiaconus et effūdat in calicē vinū et aquā: et resinceret sacerdos manꝰ suas: ne alique reliquie corporis vel sanguinis remaneāt in digitis vel in calice. Cum vero aliquis sacerdos debet bis celebrare in vno die tūc ad primā missam nō debet percipere ablutionē vllam: sed ponere in sacrario vel in vase mūdo vsqꝫ ad finem alterius misse: et tunc sumatur vtraqꝫ ablutio. Post primam ablutionē vel effusionē dr̄ hec oꝛ.

Quod ore sūpsimus dn̄e: pura mēte capiamꝰ: et de munere tēporali fiat nobꝭ remedium sēpiternū. Hic lauet digitos in cōcauitate calicꝭ cum vino infuso a subdiacono: quo hausto sequat̄ oꝛ.

Hec nos ꝯmunio dn̄e purget a crimīe: et celestis remedij faciat esse consortes. Post pceptionē ablutionū ponat sacerdos calicem sup patenam: vt si quid remaneat stillet: et postea inclinando se dicat. Adoremus crucis signaculum per quod salutis sūpsimus sacramentū. Deinde lauet manus Diaconus iterim corporalia complicet. Ablutis manibus et redeūte sacerdote ad dextrū cornu altaris: diaconꝰ calicē porrigat ori sacerdotis: si quid infusionis in eo remanserit resumendū. Postea vero dicat cū suis ministris ꝯmunionē. Deinde facto signo crucis ī facie vertat se sacerdos ad populum eleuatisqꝫ aliquantulū brachijs et iūctis manibus dicat. Dn̄s vobisc. et iterū reuertēs se ad altare dicat Oremus. Deinde dicat postcōiones iuxta numerū et ordinē ante dictarū orationū ante epistolam. Finita vltia postcōione factoqꝫ signo crucis in fronte: iterū vertat se sacerd. ad populū et dicat. Dn̄s vobiscū. Deinde diaconus. Benedicamus dn̄o. Alio vero tp̄e dicitur Jte missa est. Quotiēscūqꝫ eni dr̄ Jte missa est. sēper dicit̄ ad populū conuertendo. Et cū dici debeat. Benedicamꝰ dn̄o. vel requiescāt in pace. cōuertendo ad altare dicitur. His dictis sacerdos inclinato corpore: iunctisqꝫ manibus tacita voce coram altari in medio dicat

Placeat tibi hanc orōnem. sancta trinitas obsequium seruitutis mee: et presta. vt hoc sacrificiū quod oculis tue maiestatꝭ indignꝰ obtuli/tibi sit acceptabile michiqꝫ et oībus pro q̄bus illud obtuli: sit te miserante propiciabile. Qui vi. et re. deus. Per oīa secula seculoꝝ. Amē. Qua finita erigat se sacerd signās se ī facie sua dicēs Jn noīe pa. ꝛc. Et sic inclinatione facta eo ordine: quo prius accesserūt ad altare in principio misse: sic induti cū ceroferario et ceteris ministris redeāt. Et statim post Deo gratias incipiat̄ in choro hora nona quando post missā dicitur. Sacerdos vero ī redeūdo dicat euāg. Jn principio. Cum vero sacerdos exuerit casulā et alia indumēta sacerdotalia: dicat psalmos subscriptos cū ā. Trium pueroꝝ. ps. Be-

nedicite sacerdotes. vsqz ad finem cantici. ps. Laudate dñm in sctis eius. totus ps. Nūc dimittis seruū. cū Gloria patri. et Sicut erat Deinde dicit tota aña. Trium puerorum cantemus hymnū quē cantabāt in camino ignis benedicentes dominū. Kyrie eleyson. Xpe eleison. Kyrieleysō. Pater Et ne nos. Sed libera nos. Benedicamus patrē et filiū cum sācto spū. Laudemus et superexaltemus eum i secula. Benedictus es dñe in firmamento celi. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedicat et custodiat nos trinitas sācta. Amē Non intres in iudiciū cum seruo tuo dñe. Quia nō iustificabitur in conspectu tuo omis viuēs. Dñe deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciē tuā et salui erimus. Dñe exaudi orōnem meā. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Oremus. Orō.

Deus qui tribus pueris mitigasti flamas ignium: concede propicius. vt nos famulos tuos nō exurat flama viciorū. Orō.

Ure igne sancti spūs renes nostros et cor nostrum dñe: vt tibi casto corpore seruiamus / et mundo corde placeamus. Orō.

Actiones nostras qs domine aspirando preueni et adiuuando prosequere: vt cūcta nostra operatio a te sēper incipiat: et per te cepta finiatur. Et finiantur he tres orōnes sic. Per xpm dominū nostrū. Amen. Et sciendū est q in oi missa quando de feria dicitur fiat pstratio a toto choro stati post Sanctus. vsqz Pax dñi. per totū annū: nisi a pascha vsqz Deus oim Notandum est q a Dñe ne in ira vsqz ad cenā dñi: et a Deus oium. vsqz ad vigiliā natiuitatis dñi dicūtur iste preces sequētes ad missam tantū in ferijs et festis trium lectionū sine regimine chori: et in octa. et infra quando chorus non regit et dicūtur post Per oia secula seculorū et Pater noster inter. Per oia secula seculorum. et Pax domini. sacerdote sic dicēte Per oia secula sclorum. et choro respōdente. Amen. Statim incipiat chorus preces in prostratione hoc modo. ps.

Deus venerūt gentes in hereditatē tuam: polluerunt templū sanctum tuum: posuerūt hierusalē in pomorum custodiā. Posuerūt morticina seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorū tuorum bestijs terre. Effuderūt sanguinem eorum tanq aquam in circuitu hierusalē: et non erat q sepeliret. Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsānatio et illusio his qui in circuitu nrō sunt Usqzquo dñe irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus Effunde irā tuam in gentes que te non nouerūt: et i regna que nomen tuū non inuocauerūt. Quia comederūt iacob: et locum eius desolauerūt. Ne memineris iniquitū nostrarū antiquarū: cito anticipent nos mie tue quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris nr: et propter gloriam nominis tui domine libera

nos: et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuũ. Ne forte dicant in gentibus vbi est deus eorum: et innotescat in nationibus coram oculis nostris. Ultio sanguinis seruorũ tuorũ qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus cõpeditorũ. Secundum magnitudinẽ brachij tui: possi de filios mortificatorũ. Et redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorum / improperiũ ipsorũ qd̃ exprobrauerũt tibi domine. Nos autẽ populus tuus et oues pascue tue: confitebimur tibi ĩ seculũ. In generatione et generationẽ: annunciabimus laudẽ tuam. Gloria.

Deus misereatur nostri ⁊ benedicat nobis illuiet vultũ suũ super nos ⁊ misereatur nostri Ut cognoscamus in terra viam tuã: in omibus gentibus salutare tuũ. Confiteãtur tibi populi deus: confiteant̃ tibi populi omnes Letentur et exultent gentes quoniam iudicas populos ĩ equitate: et gentes in terra dirigis. Confiteãtur tibi populi deus: confiteãtur tibi populi oẽs: terra dedit fructum suũ. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos de⁹: et metuãt eũ omnes fines terre. Glia.

Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuũ exultabit vehemẽter. Desyderium cordis eius tribuisti ei: et voluntate labiorũ eius non fraudasti eũ. Qm̃ preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti ĩ capite eius coronam de lapide precioso. Uitam petijt a te tribuisti ei: longitudinem dierũ in seculũ et in seculũ seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam ⁊ magnũ decorem impones super eum. Quoniam dabis eũ in benedictionem in seculũ seculi: letificabis eũ ĩ gaudio cũ vultu tuo. Qm̃ rex spat in domino: et in misericordia altissimi non commouebitur Inueniatur manus tua omnibꝫ inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Pones eos vt clibanũ ignis in tẽpore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos: et deuorabit eos ignis. Fructum eorũ de terra perdes: et semen eorũ a filijs hominũ. Quoniam declinauerũt in te mala: cogitauerũt consilia: que non potuerũt stabilire. Qm̃ pones eos dorsũ: in reliquijs tuis p̃parabis vultum eorũ. Exaltare domine in virtute tua: cantabimus et psallem⁹ virtutes tuas. Gloria patri et. Aña.

Tua est potẽtia tuum regnum domine: tu es super omnes gentes: da pacem dñe in diebus nostris. Kyrieleyson. Xp̃e eleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et hec omĩa sine nota dicuntur: tam a clericis in choro q̃ a sacerdote cum suis ministris. Dein de dicat sacerdos cum nota. Et ne nos inducas in tẽtationem. Sed libera. Exurgat deus et dissipentur inimici eius. Et fugiant q̃ oderunt eum a facie eius. Non nobis domine non nobis. Sed nomini tuo da gloriã. Orem⁹ pro afflictis et captiuis. Libera deus israel: ex

omnibus tribulationibus eorum Mitte eis domine auxilium de sancto. Et de syon tuere eos. Esto nobis domine turris fortitudinis. A facie inimici. Domine saluum fac regē. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Domine exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus qui ad mirabili prouidentia cuncta disponis: te suppliciter exoramus. vt terram quam vnigenitus filius tuus proprio sanguine consecrauit: de manibus inimicorum crucis christi eripiēs restituas cultui christiano: vota fideliū ad eius liberationem instantium misericorditer dirigendo in viam pacis eterne. Oratio.

Rege quesumus domine famulū tuum pontificem nostrum: et intercedēte beata dei genitrice semperque virgine maria cum omnibus sanctis tuis: gratie tue dona i eo multiplica. vt ab omnibus liberetur offensis: et temporalibus non destituatur auxilijs. et sēpiternis gaudeat institutis. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus famulo tuo regi nostro salutem mentis et corporis: vt bonis operibus inherendo / tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per eundem christum dominum nostrum. Sequatur. Pax domini sit semper vo. et cetera.

Benedictio agni paschalis ouorum et herbarum i die pasche. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

Deus celi terreque dominator qui das escam omni carni et reples omne aīal benedictione ✠ benedic ✠ et sanctifica ✠ hāc creaturam agni paschalis et nobis dona tua sumētibus anime et corporis sanitatem concede. Per christum dominum nostrum. Amen.

Deus qui vniuerse carnis es conditor qui noe et filijs suis de mundis et immūdis animalibus precepta dedisti: quique sicut oua et olera herbarū humano generi: et quadrupedia munda edere permisisti: et qui agnum paschalem i egypto moysi et populo tuo in vigilia pasche comedere precepisti: in figura agni domini nostri iesu christi: cuius sāguine omnia primogenita tibi de mūdo redemisti et nocte illa omne primogenitum in egypto percutere precepisti: seruans populum agni sāguine prenotatum: dignare domine deus omnipotens benedicere ✠ et sanctificare ✠ hunc agnum paschalem: vt quicūque ex populo tuo fideliter de illo comederit: omni benedictione celesti et gratia tua saturati repleantur in bonitate. Per quem hec omnia domine condita sunt: et ab initio creata saluator mundi. Qui viuis et regnas deus Per omnia secula seculorū. Amen. Deinde aspergātur omnia aqua benedicta et thurificentur a sacerdote.



¶ In die sacto pasche que est resurrectiōis dn̄ice Ad missā Officiū secundū vsū ecclesie Saꝝ incipit feliciter.

Resurrexi et adhuc tecum sum alleluya: posuisti super me manum tuam alleluya: mirabilis facta est scientia tua alleluya alleluya. ℣ Dn̄e probasti me ꝫ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam et resurrectionem meam. ℣ Gloria patri et filio et spiritui sancto. ℣ Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorū amē. Or.

Deus qui hodierna die per vnigenituȝ tuum eternitatis nobis aditū deui-



cta morte reserasti: vota nostra q̄ preueniendo aspiras: etiam adiuuando prosequere. Per eũdem dñm nostrũ iesũ xp̄m filiũ tuum.

Ad corinthios prime. v. capitulo.

Fratres Expurgate vet⁹ fermentum: vt sitis noua cõspersio sicut estis azimi. Etenĩ pascha nostrũ imolatus est christus. Itaqȝ epulemur. Non in fermēto veteri: neqȝ in fermento malicie et nequicie: sed in azimis sinceritatis: et veritatis. Grad. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Allelupa. ℣ pascha nostrꝝ imolatus est christus. Istud allelupa dicetur in loco grad. in octa. penthe. et omnibȝ dominicis ab hinc vsqȝ ad ascensionē domini ad missam de resurrectione. Sequētia.

Fulgens p̄clara rutilat per orbē hodie dies in qua christi lucida narrātur ouātur prelia. De hoste superbo quem iesus triumphauit pulchre castra illius perimens teterrima. Infelix culpa cue qua caruimus omnes vita. Felix ꝓles marie: qua epulamur modo vna. Benedicta sit celsa regina illa. Generans regem spoliantem tartara. Pollētem iam in ethera Rex in eternum suscipe benignus preconia nostra sedule tibi canentia. Patris sedens ad dexteram. Victor vbiqȝ morte superata atqȝ triumphata polorũ possidēs gaudia O alma o celsa o pulchra clemētia xp̄i lucisflua o alma Laus tibi honorqȝ ac virtus q̄ nostram antiquā leuiasti sarcinam. Roseo cruore agni benignissimi empta: florida micat hec aula Potenti virtute nostra qui lauit facinora tribuens dona fulgida. Stupens valde in memet iam miror hodierna. Tanta indignis pandere nobis sacramenta. Stirpe dauitica ort⁹ de tribu iuda leo potēs surrexisti ĩ gloria: agnus visus es in terra. Fundans olim arua regna petis supera iustis reddens p̄mia in secula dignanter ouantia Dic impie zabule: quid valet nũc fraus tua? Igneis nexus loris a christi victoria Tribus lingue ad miramini: quis audiuit talia miracula? Ut mors mortem sic superaret rei perciperēt talem gratiam. Judea ĩcredula cur manes adhuc inuerecũda? Perspice christicolas qualiter leti canunt inclita. Redēptori carmina. Ergo pie rex christe nobis dans premia. Solue nexorum vincula. Electorum agmina Fac tecum resurgere ad beatam gloriam. Digna rependens merita. Paraclyti sancti consolationē piam. Expectamus secundum promissionē tuā Peracta ascēsionis sacra solēnia. Qua es regress⁹ ad celos nube tectus clara. Pollens laude eterna.

Secundum marcum. xvi. cap̄lo.

In illo tempore: Maria magdalene ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerunt aromata: vt venientes vngerent iesum. Et valde mane vna sabbatorꝝ: veniunt ad

monumētū/orto iam sole. Et dicebāt adiuicē. Quis reuoluet nobis lapidē ab hostio monumenti: Et respiciētes: viderunt reuolutū lapidē. Erat quippe: magnus valde. Et introeūtes in monumētū: viderunt iuuenem sedentē in dextris/coopertum stola candida/ & obstupuerūt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Jesū queritis nazarenum: crucifixū. Surrexit: nō est hic. Ecce loc⁹: vbi posuerūt eū Sed ite dicite discipulis eius & petro: quia precedet vos in galileā. Jbi eū videbitis: sicut dixit vobis Credo. Offer. Terra tremuit & quieuit dum resurgeret in iudicio deus allelupa

Suscipe quesum⁹ Secreta dñe preces populi tui cum oblationibus hostiarū: vt paschalibus iniciate mysterijs: ad eternitatis nobis medelā te operante pficiant. Per dominū nostrū iesuz christū filiū t.q̄ te. viuit & reg. de⁹. Prefatio. Et te quidem. Jnfra canonē. Cōmunicātes. & Hāc igit. Cōio. Pascha nostrū imolatus est christus allelupa. itaq̄ epulemur in azimis sinceritatis et veritat; allelupa allā allā

Spiritū nobis Postcōio. dñe tue caritatis infunde. vt quos sacramentis paschalibz satiasti: tua facias pietate concordes. Per dñm. in vnitate eiusdem spūssancti deus. ¶ Feria.ij. Offm

Jntroduxit vos dñs in terram fluentē lac & mel allā & vt lex dñi sēper sit in ore vestro all'a all'a. ps Confitemini dño quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Kyrie eleyson. Gloria in excelsis deo. Or

Deus qui solēnitate paschali mundo remedia cōtulisti: ppl̄m tuū q̄s celesti dono psequere: vt et perfectā libertatē ꝯsequi mereatur: & ad vitā pficiat sēpiternā Per dominū. Lcō actuū apl'orum. x

Jn diebus illis Stans petr⁹ in medio plebis: dixit. Viri fratres: vos scitis quod factū est verbum per vniuersam iudeam. Jncipiens enim a galilea/post baptismum quod predicauit iohannes iesum a nazareth: quomodo vnxit eum deus spiritu sancto et virtute. Qui pertransiuit benefaciendo: et sanando omnes oppressos a diabolo. quoniam deus erat cum illo Et nos testes sumus omnium que fecit in regione iudeorum et hierusalem: quem occiderunt suspendentes in ligno. Hūc deus suscitauit tercia die: et dedit eum manifestum fieri. non omni populo sed testibus preordinatis a deo. nobis qui mādicauim⁹ et bibim⁹ cum illo. postq̄ resurrexit a mortuis. Et precepit nobis predicare populo et testificari: q̄a ipse est qui cōstitutus est a deo iudex viuorum et mortuorum. Huic omnes prophete testimonium perhibent: remissionem peccatorum accipere per nomē eius. omnes qui credunt in eum. Grad. Hec dies quam fecit. ℣. Dicat nunc israel quoniam bonus. quoniā in seculū misericordia eius. Allelupa. ℣. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu dū

loqueretur nobis in via. Sequētia

Zyma vetus expurgetur: vt sincere celebretur noua resurrectio. Hec est dies nostre spei: hui⁹ mira vis diei legis testionio. Hec egyptū spoliauit: et hebreos liberauit de fornace ferrea. His i arto cōstitutis op⁹ erat seruitutis lutū/later/palea. Iā diuine laus virtutis: iā triūphi iā salutis vox erūpat libera. Hec est dies quā fecit dn̄s: dies nostri doloris terminus: dies salutifera. Lex est vmbra futurorū christ⁹ finis pmissorum qui cōsummat omia Christi sāguis igneā hebetauit rumpheā amota custodia. Puer nostri forma risus p quo veruex est occisus vite signat gaudiū Joseph exit de cisterna iesus redit ad supna post mortis suppliciū. Hic drachones pharaois: dracho vorat a drachonis imunis malicia Quos ignit⁹ vulnerat: hos ſpētis liberat enei presētia. Anguē forat in maxilla: xp̄s hamus ⁊ armilla: in cauerna reguli. Manū mittit ablactatus: et sic fugit exturbatus: vetus hospes seculi. Irrisores helizei dū cōscendit domū dei zelū calui sētiūt Dauid arrepticius hircus emissarius ⁊ passer effugiūt In maxilla mille sternit ⁊ de tribu sua spernit: sansō matrimoniū. Sansō gaze seras pādit ⁊ asportās portas scādit: montis supciliū. Sic de iuda leo fortis: fractis portis dire mortis: die surgit tercia. Rugiēte voce patris: ad supne sinū matris: tot reuexit spolia. Cetus ionā fugitiuū: veri ione signatiuū: post tres dies reddit viuū de vētris angustia. Botrus cypri reflorescit: dilatat ⁊ excrescit: synagoge flos marcescit: ⁊ floret ecclesia. Mors et vita cōflixere: resurrexit xp̄s vere: ⁊ cū xp̄o surrexere: multi testes glorie. Mane nouū mane letū vespertinū tergat fletū: qr vita vicit letū tp̄s est leticie Jesu victor iesu vita iesu vite via trita: cui⁹ morte mors sopita ad paschalē nos iuita mēsam cū fiducia. Viue panis viuax vnda vera vitis ⁊ fecunda tu nos pasce: tu nos munda: vt a morte nos secūda tua saluet grā.

Secundū lucam. xxiiij. capitulo.

In illo tp̄e. Exeūtes duo ex discipulis iesu ibant ip̄a die in castellum / quod erat in spacio stadiorū sexaginta ab hierusalem nomine emaus. Et ipsi loquebantur adinuicem: de his omnibus q̄ acciderant Et factū est dum fabularentur et secum quererent: et ipse iesus appropinquās / ibat cum illis. Oculi autē eorū tenebantur: ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sūt hi sermones quos cōfertis adinuicem ambulantes / ⁊ estis tristes? Et respondens vnus cui nomen cleophas: dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierusalē: et non cognouisti que facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt. De iesu nazareno: qui fuit vir propheta / potens in opere et sermone corā deo et omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes

et principes nostri in damnatio-
nem mortis: et crucifixerūt eum
Nos autem sperabamus: quia ip
se esset redempturus israel. Et nūc
super hec oīa: tercia dies est hodie
q̄ hec facta sunt. Sed et mulieres
quedā ex nostris terruerunt nos:
que ante lucem fuerūt ad monu-
mentum. Et non inuento corpo-
re eius: venerunt dicentes se etiā
visionem angelorum vidisse. qui di-
cunt eum viuere. Et abierūt qui-
dam ex nostris ad monumētum:
et ita inuenerūt sicut mulieres di
xerunt. ipsum vero nō inuenerūt
Et ipse dixit ad eos. O stulti et tar
di corde ad credendum: in omni-
bus que locuti sunt prophete. Non
ne hec oportuit pati christū: et ita
intrare in gloriam suam. Et inci
piens a moyse et omnibus prophe-
tis: interpretabatur illis in omni
bus scripturis/ que de ipso erant.
Et appropinquauerunt castello
quo ibant: et ipse se finxit longius
ire. Et coegerunt illum: dicentes
Mane nobiscum quoniā aduespe
rascit: et inclinata est iam dies. Et
intrauit cum eis. Et factū est dū
recūberet cum illis: accepit panē.
et benedixit ac fregit et porrigebat
illis. Et aperti sunt oculi eorum:
et cognouerunt eum. Et ipse eua
nuit ex oculis eorum Et dixerūt ad
inuicem. Nōne cor nostrū ardēs
erat in nobis. dum loqueretur in
via: et aperiret nobis scripturas.
Et surgentes eadem hora regres-
si sunt in hierusalē: et inuenerunt
cōgregatos vndecim et eos qui cū
ipsis erant dicentes/ q̄ surrexit do
minus vere et apparuit symoni.
Et ipsi narrabant que gesta erant
in via: et quomodo cognouerunt
eum in fractione panis. Credo.
Offer. Angelus dn̄i descendit de celo et
et dixit mulieribus quem queritis surre
xit sicut dixit allelupa. Secreta.

Paschales hostias immolātes quesumus domine. vt quod frequentamus actu: comprehen-damus effectu. Per resurgentem a mortuis dominum nostrum ie-sum christū filiū tuū. Qui tecū.
Cōmunio. Surrexit dominus et appa-ruit petro allelupa. Postcōmunio

Impleatur ī nobis quesumus domine sacramenti pascha lis sācta libatio nosq̄ de terrenis affectibus ad celeste trāsferat in-stitutum. Per dominū nostrum.
Feria tercia. Officium.

Aqua sapiētie potabit eos all'a: firmabit in illis et nō flectet all'a: et exaltabit e-os ī eternū alleluya alleluya. ps.
Confitemini dn̄o quoniā bonus: quoni am in seculum misericordia eius. Or.

Deus qui ecclesiā tuam no-uo sēper fetu multiplicas: concede famulis tuis. vt sacramē tum viuendo teneant: quod fide perceperūt. Per d. Lcō act. apo. xiij

In diebus illis Surgēs pau lus: et manu silentium indi cens. ait Uiri fratres filij generis abraham. et qui in vobis timent deum: vobis verbum salutis hu-ius missum est. Qui enim habita bant hierusalē et principes eius:

ignorãtes iesum et voces prophe
tarum que per omne sabbatũ le-
guntur. iudicantes impleuerunt
Et nullam causam mortis inue-
nientes in eo: petierũt a pilato vt
interficerent eum. Cumqȝ consũ
massent omnia que de eo scripta
erant: deponentes eum de ligno
posuerunt in monumento Deus
vero suscitauit eũ a mortuis: ter-
cia die. Qui visus est per dies mul
tos his qui simul ascenderãt cum
eo de galilea in hierusalẽ: qui vs-
qȝ nunc sunt testes eius ad plebẽ.
Et nos vobis annũciamus eam
que ad patres nostros repromis-
sio facta est: quoniam hanc deus
adimpleuit filijs vestris. Resusci-
tans iesum christũ: dñm nostrũ.
Grad. Hec dies quã fecit. ℣. Dicãt nunc
qui redempti sunt a domino quos rede-
mit de manu inimici de regionibus con-
gregauit eos. Allelupa. ℣. Surgens ie
sus dominus noster stetit in medio disci
pulorum suorum et dixit pax vobis.

Prome casta Sequentia.
concio cantica organa sub
nectens hypodorica. Regi clau-
stra deo tartarea rumpenti decan
ta nunc symphonia Morte qui vi
cta resurgens gaudia mundo ge
stat colenda. Ac insolita moran-
tes perdita cochiti confinia. Aspe
ctant lumina intrãte illo vita be-
ata Terrore percussa tremiscit de
monum plebs valida. Dãt suspi-
ria. Fletuũ alta. Repa gula quis
sic audax fregerit mirantur tunc
fortia. Sic ad supera. Redit cum
turma Gloriosa ꝛ timida refouet
discipulorum corda. Precelsa hu
ius trophea admirantes flagite-
mus nunc voce decliua. Virgi-
num inter agmia mereamur pre
ciosa colere vt pascha. Galilea in
qȝ sacrata prefulgida cõtueri lu-
cis exordia. Scdm lucã. xxiiij°. ca.

In illo tempore: Stetit ies᷒
in medio discipulorũ suorꝫ:
et dixit eis. Pax vobis. Ego sum:
nolite timere. Conturbati vero ꝛ
cõterriti: existimabant se spiritũ
videre. Et dixit eis. Quid turbati
estis: et cogitationes ascendũt in
corda vestra? Videte manus me-
as et pedes meos: quia ego ipse sũ
Palpate et videte qꝛ spiritus car-
nem ꝛ ossa non habet: sicut me vi
detis habere. Et cum hoc dixis-
set: ostendit eis manus et pedes.
Adhuc autem illis non credenti-
bus et mirantibus pre gaudio: di
xit. Habetis hic aliquid quod mã-
ducetur? At illi obtulerunt ei par
tem piscis assi: et fauum mellis.
Et cum manducasset coram eis:
sumens reliquias dedit eis. Et di
xit ad eos. Hec sunt verba que lo-
cutus sum ad vos: cum adhuc es-
sem vobiscum. Quoniam neces-
se est ipleri omnia: que scripta sũt
in lege moysi et prophetis et psal
mis de me. Tunc aperuit illis sẽ-
sum: vt intelligerent scripturas.
Et dixit eis. Quoniam sic scriptũ
est: et sic oportebat christum pati
ꝛ resurgere a amortuis die tercia
Et predicare in nomine eius pe-
nitentiam: et remissionem pecca
torum in omnes gentes. Credo.

Offertorium. Intonuit de celo dominus et altissimus dedit vocem suã et apparuerunt fontes aquarum alleluya.

Suscipe domine Secreta. preces ecclesie tue: redemptionis sue gratia exultantis: vt presentium munerum fide: et tue resurrectionis credulitate pascatur. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate spiritus sancti deus Per omnia secula seculorum.

Communio. Si consurrexistis cum christo que sursum sũt querite alleluya: vbi christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite alleluya. Postcõio

Sanctificẽt nos domine que sumus sumpta mysteria: et paschalis obseruantie sufficientẽ nobis tribuãt facultatem. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus Per omnia secula seculorũ.

Feria quarta. Officium.

Venite bñdicti patris mei: percipite regnũ alleluya: quod vobis paratum est ab origĩe mundi alleluya alleluya alleluya ps. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Oratio.

Deus qui nos resurrectionis dominice annua solennitate leticicas: concede propicius. vt per tẽporalia festa que agimus perueniere ad gaudia eterna mereamur. Per dominum nostrum iesũ christum filium tuum Qui tecum viuit et regnat ĩ vnitate spiritus sãcti deus Per omnia secula seculorum. Lcõ actuũ aposto. iij. capitu.

In diebus illis: Aperiens petrus os suũ: dixit. Uiri israelite: et qui timetis deũ audite. Deus abraham/ et deus ysaac/ et de⁹ iacob/ deus patrũ nostrorum glorificauit filium suum iesũ: quem vos quidem tradidistis et negast; ante faciem pylati iudicante illo dimitti. Uos autem sãctum et iustum negastis: et petistis virũ homicidam donari vob;. Auctorem vero vite interfecistis: quem deus suscitauit a mortuis cuius nos testes sumus. Et nũc fratres scio q2 per ignorantiam fecistis: sicut et principes vestri. Deus autem qui prenunciauit per os omnium prophetarũ pati christum suum: impleuit sic. Penitemini igitur et cõuertimini: vt deleãtur peccata vestra. Graduale. Hec dies. ℣. Dextera domini fecit virtutẽ: dextera domini exaltauit me. Alleluya. ℣. Surrexit dominus et occurrens mulieribus: ait: aue te tunc accesserũt et tenuerũt pedes eius.

Concinat orbis Sequẽtia. cũctus alleluya. Uot; voce solennia. Celebrando paschalia. Insontum tenera cõgaudeat turma sacro fonte niuea. Spernens phlegetontis vndas. Nos quoq3 laxas aptem⁹ fibras arte musica. Uoce sonora modificãtes prosis neumata. Uoce sat; tinnula Christus nãq3 mitis hostia. Factus nostra ob remedia. Crucis ptulit probra. Et iugis vita manens subiit letalia. Fellis amara passus prelibare pocula. Uulnera satis tolerauit dira: transfixus clauis et lan

cea. Sic patiendo mala gerẽs nostra descendit ad ima tartara. Hostis antiqui quo defringens arma reuehit potens ampla ouando trophea. Sicqȝ deuicta morte ac resumpta carne resurgit victor die tercia. Unde iam iocundas ipsi canamus odas. Per quem nobis vita plausit eterna: et celi clara nobꝫ patescit aula. Cui sit laus preclara.

Secundum iohannem. xxi. capitulo.

In illo tempore: Manifestauit se iesus iterum discipulis suis ad mare tyberiadis: manifestauit autem sic. Erant simul symon petrus et thomas qui dicitur didimus: et nathanael qui erat a chana galilee et filij zebedei: et alij ex discipulis eius duo. Dicit eis symon petrus. Uado piscari. Dicunt ei. Uenimus et nos tecũ. Et exierunt et ascenderunt in nauim: et illa nocte nichil prendiderunt. Mane autem facto stetit iesus in littore: nõ tamen cognouerunt discipuli / quia iesus est. Dixit ergo eis iesus. Pueri: nũ quid pulmentarium habetis? Responderunt ei. Non. Dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rete: et inuenietis. Miserunt ergo rete et iam nõ valebant illud trahere pre multitudie piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat ies⁹ petro. Dominus est. Symon petrus cũ audisset / quia dominus est: tunica succinxit se / erat enim nud⁹ et misit se i mare. Alij autẽ discipuli nauigio venerunt. Non enim longe erant a terra: sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram: viderunt prunas positas / et piscem superpositum et panem. Dicit eis Afferte de piscibus: quos prendidistis nũc. Ascendit symon petr⁹: et traxit rete i terram plenum magnis piscibus centum quinquagita tribus. Et cum tãti essent: non est scissum rete. Dicit eis iesus Uenite prandete. Et nemo discumbẽtium audebat interrogare eum tu quis es: sciẽtes quia dominus est. Et venit iesus ⁊ accepit panem et dedit eis: et piscem similiter. Hoc iam tercio manifestatus est iesus discipulis suis: cum resurrexisset a mortuis. Credo. Offertorium.

Portas celi aperuit dominus: et pluit illis manna vt ederent: panem celi dedit illis / panem angelorum manducauit homo alleluya.

Secreta.

Sacrificia dñe paschalibus gaudijs immolata nobis tue propiciationis munus obtineant: quibus ecclesia tua mirabiliter pascitur ⁊ nutritur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuũ. Qui.

Cõmunio. Christus resurgẽs ex mortuis: iam non moritur alleluya: mors illi vltra non dominabitur alleluya allã.

Postcommunio

Ab omni nos quesumus domine vetustate purgatos: sacramenti tui veneranda pceptio: in nouã transferat creaturam. Per dominum nostrum iesum christum filium.

Feria quinta. Officium.

Uictricem manum tuã domine laudauerũt pariter

alleluya: quia sapiẽtia aperuit os mutum et linguas infantium fecit disertas alleluya alleluya. Ps. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Oratio.

Deus qui diuersitatem gentium in cõfessione tui nominis adunasti: da vt renatis fõte baptismatis: vna sit fides mentium: et pietas actionum. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuũ Qui tecũ viuit.

Lectio actuũ apostolorum. viij. capi.

In diebus illis: Angelus domini locut⁹ est ad philippum: dicens. Surge et vade cõtra meridianum ad viam que descendit ab hierusalem in gazã: hec est deserta. Et surgens abijt. Et ecce vir ethiops eunuchus potens candacis regine ethiopũ/qui erat super omnes gazas eius/venerat adorare in hierusalem: et reuertebatur sedens super currum suum: legẽsq; esaiam prophetam. Dixit autem spiritus philippo. Accede: et adiunge te ad currũ istum. Accurrens aũt philippus audiuit eũ legentem esaiam prophetam: et dixit. Putas ne intelligis q̃ legis? Qui ait. Et quomodo possum intelligere nisi aliquis ostenderit michi? Rogauitq; philippũ: vt ascenderet et sederet secum. Locus aũt scripture hic erat quem legebat. Tanq̃ ouis ad occisionem duct⁹ est: et quasi agnus coram tondente se sine voce: sic nõ aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est: generationem eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Respondẽs autem eunuchus philippo: dixit. Obsecro te: de quo propheta dixit hoc/de se an de alio aliquo? Aperiens autem philippus os suum: et incipiens a scriptura ista euangelizauit illi iesum. Et dum irẽt per viam venerunt ad quandã aquã. Et ait eunuch⁹. Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari? Dixit autem philipp⁹. Si credis ex toto corde: licet. Et respondens ait. Credo dei filium esse iesum christum. Et iussit stare currum. Et descenderunt vterq; in aquam philippus et eunuchus: et baptizauit eum. Cum autem ascendissẽt de aqua: spiritus domini rapuit philippũ: et amplius eunuchus nõ vidit eũ. Ibat autem per viam suam gaudens: philippus autem inuentus est in azoto. Et pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis: donec veniret cesaream: nomen domini nostri iesu christi. Graduale. Hec dies. ℣. Lapidem quem reprobauerunt edificãtes hic factus est in caput anguli: a domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Non repetatur graduale hac die post suũ versũ nec in sequẽti die. Allã. ℣. In die resurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galileam. Sequẽ.

Dic nobis quibus e terris noua. Cuncto mundo nunciãs gaudia. Nostram rursum visitas patriam? Respondens placido vultu clara voce dixit alleluya. Angelus michi de christo indicauit pia mi-

racula. Resurrexisse dn̄m syderū cecinit voce laudanda. Mox ergo pennas volucris vacuas dirigēs leta per auras. Rediit famulis et dixit vacuatā legem veterē et nouam regnare gratiā. Itaq3 plaudite famuli voce clara xp̄us hodie redemit nos a morte dira. Pater filii tradidit seruis vt interimerēt pro salute nostra Sponte subiit filius mortē vt nos redimat morte ab eterna Nūc requiē capere licet oībus et vita frui perpetua. Nūc colite pariter mecū famuli celebri laude sanctū pascha. Christus est pax nostra. Secūdum iohēm. xx.

In illo tempore: Maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit se: et prospexit in monumentū. Et vidit duos angelos in albis sedentes vnū ad caput: et vnum ad pedes: vbi positum fuerat corpus iesu. Dicūt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis Quia tulerūt dominum meū: et nescio vbi posuerūt eum. Hec cum dixisset / cōuersa est retrorsum: et vidit iesum stantem et nesciebat quia iesus est. Et dicit ei iesus. Mulier quid ploras? Quē queris? Illa estimans quia ortolanus esset: dicit ei. Domine / si tu sustulisti eū: dicito michi vbi posuisti eum: et ego eum tollam. Dicit ei iesus. Maria. Conuersa illa dicit ei. Raboni: qd̄ dicit magister. Dicit ei ies9. Noli me tangere: nōdum enim ascendi ad patrem meum. Vade autē ad fratres meos: et dic eis. Ascendo ad patrem meum et patrē vestrum deum meum et deum vestrum. Venit ergo maria magdalene annuncians discipulis / quia vidi dominum: et hec dixit michi. Credo. Offertorium. In die solennitatis vestre dicit dominus inducam vos in terram fluentem lac et mel allelupa.

Secreta.

Suscipe quesum9 domine munera populorum tuorum propicius: vt confessione tui nominis et baptismate renouati sempiternam beatitudinem cōsequantur. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorū. Cōmunio. Populus acquisitionis annunciate virtutes eius allelupa: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum allelupa. Postcommunio.

Exaudi dn̄e preces nostras: vt redemptionis nostre sacrosancta commercia et vite nobis cōferant presentis auxilium: et gaudia sempiterna concilient. Per dominū nostrum iesum chri.

Feria sexta. Officium.

Eduxit eos dominus in spe allelupa: et inimicos eorum operuit mare allelupa allelupa allelupa. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Ps Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui paschale sacramentum in reconciliationis humane federe contulisti: da mentibus nostris: vt quod professione celebramus / imitemur effectu. Per dominum nostrum iesū

Lectio epistole beati petri apostoli. prime. tercio capitulo.

Carissimi: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est: iustus pro iniustis: vt nos offerret deo: mortificatos quidẽ carne: viuificatos autem spiritu. In quo et his qui in carne erant spiritualiter veniẽs predicauit: qui increduli fuerant aliquando: quando expectabant dei patiẽtiam: in diebus noe cum fabricaretur archa: in qua pauci id est octo anime salue facte sunt per aquam. Quod et vos nunc similis forme saluos facit baptisma: nõ carnis depositio sordium: sed cõscientie bone interrogatio in deũ. Per resurrectionem iesu christi: qui est ĩ dextera dei. Graduale. Hec dies quã fecit dñs. ℣. Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. Non repetatur graduale. Allelupa. ℣. Dicite in gentibus: quia dominus regnauit a ligno. Sequentia

Victime paschali laudes: ĩmolant christiani. Agnus redemit oues: christ⁹ innocens patri recõciliauit peccatores. Mors et vita duello conflixere mirando dux vite mortuus regnat viuus. Dic nobis maria qd vidisti ĩ via. Sepulchrum christi viuentis / et gloriam vidi resurgentis. Angelicos testes sudarium et vestes. Surrexit christus spes nostra precedet vos in galilea. Credendum est magis soli marie veraci q̃ iudeorũ turbe fallaci. Scimus christum surrexisse a mortuis vere tu nobis victor rex miserere. Secundum matheum. xxviij. capitulo.

In illo tempore: Undecim discipuli abierunt in galileam in montem: vbi constituerat illis iesus. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt Et accedens iesus locutus est eis dicens. Data est michi omnis potestas in celo ⁊ in terra. Eũtes ergo docete omnes gentes baptizãtes eos: in nomine patris et filij et spiritussancti docentes eos seruare omnia quecunq; mandaui vobis Et ecce ego vobiscum sũ omnibus diebus: vsq; ad consũmationem seculi. Credo in vnũ. Offertorium. Erit vobis hic dies memorialis allelupa: et diem festũ celebrabitis solennem domino in progenies vestras legitimum sempiternũ diem allelupa allelupa allelupa. Secreta.

Hostias quesumus domine placatus assume: quas ⁊ p renatorum expiatione peccati deferimus: et pro acceleratione celestis auxilij. Per dominũ nostrũ Communio. Data est michi omnis potestas in celo et in terra allelupa euntes docete omnes gentes baptizãtes eos in nomine patris et filij et spiritussancti allelupa allelupa. Postcõmunio.

Deus qui adoptionis tue sobolem in peccatorum remissionem genuisti: da vt cuncti fideles tui veraciter apprehẽdãt: que presentibus susceperunt sacramentis. Per dominũ nostrũ iesum christum filium tuum.

¶ Sabbato. Officium.

Eduxit dñs populū suum in exultatione alleluya: et electos suos in leticia alleluya alleluya. ps. Cōfitemini dño et inuocate nomē eius annūciate inter gētes opera eius. Gloria patri. Or.

Concede quesumus omnipotens deus: ut qui festa paschalia venerando egim⁹: per hec contingere ad gaudia eterna mereamur. Per dñm. Lctō epystole beati petri apostoli. prime. ij. cap.

Charissimi. Deponētes igit omnē maliciam: et omnem dolum: et simulationes: et inuidias et oms detractiones sicut modo geniti infantes rationabiles: et sine dolo lac concupiscite: ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis: quoniam dulcis est dñs Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidē reprobatum: a deo autem electum et honorificatum: et ipsi tanq̄ lapides viui superedificamini domos spiritales: in sanctum sacerdotiū offerētes spiritales hostias: acceptabiles deo per iesū christū Propter quod continet scriptura. Ecce ponam in syon lapidē sūmū angularem probatū: electū preciosū: et omnis qui crediderit in eum non confundetur Uobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis quē reprobauerūt edificantes hic factus est in caput anguli: et lapis offensionis: et petra scandali: his qui offendūt verbo: nec credunt in quo et positi sunt. Uos autem genus electū: regale sacerdotiū gens sancta: populus acquisitionis: ut virtutes ānūcietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus dei: nunc autem populus dei. Et qui non consecuti misericordiā: nūc autem misericordiam consecuti. Duo pueri ī suppellicijs ī pulpito dicāt Alleluya. V. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. Non repetatur Alleluya. Nunq̄ enim repetatur primum Alleluya post suum versum quando duo Alleluya. habentur: sed secundum Alleluya. semper repetatur post suum versum. Similiter fiet quando vnum solum Alleluya habetur. Deinde alij duo pueri ad gradum chori in suppellicijs cantent hoc Alleluya. Vsus. Laudate pueri dominum: laudate nomen domini. et finiatur a choro. Statim sequatur alius versus ab eisdem pueris. Vsus Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et vsq̄ in seculum. Similiter finiatur a choro. Deinde repetatur Alleluya. sine neuma. Sequentia

Mane prima sabbati surgens dei filius nostra spes et gloria. Uicto rege sceleris redijt ab inferis cum summa victoria. Cuius resurrectio omni plena gaudio consolatur omnia. Resurgentis itaq̄ maria magdalene facta est prenuncia. Ferens christi fratribus eius morte tristibus expectata gaudia. O beati oculi quibꝫ regem seculi morte iam deposita prima est intuita

Hec est illa femina cuius cuncta crimina ad christi vestigia eius lauit gratia. Que dū plorat et mēs orat: facto clamat qd cor amat iesum super omnia. Non ignorat quē adorat quid precetur sed deletur qd mens timet conscia O maria mater pia stella mar appellaris operū per merita. Matri christi coequata dū fuisti sic vocata sz honore subdita Illa mundi iperatrix ista beata peccatrix leticie primordia fuderunt in ecclesia. Illa eni fuit porta per quā fuit lux exorta: hec resurgētis prenūcia mūdum replet leticia. O maria magdalena audi vota laude plena: apud christū chorū istum clemēter consilia Ut fons summe pietatis qui te lauit a peccatis seruos suos atqz tuos mundet data venia. Amen dicant omnia. Secū dum iohannem. xx°. capitulo.

In illo tpe: Una sabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentū: et vidit lapidē sublatū a monumento. Cucurrit ergo et venit ad symonē petrū et ad aliū discipulum quem amabat iesus: et dixit eis. Tulerunt dominū de monumento: et nescio vbi posuerunt eum. Exijt ergo petrus et ille alius discipulus: et venerūt ad monumentū. Currebant autem duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citius petro: et venit prior ad monumentū. Et cū se inclinasset: vidit lintheamina posita: non tñ itroiuit. Uenit ergo symon petrus sequēs eū: et itroiuit i monumentū. Et vidit lintheamina posita: et sudariū qd fuerat super caput eius: nō cū litheamibz positū sed separatim inuolutū in vnū locū. Tunc ergo introiuit et ille discipulus qui venerat prim9 ad monumentū: et vidit et credidit. Nondū eni sciebant scripturas: quia oportet eum a mortuis resurgere. Credo. Offertorium.

Benedictus qui venit in nomine domini: benedicimus vos de domo domini: deus dñs et illuxit nobis allā allā. Sec.

Concede qs dñe semper nos per hec mysteria paschalia gratulari: vt cōtinua nostre reparatōnis operatio: perpetue nobis fiat causa leticie. Per dñm. Cōio.

Omnes qui i christo baptizati estis christum induistis allelupa. Postcōio.

Redemptōnis nostre munere vegetati quesumus dñe: vt hoc perpetue salutis auxilio fides semper vera proficiat. Per dominum nostrum. ¶ Dominica in octaua pasche ad missam omnia fiāt sicut in die pasche preter graduale: et in loco eius dicetur. Allelupa. ℣. pascha nostrum. Secundum Allelupa. erit Angelus domini. Require in missa Quasi modo geniti infantes. cum vno versu tantum: et cum hac sequentia.

Laudes saluatori voce modulemur supplici. Et deuotis melodijs celesti domino iubilemus messie. Qui seipsum exinaniuit vt nos perditos liberaret hoies Carne glām deitat9 occulēs

Pānis tegitur in presepi miserās
precepti trāsgressorē pulsum pa-
tria paradysi nudulum. Joseph
marie symeoni subditur. Circun
ciditur et legali hostia mundatur
vt peccator: nostra qui solet rela-
xare crimina Serui subit manus
baptizādus: et perfert fraudes tē
tatoris fugit persequentum lapi-
des. Famem patitur dormit & tri
statur ac lauat discipulis pedes de
us homo summus humilis. Sed
tamen inter hec abiecta corporis
eius deitas nequaꝙ quiuit late-
re signis varijs et doctrinis ꝓdita
Aquā nuptijs dat saporis vinei.
Cecos oculos claro lumine vesti-
uit Lepram luridam tactu fugat
placido Putres suscitat mortuos:
mēbraqꝫ curat debilia. Fluxū sā-
guinis cōstrinxit: et saturauit q̄n
qꝫ de panibus quina milia. Sta-
gnum peragrat fluctuās ceu sic-
cum littus ventos sedat. Linguā
reserat cōstrictam reclusit aures
priuatas vocibus: febres depulit.
Post hec mira miracula taliaqꝫ.
Sponte sua comprehēditur et dā
natur Et se crucifigi non despexit
Sed sol eius mortem nō aspexit.
Illuxit dies quam fecit dominus
Hostē deuastans et victor suis ap
parens dilectoribus viu⁹. Primo
marie dehinc apostolis. Docens
scripturas: cor aperiens vt clausa
de ipso reseraret. Fauēt igitur re-
surgenti christo cuncta gaudijs.
Flores segetes rediuiuo fructu
vernant & volucres gelu tristi ter
so dulce iubilāt. Lucēt clarius sol
& luna morte xpi turbida. Tellus
herbida resurgenti xpo plaudit q̄
tremula eius morte se casurā mi-
nitat. Ergo die ista exultem⁹ qua
nobis viā vite resurgēs patefecit
iesus. Astra solū mare iocū dētur
et cūcti gratulētur in celis spirita
les chori trinitati. Infra canonē.
Communicātes. & Hanc igitur.
sicut in die pasche dicūtur. nulla
meōria fiat de dñica. Missa dñica
lis per ebdomadā dicitur. Offm.

Quasi modo geniti infātes
alla: rationabiles sine do
lo lac cōcupiscite alla alla
alla. Ps. Exultate deo adiutori nostro:
iubilate deo iacob. nō dicitur. Glia in
excelsis. in ferijs per totū annū qn̄
de feria agitur: nec Ite missa. Or.

Presta q̄s oṗs deus: vt q̄ pa-
schalia festa pegim⁹: hec te
largiēte moribus & vita teneam⁹
Per. In oībus ferijs pasche tp̄e et
in oībus festis triū lect. sine regi-
mine chori dicūtur tres collecte:
sicut in .j. dñica aduētus dñi ꝓno
tatū est. Lcō eple b. iohis apli .j. v°

Charissimi: Omne quod na
tum est ex deo: vincit mun-
dum. Et hec est victoria que vin-
cit mundū: fides nostra. Quis est
autem qui vincit mūdū: nisi qui
credit quoniā iesus est filius dei.
Hic est qui venit per aquam et sā
guinem: iesus christus Non in a-
qua solū: sed in aqua et sanguine
Et spirit⁹ est qui testificatur: quo
niam christ⁹ est veritas. Quoniā
tres sunt qui testimoniū dant in
celo: pater: verbū: & spūssanctus.

Et hi tres vnum sunt. Et tres sūt qui testimoniū dant in terra: spiritus: aqua: et sanguis. Et hi tres vnum sunt. Si testimonium hominū accipimus: testimoniū dei maius est. Quoniam hoc est testimonium dei quod maius est: quia testificat⁹ est de filio suo. Qui credit in filiū dei: habet testimoniū dei in se. Loco gradualis dicatur hoc. Allelupa. ℣. Post dies octo ianuis clausis stetit iesus in medio discipulorū suorum et dixit pax vobis. Allelupa. ℣. Angelus domini descendit de celo: et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eum. Alius. ℣. Respondens autem angelus dixit mulieribus quē queritis Ille autem dixerunt iesum nazarenū. Isti duo ℣. dicūtur per ebdomadā alternis vicibus: ita tamen ꝙ ℣. Respondens. primo dicitur qñ de feria agitur. Et si nulla feria per hanc ebdomadā ad hoc vacauerit: tunc vltimus. ℣. eo anno omnino pretermittatur. Et notandum est: ꝙ omni die per hoc idem tempus dicuntur duo Allelupa. ad missam de quocūꝗ fiet seruitiū exceptis vigilijs pasche ascensionis et penthecostes: et nisi in missis que in processione dicūtur. Scdm ioh. xx. c.

In illo tempore: Cum esset sero die illo vna sabbatorū: et fores essent clause: vbi erant discipuli congregati propter metū iudeorū: venit iesus et stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterū Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Et cum hoc dixisset: insufflauit: et dixit eis. Accipite spiritum sanctū. Quorum remiseritis peccata: remittuntur eis. Et quorum retinueritis retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur didimus: nō erat cum eis quādo venit iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Uidimus dominū. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum: et mittam digitum meum in locum clauorum: et mittā manum meam in latus eius: nō credam. Et post dies octo: iterum erant discipuli eius intus et thomas cum eis. Uenit iesus ianuis clausis: et stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit thome Infer digitum tuum huc: et vide manus meas et affer manum tuam: et mitte in latus meum: et noli esse incredulus: sed fidelis. Respondit thomas et dixit ei. Dominus meus et deus meus. Dixit ei iesus. Quia vidisti me thoma credisti beati qui non viderunt et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorū: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autē scripta sūt vt credatis: quia iesus est christus filius dei. Et vt credentes vitam habeatis: in nomine eius.

Offertorium. Angelus domini descendit de celo et dixit mulieribus: quem queritis surrexit sicut dixit allelupa.

Secreta.

Suscipe munera quesum⁹ domine exultãtis ecclesie: et cui causam tanti gaudij cõtulisti: perpetuum fructum concede leticie. Per dñm. Cõmunio. Mitte manũ tuam et cognosce loca clauorum alleluya: et noli esse incredulus: sed fidelis all'a al'.

Quesumus dñe Postcõio deus noster vt sacrosancta misteria que pro reparationis nostre munimine cõtulisti: et presẽs nobis remediũ esse facias et futurum. Per dñm nrm̃. ℂ Feria. iiij.

Ad corinthios. prime. xv. capitulo.

Fratres: Si christus predicatur q resurrexit a mortuis: quomodo quidã in vobis dicunt: qm̃ resurrectio mortuorum nõ est. Si autẽ resurrectio mortuorum non est: neqꝫ christus resurrexit. Si autem christus nõ resurrexit: inanis est predicatio nostra: inanis est et fides vestra Inuenimur autem et falsi testes dei: quoniã testimoniũ diximus aduersus deũ: q suscitauerit christũ: quem non suscitauit: si mortui nõ resurgũt. Nam si mortui non resurgũt: neqꝫ christ⁹ resurrexit. Quod si christus non resurrexit: vana est fides vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormierũt: in christo perierunt. Si in hac vita tantũ in christo sperãtes sum⁹: miserabiliores sum⁹ oĩbus hoĩbus. Nũc aũt christ⁹ resurrexit a mortuis primitie dormientiũ: quoniamquidẽ per hominẽ mors: et per hominẽ resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriuntur: ita et in christo omnes viuificabuntur. Unusquisqꝫ autem in suo ordie: per iesũ xp̃m dñm nrm̃.

Secundum marcum. xvj. cap'lo.

In illo tempore: Surgẽs iesus mane prima sabbati: apparuit primo marie magdalene: de qua eiecerat septem demonia. Illa vadens nunciauit his qui cũ illo erant lugentibus et flentibus At illi audientes: quia viueret: et visus esset ab ea: non crediderũt. Post hec autẽ duobꝫ ex his ambulãtibus: ostẽsus est in alia effigie: euntibus in villam. Et illi eũtes: nunciauerũt ceteris. ℂ Feria. vj.

Ad hebreos. xiij. capitulo.

Fratres. Obedite prepositis vestris: et subiacete eis. Ipsi eni preuigilant quasi rationẽ p animab⁹ vestris reddituri: vt cũ gaudio hoc faciãt et nõ gemẽtes. Hoc enim nõ expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus enim: quia bonam conscientiã habem⁹ in omnibus: bene volẽtes conuersari. Amplius autẽ deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnũ ouiũ in sanguine testamẽti eterni dominũ nostrũ iesum christũ: aptet vos in omni bono: vt faciatis voluntatẽ eius: faciens in vobis quod placeat coram se per iesum christũ. Cui est gloria in secula seculorum. Scd'm matheũ. xxviij

In illo tẽpore Exierunt mulieres de monumento cũ timore et gaudio magno: currẽtes

nunciare discipulis eius. Et ecce iesus occurrit illis: dicens. Auete. Ille autem accesserunt et tenuerunt pedes eius: et adorauerunt eum. Tunc ait illis iesus. Nolite timere. Ite nunciate fratribz meis: vt eant in galileam: ibi me videbunt. Que cũ abijssent: ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem: et nunciauerunt principibus sacerdotũ omnia que facta fuerant. Et cõgregati cum senioribus: consilio accepto: pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte venerunt: et furati sunt eũ nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a preside: nos suadebimus ei ⁊ securos vos faciemus At illi accepta pecunia: fecerũt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud iudeos vsqꝫ in hodiernum diem. Sciendum est ꝙ in omi festo cũ regimie chori ab octaua pasche vsqꝫ ad ascensionem domini secundũ Alleluya erit vnum de subscriptis: quibus dictis dicuntur illa de ebdomada pasche videlicet de tercia quarta et quinta feria per ordinẽ: quibus dictis reincipiantur subscripta et sunt nouem in numero. Alleluya. ℣. Mane nobiscum domie quia inclinata est iam dies ad vesperum. Alleluya. ℣. Oportebat pati christum et resurgere a mortuis: ⁊ ita intrare in gloriam suam. Alleluya. ℣ Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non domiabitur. Alleluya. ℣ Surrexit altissimus de sepulchro: qui pro nobis pependit in ligno. Alleluya. ℣ Surrexit christus ⁊ illuxit populo suo quem redemit ipse sanguine suo. Alleluya. ℣. Christus mortuus est propter delicta nostra et surrexit propter iustificationem nostrã. Alleluya. ℣. Surgens iesus dominus noster stetit in medio discipulorũ suorum: et dixit pax vobis. Alleluya. ℣ Surrexit dñs et occurrẽs mulieribz ait auete: tũc accesserunt et tenuerunt pedes eius. Alla. ℣ In die resurrectionis mee dicit dominꝰ precedam vos in galileam. Si in hac dñica vel in sequentibz fiat seruitiũ de aliquo festo cũ regimine chori tunc ad missã scdm Alla. non de dñica: sed vnũ de ix. predictis per ordinẽ. Dñica secunda post pascha: hac die ⁊ oibus dñicis diebz vsqꝫ ad ascensionẽ dñi si a fine cũ regimie chori vacauerit dicatur missa de resurrectione sicut in die pasche preter grad. et sequẽtiã et Coicantes et Hanc igit sed nulla fiat mẽoria de dñica ad missã de resurrectione Et sẽper dicitur sequẽtia. Victime paschal. Et si festũ alicuius sancti cũ regimie chori in dñica euenerit: tũc de sancto dicit missa et mẽo. de resurrectione: sed non de dñica. Notandũ est ꝙ in oibus dñicis a pascha vsqꝫ ad ascensionẽ dñi erit primũ Alla. ℣ Pascha nostrũ. et secundum Alla. de sua dñica. s. qđ plus facit mentionẽ de resurrectione: qđ est vltimũ Et semper infra predictũ tempus de quocunqꝫ dicitur missa fiat mẽoria de resurrectione cũ hac oroẽ. Deꝰ qui per vnige. nisi i inuẽtione scte crucis. Missa vero

dñicalis per ebdomadā dr̄ cū p̄fatione quotidiana. Et si nulla feria per ebd̄. vacauerit a festo tunc in dñica in capit. dicit. Missa dñicalis ebdomade scd̄e. Officium.

Misericordia dñi plena ē terra alleluya: verbo dñi celi firmati sūt alleluya all'a. ps Exultate iusti in domino rectos decet

Deus q̄ Oratio. collaudatio. in filij tui humilitate iacentē mundū erexisti: fidelibus tuis perpetuā concede leticiā: vt quos perpetue mortis eripuisti casibꝫ / gaudiis facias sempiternis perfrui. Per eundē. Lc̄o ep̄le beati petri

Charissimi: apostoli. ij. ca°. Christ⁹ passus est pro nobis vobis relinquens exemplum: vt sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cū malediceretur: non maledicebat. Cū pateretur: non cōminabatur. Tradebat autem iudicanti se iiuste: qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignū: vt peccatis mortui iusticie viuamus cuius liuore sanati sumus. Eratis eni sicut oues errātes sed conuersi nūc estis ad pastorē ꝛ episcopū animarum vestrarum. Alleluya. ℣. Ego sum pastor bonus et cognosco oues meas et cognoscunt me mee. Alleluya. ℣. Surrexit pastor bonus qui posuit animam suam pro grege suo. Secundū

In illo tem. iohannē. x. capore: Dixit iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor: animā suā dat pro ouibus suis. Mercennarius autem ꝛ qui non est pastor cuius non sunt oues proprie: videt lupum venientem et dimittit oues et fugit: et lupus rapit: et dispergit oues. Mercennarius autē fugit quia mercēnarius est: ꝛ non pertinet ad eū de ouibꝫ. Ego sū pastor bon⁹. Et cognosco oues meas: et cognoscūt me mee. Sicut nouit me pater et ego agnosco patrem: ꝛ aiam meā pono ꝓ ouibꝫ meis. Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili: ꝛ illas oportet me adducere: et vocem meam audient. Et fiet vnū ouile: et vnus pastor. Offertoriū. Deus deus meus ad te de luce vigilo: et in nomie tuo leuabo manus meas all'a.

Benedictionē nobis Sec. domine conferat salutarem sacra sēper oblatio: vt qđ agit misterio virtute perficiat. Per Coio Ego sum pastor bonus alleluya: et cognosco oues meas et cognoscūt me mee alleluya alleluya. Postcommunio.

Presta nobis q̄s omp̄s et misericors deus: vt viuificationis tue gratiā consequentes: ī tuo semper munere gloriemur. Per. Fer. iiij. Lc̄o epi. bti petri apl̄i. j.

Charissimi: Scientes ꝙ nō corruptilibus argento vel auro redempti estis de vana vestra conuersatione paterne traditionis: sed precioso sāguine agni incontaminati et imaculati christi. precogniti quidem ante mundi constitutionē: manifestati aūt nouissimis tēporibus ꝓpter vos qui per ipsum fideles estis in deo:

qui suscitauit eum a mortuis: et dedit ei gloriam vt fides vr̃a et spes esset in deum. Animas vestras castificãtes in obedientia caritatis. in fraternitatis amore. simplici ex corde inuicem diligite attentius: renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili per verbum dei viui et permanentis. Quia omis caro vt fenum: et omnis gloria eius tanq̃ flos feni. Exaruit fenum: et flos eius decidit. Uerbum autem domini manet in eternũ.

Secundum lucam. xxiiij. capitu.

In illo tempore: Una sabbati valde diluculo venerunt mulieres ad monumentum portantes que parauerunt aromata. Et inuenerunt reuolutum lapidẽ a monumento: et ingresse non inuenerunt corpus domini iesu. Et factum est dum mente consternate essent de isto: ecce duo viri steterunt iuxta illas: in veste fulgenti. Cum timerent autem et declinarẽt vultum in terram: dixerũt ad illas. Quid queritis viuentem cum mortuis? Non est hic: sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cum adhuc i galilea esset: dicẽs. Quia oportet filiũ hominis tradi in manus hominum peccatorum: et crucifigi: et tercia die resurgere Et rememorate sũt verborum eius: et egresse a monumento: nunciauerunt hec omnia illis vndeci: et ceteris oĩbus. Erat aũt maria magdalene et iohãna et maria iacobi: et cetere q̃ cũ ipis erant / que dicebant ad apostolos hec. Et visa sunt ante illos sicut deliramẽta verba ista: et non credebant illis. Petrus aũt surgens cucurrit ad monumentũ: et procumbens vidit lintheamina sola posita. Et abiit secum mirãs quod factum fuerat. Feria. vj. Ad romanos. v. capitulo.

Fratres: Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: sic et per vnius iusticiam in omnes homines in iustificationẽ vite. Sicut eni per inobedientiã vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi: ita et per vnius obeditionẽ iusti constituunt multi. Lex enim subintrauit vt abundaret delictũ. Ubi aũt abundauit delictũ: supabundauit et gr̃a: vt sicut regnauit pctm̃ in mortẽ: ita et gr̃a regnet per iusticiã i vitam eternã. per iesũ xp̃m dñm nostrũ.

In illo tp̃e: Ac- S math. ix. cesserunt ad iesũ discipuli iohãnis dicẽtes. Quare nos et pharisei ieiunam⁹ frequenter: discipuli aũt tui nõ ieiunãt? Et ait illis ies⁹ Nunq̃d possũt filij sponsi lugere: q̃diu cũ illis e spõsus? Ueniẽt aũt dies cũ auferet ab eis spõs⁹: et tũc ieiunabũt. Nemo aũt imittit cõmissurã pãni rudis: i vestimentũ vetus. Tollet eni plenitudinẽ ei⁹ a vestimento: et peior scissura fit Neq3 mittũt vinũ nouũ i vtres: veteres. Alioq̃n rumpũtur vtres et vinũ effũdet et vtres peribunt. Sed vinũ nouum i vtres nouos mittunt: et ãbo ɔseruãtur. Missa dñicalis hebdo. iij. post pascha.

Iubilate deo omnis terra alleluya: psalmum dicite nomini eius alleluya: date gloriam laudi eius. alleluya alleluya alleluya. ps. Dicite deo quam terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtutis tue. Oratio.

Deus qui errantibus vt in viam possint redire iusticie veritatis tue lumen ostendis: da cunctis qui christiana professione censentur. et illa respuere que huic inimica sunt nomini: et ea que sunt apta sectari. Per. Lectio epistole beati petri apostoli. i .ij. capi.

Charissimi. Obsecro vos tanquam aduenas et peregrinos: abstinere vos a carnalibus desideriis que militant aduersus animam. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam: vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus: ex bonis operibus vos considerantes: glorificent deum in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humane creature propter deum. Siue regi quasi precellenti siue ducibus tanquam ab eo missis: ad vindictam malefactorum. laudem vero bonorum. Quia sic est voluntas dei: vt benefacientes obmutescere faciatis: imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi et non quasi velamen habentes malicie libertatem: sed sicut serui dei. Omnes honorate: fraternitatem diligite. Deum timete: regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis: non tantum bonis et modestis: sed etiam discolis. Hec est enim gratia. In christo iesu: domino nostro. Alleluya. ℣. Modicum et non videbitis me dicit dominus: iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrem. Alleluya. ℣. Iterum autem videbo vos et gaudebit cor vestrum et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Alleluya. ℣. Surrexit christus qui creauit omnia et misertus est humano generi In hac hebdomada. ad missam in diebus profestis primum Alleluya. scilicet Modicum dicitur per totam ebdomadam loco gradualis. et alia duo dicuntur alternis vicibus in feriis et in festis iij. lectio. quod etiam in proxima sequenti ebdomada obseruandum est. Secundum iohannem xvj. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Modicum et iam non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerunt ergo discipuli eius ad inuicem. Quid est hoc quod dicit nobis: modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit autem iesus quia volebant eum interrogare: et dixit eis. De hoc queritis inter vos: quia dixi/modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos: mundus autem gaudebit. Vos autem contristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristiciam habet: quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum: iam non meminit

pressure propter gaudium: q2 natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristiciam habetis. Iterum autem videbo vos: et gaudebit cor vestrum. Et gaudium vestrũ: nemo tollet a vobis. Offertorium. Lauda anima mea dominum laudabo dominum ĩ vita mea: psallã deo meo ꝙdiu ero alleluya. Se.

HIs nobis quesumus domine misteriis cõferatur: quo terrena desideria mitigantes discamus amare celestia. Per dominum nostrum. Cõmunio. Modicum et non videbitis me alleluya: iterũ modicum et videbitis me: quia vado ad patrem alleluya alleluya. Postcõio.

REspice quesumus domine pplm tuũ: et quem eternis dignatus es renouare misteriis: a tẽporalibus culpis dignanter absolue. Per. Feria quarta. Lectio epistole bti iohis apostoli. j. ij. ca°.

CHarissimi Hec scribo vob3: vt nõ peccetis. Sed si quis peccauerit: aduocatum habemus apud patrẽ iesum christum iustũ: et ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autẽ tantum: sed etiam pro totius mundi. Et ĩ hoc scimus quoniam cognouimus eum: si mandata eius obseruam9. Qui dicit se nosse eum / et mandata eius non custodit mẽdax est: et ĩ hoc veritas nõ est. Qui aũt seruat verbũ eius: vere in hoc caritas dei perfecta est. In hoc scimus: qm̃ in ipõ sumus. Qui dicit se in ipso manere: debet sicut ⁊ ille ambulauit: ⁊ ipse ambulare. Charissimi: nõ mandatũ nouũ scribo vobis: sed mandatũ vetus qđ habuistis ab initio. Mandatũ vetus est: verbũ quod audistis. Iterum mãdatum nouũ scribo vobis: qđ est verum in ipso et in vobis. Qm̃ tenebre transierunt: et lumen verũ iam lucet. Per iesum christum dominum nostrum. Euangeliũ secundum iohannẽ. iij. capitulo.

IN illo tẽpore: Facta est questio ex discipulis iohãnis cũ iudeis de purificatione. Et venerunt ad iohannẽ: et dixerũt ei. Rabi: qui erat tecum trãs iordanem cui tu testimoniũ perhibuisti: ecce hic baptizat: et omẽs veniunt ad eũ. Respondit iohannes: et dixit. Nõ potest homo accipere quicꝙ: nisi datũ fuerit illi de celo. Ipsi vos michi testimonium perhibetis: ꝙ dixerim vobis: quia ego non sum xp̃us / sed quia missus sum ante illũ. Qui habet sponsã: sponsus est. Amicus autem sponsi qui stat et audit eũ: gaudio gaudet propter vocem spõsi. Hoc ergo gaudium meũ impletum ẽ. Illum oportet crescere: me aũt minui. Qui de sursum venit: super omẽs est. Qui de terra est / de terra est: et de terra loquit. Qui de celo venit: super oẽs est. Et quod vidit ⁊ audiuit hoc testatur: ⁊ testimonium eius nemo accipit Qui autem acceperit eius testimoniũ: signauit quia deus verax est. Quẽ enim misit deus: verba dei loquit. Non eni ad mẽsurã dat de9 spm̃. Pater diligit filium: et omĩa dedit in manu eius. Qui

credit in filiū: habet vitā eternam Qui autem non credit filio: non videbit vitam: sed ira dei manet super eū. Feria sexta. j. Ad thessalonicenses. v. capitulo.

Fratres: Omnes enim vos filij lucis estis et filij diei. Non sumus noctis neqȝ tenebrarū. Igitur non dormiamus sicut ⁊ ceteri: sed vigilem⁹ et sobrij simus. Qui enim dormiunt: nocte dormiunt. Et q̄ ebrij sūt: nocte ebrij sūt. Nos aūt qui diei sumus sobrij sim⁹: induti loricā fidei et caritatis et galeam spem salutis. Quoniam non posuit nos de⁹ in irā: sed in acq̄sitionem salutis per dominum nostrum iesum christum qui mortuus ē pro nobis/ vt siue vigilemus siue dormiamus simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem: et edificate alterutrū In christo iesu: domino nostro.

Secundum iohannem xij. capit.

In illo tempore: Dixit iesus discipl'is suis. Ego lux i mūdum veni: vt omnis qui credit in me in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea et nō custodierit ea: ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicem mundum: sed vt saluificem mundum. Qui spernit me et non accipit verba mea: habet qui iudicet eū. Sermo quem locutus sum: ille iudicabit eū in nouissimo die. Quia ego ex meipso non sum locutus: sed q̄ misit me pater: ipse michi mandatum dedit: quid dicam et quid loquar. Et scio quia mandatū eius: vita etna est. Que ergo ego nō loquor/ sicut dixit michi pater: sic lo

Missa dn̄icalis hebd̄. quarte post pascha.

Cantate domino canticum nouum alleluya: quia mirabilia fecit dominus alleluya ante conspectū gētium reuelauit iusticiam suam alleluya alleluya. ps Saluauit sibi dextera eius: ⁊ brachium sanctū eius.

Oratio.

Deus qui fidelium mentes vnius efficis volūtatis/ da popl'is tuis id amare qđ precipis: id desiderare qđ promittis: vt inter mūdanas varietates ibi nostra fixa sint corda: vbi vera sunt gaudia. Per. Lectio epistole beati iacobi apostoli. j. capitulo.

Charissimi: Omne datū optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum: apud quem nō est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Volūtarie enim genuit nos verbo veritatis: vt simus iitium aliquod creature ei⁹. Scitis fratres mei dilectissi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquēdum: ⁊ tardus ad iram. Ira enim viri: iusticiam dei non operatur. Propter quod abijciētes omnem immūdiciam et abundantiā malicie: i mansuetudine suscipite insitum verbū. Quod potest saluare animas vestras. Alleluya. ℣. Vado ad eum qui misit me: sed quia hec locut⁹ sū vobis tristicia ipleuit cor vestrū Alla. ℣. Ego veritatē dico vobis expedit vobis vt ego vadam. Alleluya. ℣.

Surrexit dñs vere: et apparuit petro. Et dicuntur sicut in proxima dñica precedenti. S iohannē.xvj.ca.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Uado ad eū qui misit me: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed q̄a hec locutus sum vobis: tristicia impleuit cor vestrū. Sed ego veritatē dico vobis: expedit vob; vt ego vadam. Si enim nō abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittā eum ad vos Et cum venerit: ille arguet mundū de peccato: et de iusticia et de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iusticia vero: quia ad patrem vado: et iam non videbitis me. De iudicio autē: quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autē venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnē veritatem. Non enī loquetur a semetipso: sed quecunq; audiet loquet: et que ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: et annūciabit vobis Omia quecūq; habet pater: mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet/ et annunciabit vobis.

Offertoriū. Iubilate deo vniuersa terra. iubilate deo vniuersa terra psalmuz dicite nomini ei⁹: venite et audite et narrabo vobis omnes qui timetis deū quāta fecit dñs anime mee allā. Secreta.

Deus qui resurgens a mortuis passione cessata: potētiorem te tuis discipulis reddidisti. concede propici⁹: vt nos quoq; maiestati tue hoc paschale sacrificium conciliet: et ad gratiam tuam promerendam in bonis operibus efficiat promptiores. Qui viuis et regnas. Cōio. Dū venerit paraclitus spirit⁹ veritatis ille arguet mūdum de peccato et de iusticia et de iudicio Allelupa allelupa. Postcōio.

Adesto nobis dñe deus noster vt per hec que fideliter sumpsimus: et purgemur a viciis et a periculis omnibus eruamur. Per d.

Feria quarta. Lectio epystole beati iacobi apostoli. ij. ca.

Charissimi: Nolite in personarum acceptione habere fidē domini nostri iesu christi glorie. Etenī si introierit in conuentum vestrum vir anulū aureū habens in veste candida: introierit autem et pauper in sordido habitu: et intendatis in eum qui indutus est veste preclara: et dixeritis ei. tu sede hic bene: pauperi autez dicatis tu sta illic: aut sede sub scabello pedū meorum: nonne iudicatis apud vosmetipsos: et facti estis cogitationum iniquarum iudices? Audite fratres mei dilectissimi. Nōne deus elegit pauperes in hoc mundo: diuites autem in fide et heredes regni: quod repromisit deus diligētibus se? Uos autez exhonorastis pauperem Nonne diuites per potentiam opprimūt vos: et ipsi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonū nomen quod inuocatum est sup vos? Si tamē legem perficitis regalē secūdum

scripturas diliges proximũ tuũ sicut teipsũ: bene facitis. Si autem personas accipitis: peccatum operami/redarguti a lege quasi trãsgressores. Quicunqz aũt totã legem seruauerit: offendat autẽ in vno: factus est oim reus. Qui eni dixit non occides: dixit et non mechaberis. Quod si non mechaberis: occidas aũt factus es trãsgressor legis. Sic loquimini et sic facite: quasi per legem libertatis incipientes iudicare. Judiciũ eni sine misericordia illi qui non facit misericordiã. Superexaltat autem misericordia iudiciũ. Secũdum iohannem. xvij. capitulo.

In illo tempore: Respiciens iesus in discipulos suos: dixit. Pater sancte: serua eos i nomine tuo quos dedisti michi vt sint vnũ sicut et nos. Cũ essẽ cũ eis: ego seruabã eos in nomine tuo. Quos dedisti michi custodiui: et nemo ex his periit: nisi filius perditionis: vt scriptura impleatur. Nunc autẽ ad te venio: et hec loquor in mũdo vt habeãt gaudiũ meum impletũ in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuũ et mundus odio eos habuit: quia non sunt de mũdo/sicut et ego non sũ de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. Feria. vj. Lcõ epistole bti iacobi apli. ij. ca.

Charissimi: Uidetis quoniã ex operibus iustificatur homo: et non ex fide tantum. Similiter autẽ et raab meretrix nonne ex operibz iustificata est suscipiẽs nuncios: et alia via eiiciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita et fides sine operibz mortua est. S. iohannẽ. xiij. capi.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Filioli: adhuc modicũ tempus vobiscũ sũ. Queretis me: et sicut dixi iudeis: quo ego vado: vos non potestis venire Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos: vt et vos inuicem diligatis. In hoc cognoscẽt omẽs quia discipuli mei estis: si dilectionem habueritis ad inuicẽ Dixit ei symõ petrus. Domie quo vadis? Respondit iesus. Quo ego vado: non potes me modo sequi: sequeris autem postea. Missa dñicalis hebdomade. v. post pasca. Offm.

Uocem iocũditatis annũciate et audiatur alleluya: nunciate vsqz ad extremũ terre: liberauit dominus populũ suũ alleluya alla. ps. Jubilate deo omnis terra: psalmũ dicite nomini eius date gloriam laudi eius. Oro.

Deus a quo cũcta bona procedunt/largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirãte que recta sunt: et te gubernante eadẽ faciamus. Per d. Lectio epistole bti iacobi apostoli. j. capitulo.

Charissimi: Estote factores verbi et non auditores tantũ: fallẽtes vosmetipsos. Quia si qs est auditor verbi et non factor: hic cõparabitur viro consideranti vultũ natiuitatis sue in speculo Considerauit eni se et abiit: et stati obli

tus est qualis fuerit. Qui aūt perspexerit in lege perfecte libertatis et permanserit in ea: non auditor obliuiosus factus sed factor opis: hic beatus in facto suo erit. Si qs aūt putat se religiosū esse non refrenās linguam suā / sed seducēs cor suum: huius vana est religio. Religio munda & imaculata apd deū et patrē hec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorū: et imaculatū se custodire ab hoc seculo. Allelupa. V. Usqꝫ modo nō petistis quicqꝫ in nomine meo petite et accipietis. Allelupa. V. Surrexit christus iā non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Secundū iohannē. xvj. ca.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Amen amē dico vobis / si quid petieritis patrem in nomie meo: dabit vobis. Usqꝫ modo nō petistis quicqꝫ in nomie meo. Petite: et accipietis: vt gaudiū vestrum sit plenū. Hec in prouerbijs locutus sum vobis. Uenit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis: sed palam de patre meo annūciabo vobis. Illo die: in nomine meo petetis. Et non dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse eni pater amat vos: quia vos me amastis et credidistis: quia ego a deo exiui. Exiui a patre et veni in mundū: iterū relinquo mundū et vado ad patrē. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nūc palam loqueris: et prouerbiū nullū dicis Nunc scimus quia scis omnia et non opus est tibi: vt quis te interroget. In hoc credimus: quia a deo existi. Offertoriū. Benedicite gētes dominū deum nostrū: et obaudite vocē laudis eius qui posuit animā meam ad vitam: et nō dedit commoueri pedes meos: benedictus dñs qui nō amouit deprecationem meam et misericordiam suā a me allelupa. Secreta.

Suscipe quesumus dñe fidelium preces cum oblationibus hostiarū: vt per hec pie deuotionis officia ad celestem gloriam transeamus. Per. Coīo Cantate domino allelupa. cantate domino et benedicite nomen eius bene nunciate de die in diem salutare eius allelupa allā. Postcoīo.

Tribue nobis domie quesumus celestis mense virtute satiatis: et desiderare que recta sunt: et desiderata percipere. Per dñm. Feria secunda in rogationibus si a festo cū regimine chori vacauerit dicitur post sextam pro magna missa scilicet. Uocem iocunditatis. vt s. in dominica. Et in processione dicitur hec missa Offm.

Exaudiuit de templo sancto suo vocē meam allelupa: et clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius allelupa allelupa. ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamētū meum et refugium meum: et liberator. Presta que tor meus. Oratio.

Presta quesumus oipotens deus: vt qui in afflictione nostra de tua pietate cōfidimus: contra aduersa omia tua sēper protectione muniamur Per dñm. Secunda oratio de sancto de quo est ecclesia illa. Tercia oratio de oibus sanctis. Concede

quesumus. Lcõ epistole beati iacobi apostoli. v. capitulo.

Charissimi: Confitemini alterutrum peccata vestra: et orate pro inuicẽ vt saluemini Multum enĩ valet deprecatio iusti: assidua. Helias hõ erat similis nobis passibilis: et oratione orauit vt nõ plueret super terrã: et non pluit annos tres et menses sex. Et rursum orauit: et celũ dedit pluuiã: et terra dedit fructum suum. Si quis aũt ex vobis errauerit a veritate: et conuerterit q̃s eũ: scire debet: quoniam qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore vie sue: saluabit animã eius a morte. Et operit multitudinẽ peccatorum. Alleluya. V. Cõfitemĩ dño quoniã bonus: quoniã in seculũ misericordia eius. S. lucam. xi. capitu.

In illo tẽpe: Dixit iesus discipulis suis. Quis vestrũ habebit amicũ et ibit ad illum media nocte: et dicet illi. Amice commoda michi tres panes: quoniã amicus meus venit de via ad me/ et nõ habeo quod ponã ante illũ. Et ille deintus respondens: dicat. Noli michi molestus esse: iã ostiũ clausũ est: et pueri mei mecũ sunt i cubili: nõ possum surgere et dare tibi Et ille si perseuerauerit pulsãs/ dico vobis: et si non dabit illi surgens: eo q amicus eius sit: propter improbitatẽ tamen eius surget: et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico. Petite: et dabitur vobis. Querite et inuenietis. Pulsate: et aperietur vobis. Omis enĩ qui petit accipit/ et qui querit inuenit: et pulsanti aperietur. Quis aũt ex vobis patrem petit panẽ: nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nũ quid pro pisce serpentẽ dabit illi? Aut si petierit ouũ: nunquid porriget illi scorpionẽ? Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vris: quãtomagis pater vester de celo dabit spiritum bonũ: petentibus se. Offertoriũ. Cõfitebor domino nimis i ore meo et i medio multorũ laudabo eum qui assitit ad dexteram pauperis vt saluam faceret a persequentibus animam meam alleluya. Hic fiat sermo ad popl'm si placuerit. Secre.

Hec munera dñe quesumus et vicula nostre prauitatis absoluãt: et tue nobis misericordie dona concilient. Per dñm. Coio. Petite et accipietis querite et inuenietis pulsate et aperietur vobis: omnis enim qui petit accipit et q querit inuenit et pulsanti aperietur alleluya. Postcoio.

Uota nostra q̃s domine pio fauore psequere: vt dũ dona tua in tribulatione pcipimus: de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per. Feria tercia dr̃ magna missa de sancta maria: nisi aliquod festum cũ regimie chori in eadẽ feria contigerit. Et missa. Salus populi. dicitur in processione vbi fit statio: ad quã missam vnũ tantũ. Alleluya dicitur. Et in vigilia ascensionis dicitur missa de pace in processione Tamẽ si festũ alicuius scti cũ regimine chori in secunda feria cõtigerit tũc dicatur missa dñicalis i tercia feria:

vel in vigilia ascensionis i procession vbi fit statio. Similiter quando festū cum regimine chori in vigilia ascensionis euenerit: tunc dicitur missa de vigilia in processione vbi fit statio. Et semper in his predictis tribus diebꝫ dicitur magna missa in choro post sextam: et post illam missā statim dicitur hora nona et tunc eat ꝓcessio. In vigilia ascensionis dñi. Ad missam

O Mnes gētes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis alleluya alle alleluya. ℣. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Oratio.

P Resta quesumꝰ oīps pater: vt nr̄e mētis intentio quo vnigenitus filiꝰ tuus dñs noster venture solēnitatis gloriosus auctor ingressus est semper intēdat: et quo fide pergit / ꝯuersatione perueniat. Per eundē. Memoria de sancta maria et de oībus sanctis. Lectio actuum apostoloꝝ. iiij. ca.

I N diebꝫ illis: Multitudinis aūt credentiū erat cor vnū: et anima vna. Nec quisꝙ eorum que possidebat aliquid suū esse dicebat: sed erant illis omnia cōmunia. Et virtute magna reddebāt apostoli testimoniū resurrectiōis iesu christi dñi nostri: ⁊ gratia magna erat in omībus illis. Nec enī quisꝙ egēs erat inter illos Quotquot enī possessores agrorum aut domorum erant: vendentes afferebant precia eoꝝ que vendebant et ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebatur autem singulis: prout cuiqꝫ opus erat. Alleluya ℣. Omnes gentes plaudite manibꝫ: iubilate deo in voce exultationis. Secūdum iohannem. xvij. capitulo.

I N illo tp̄e: Subleuatis iesꝰ oculis in celum: dixit Pater venit hora clarifica filiū tuū: vt ⁊ filius tuus clarificet te Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt oīne quod dedisti ei det eis vitam eternam. Hec est autem vita eterna: vt cognoscāt te solū verū deū: et quē misisti iesum christū. Ego te clarificaui sup terram: opus cōsummaui quod dedisti michi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum: claritate quam habui priusꝙ mūdus esset apud te. Manifestaui nomen tuū hominibus: quos dedisti michi de mūdo. Tui erāt et michi eos dedisti: et sermonem tuū seruauerūt. Nūc cognouerunt: quia oīa que dedisti michi abs te sunt / quia verba que dedisti michi dedi eis. Et ipsi acceperūt: et cognouerūt vere / quia tu me misisti: et crediderunt qꝛ a te exiui. Ego pro eis rogo Nō pro mundo rogo: sed pro his quos dedisti michi: qꝛ tui sunt. Et mea omia tua sūt et tua mea sūt: et clarificatus sum i eis. Et iam non sū in mundo: et hi in mundo sunt: et ego ad te venio. Offer. Uiri galilei quid admiramini aspicientes in celū hic iesus qui assūptus est a vobis in celum sic veniet quēadmodū vidistis eum ascēdentem in celum alleluya. Secreta.

S Acrificium dñe pro filijs tuis supplices venerabili quam

preuenimus nunc ascensione deferim⁹: presta quesum⁹. vt et nos per ipsũ his cõmercijs sacrosãctis ad celestia consurgamus. Qui tecum. Prefatio quotidiana. Coio

Pater cum essem cum eis ego seruabam eos quos dedisti michi alleluya: nunc autem ad te venio: non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. alleluya all'a. Postcõmunio.

Tribue q̃s dñe: vt per hec sacramenta que sũpsimus illuc tendat nr̃e deuotionis affectus: quo tecũ est nostra substãtia iesus christus fili⁹ tuus dñs noster. Qui te.

In die ascensionis dñi. Ad missã.

Viri galilei quid admiramini aspicientes ĩ celũ alleluya: quẽadmodũ vidistis eũ ascẽdentem in celum ita veniet alleluya alleluya all'a. ps. Cũq̃ intuerentur in celum euntem illũ: ecce duo viri astiterũt iuxta illos in vestibus albis qui et dixerunt.

Oratio.

Conce de q̃s omnipotẽs deus / vt qui hodierna die vnigenitũ tuũ redemptorem nostrũ ad celos ascendisse credimus: ipsi quoq̃ mente in celestibus habitemus. Per eũdem.

Lectio actuũ apostolorum. j. cap.

Primũ quidem sermonẽ feci de omnibus o theophile q̃ cepit iesus facere et docẽ: vsq̃ ĩ diẽ qua precipiens apostolis per spm sanctũ quos elegit assumptus est Quibus et prebuit seipsum viuũ post passionẽ suam ĩ multis argumentis per dies quadraginta apparens eis: et loquẽs de regno dei.

Et conuescens precepit eis ab hierosolimis ne discederent: sed expectarẽt promissionẽ patris: quam audistis inquit per os meũ. Quia iohannes quidẽ baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto: non post multos hos dies. Igitur qui cõuenerant: ĩterrogabant eũ dicentes. Dñe: si ĩ tempore hoc restitues regnum israel: Dixit aũt eis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutẽ superueniẽtis spiritus sancti in vos: et eritis michi testes in hierusalẽ: et in omni iudea et samaria: et vsq̃ ad vltimũ terre. Et cũ hoc dixisset: videñtibus illis eleuat⁹ est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cũq̃ intuerentur in celũ euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestib3 albis qui et dixerunt. Viri galilei: q̃d statis aspicientes in celũ? Hic ies⁹ qui assũptus est a vobis in celũ: sic veniet quemadmodũ vidistis eũ euntẽ ĩ celum. Alleluya. V. Ascendit deus in iubilatione et dominus ĩ voce tube. Hac die et ĩ octaua si duplex festum ibidẽ celebretur dicitur All'a. V. Ascendens christus in altum captiuã duxit captiuitatem dedit dona hominibus Quotidie per octa. nisi in dñica et in oct. die siue fiat seruitiũ de ascẽsione. siue de aliquo festo cũ regimine chori: nisi in festo philippi et iacobi et in inuentione sancte crucis erit scdm. All'a. V. Dñs ĩ synai sancto ascendens in altum: captiuam duxit captiuitatem Sequentia.

Rex omnipotens die hodierna. Mundo triumphali redempto potentia. Victor ascēdit celos vnde descēderat. Nam quadraginta postq̄ surrexerat. Diebꝫ sacris confirmans pectora. Apostolorum pacis cara relinquens oscula. Quibus et dedit potestatem laxandi crimia. Et misit eos in mūdum baptizare cunctas animas. In patris et filij et sancti spiritus clementia. Et conuescēs precepit eis ab hierosolimis. Ne abirēt sed expectarēt promissa munera. Nō post mltos enim dies mittam vobis spiritum paraclitum in terra. Et eritis michi testes in hierusalē iudea siue samaria. Et cum hoc dixisset videntibus illis eleuatus est et nubes clara. Suscepit eū ab eorum oculis intuentibus illis ethera. Ecce stetere amicti duo viri in veste alba. Iuxta dicētes quid admiramini celorum alta Jesus enī hic qui assūptus est a vobis ad patris dexteram. Ut ascendit ita veniet querens talenti cōmissi lucra O deus celi maris arui hominem quē creasti quem fraude subdola. Hostis expulit paradiso ꝛ captiuatum secum traxit ad tartara. Sāguine proprio quē redemisti deus Illuc et prouehis vnde prius corruit paradisi gaudia. Iudex cū veneris iudicare secula Da nobis petimus sempiterna gaudia in sanctorum patria. In qua tibi cantemus omnes alleluya. Secundū

IN marcum. xvi. capitulo. Illo tempore: Recumbentibus vndecim discipulis: apparuit illis iesus et exprobrauit incredulitatem illorum: et duriciam cordis / quia his qui viderant eū resurrexisse a mortuis non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersū: predicate euangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit. Qui vero non crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint: hec sequent. In nomine meo demonia eiicient / linguis loquentur nouis / serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint: nō eis nocebit. Super egros manus imponent: et bene habebunt. Et dn̄s quidem iesus postq̄ locutus est eis assumptus est in celum: et sedet a dextris dei Illi autem profecti predicauerūt vbiqꝫ: dn̄o cooperante: et sermonē confirmante / sequentibus signis. Offertor. Ascendit deus in iubilatione et dn̄s ī voce tube alla.

Suscipe dn̄e munera q̄ Sec. pro filij tui gloriosa ascensione deferimus: ꝛ concede propicius. vt et a presentibus periculis liberemur: et ad vitam perueniamus eternam. Per eundē. Prefatio. Qui post resurre. et Cōmunicantes. et dicuntur per totas oct. et etiam in dn̄ica quando de ascēsione agitur. Coio. Psallite dn̄o qui ascendit super celos celorum ad oriētem alleluya.

Presta Postcoio. alleluya. nobis quesumus oṗs et misericors deus: vt q̄ visibilibus misteriis sumenda percepimus: inuisibili consequamur effectu. P do.

Per totas oct. dicitur eadẽ missa: nisi festũ cũ regimine chori incurrat et nisi in dñica: sed sine sequentia et Credo. Dñica infra octa. ascensionis. Officium.

Exaudi dñe vocem meam qua clamaui ad te all'a tibi dixit cor meũ quesiui vultũ tuum: vultũ tuum dñe requirã ne auertas faciẽ tuam a me. alleluya alleluya. ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quẽ timebo. Deinde dicitur. Kyriel. de. iiij. die ĩfra oct. cũ regimine chori licet in sexta feria vel ĩ sabbato precedente aliqd festũ cũ regimine chori celebratũ fuerit. Oratio

Omnipotens sempiterne deus: fac nos tibi semper et deuotã gerere voluntatem: et maiestati tue sincero corde seruire. Per. Meõ. fiat de ascẽsione. j. Lctõ ep'le beati petri apostoli. iiij. capit.

Karissimi: Estote prudentes et vigilate in orationibus. Ante omia autẽ mutuã in vobismetipsis caritatẽ continuam habẽtes: quia caritas operit multitudinẽ peccatorũ. Hospitales inuicẽ sine murmuratione. Unusquisqz sicut accepit gratiã in alterutrũ illam administrãtes: sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Si quis loquitur: quasi sermones dei. Si qs ministrat: tanq̃ ex virtute quã administrat deus: vt in oĩbus honorificetur deus. Per iesũ christum dominũ nostrũ. Alleluya. ℣. Regnabit dñs sup oẽs gentes deus sedet sup sedẽ sanctam suã. Alleluya. ℣. Non vos relinquã orphanos vado et venio ad vos et gaudebit cor vestrum. Nulla dicitur sequẽtia. S. iohẽm. xvj. capi.

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre spiritũ veritatis qui a patre procedit: ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimoniũ perhibebitis: quia ab initio mecũ estis. Hec locutus sũ vob: vt non scandalizemini. Absqz sinagogis faciẽt vos. Sed venit hora: vt oĩs qui interficit vos: arbitretur obsequiũ se prestare deo. Et hec faciẽt vobis: quia non nouerũt patrem neqz me. Sed hec locutus sum vobis: vt cũ venerit hora eorũ reminiscamĩ qr ego dixi vobis. Offerto. Lauda aĩa mea dñm: laudabo dñm meum ĩ vita mea psallã deo meo q̃diu ero. alleluya. Secre.

Presta q̃s omĩps deus: vt hanc tibi hostiam in eius corpus et sanguinẽ placabiliter offeramꝰ / quẽ sedentẽ a dextris virtutis tue: etiã pro nobis interpellare cõfidimus: dñm nostrũ iesũ xpm filium tuũ. Qui tecũ. Coĩo. Pater cum essem cum eis ego seruabã eos quos dedisti michi alleluya: nunc autẽ ad te venio: non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo alleluya alleluya. Postcoĩo.

Presta quesumus oĩpotens deus: vt per hec sacrosancta cõmercia in totius ecclesie cõfidamus corpore faciendũ: quod eius precessit in capite. Per eundem. Si aliquod festũ cũ regimine chori in hac dñica euenerit: totum ser

uitium fiat de festo et missa de dominica in capitulo dicit' cũ cantu super. Kyriel. Gloria in excelsis. Sanctus et Agnus. sicut in festo trium lec. sine regimine chori cũ vno Allelupa. ℣. Regnabit. Et tunc ad missã de festo erit secundum Allelupa. ℣. Non vos. nisi in festo sancte crucis. Et etiam erit secundũ. Alla in crastino octaue ascensionis: licet de sancta maria fiat plenũ seruitium. In octaua ascensionis dñi ad missã omnia fiant sicut in die more simplicis festi nisi duplex festũ impediat sine sequẽtia et Credo. Feria sexta totũ fiat seruitiũ de sancta maria si a festo cũ regimine chori vacauerit. In vigilia penthecostes cantata hora nona accedat sacerdos ad altare cũ diacono et subdiacono et ceteris ministris altaris in solenni apparatu sicut in vigilia pasche: cõfessione iam non dicta sed tantum Pater noster. et legantur lectiones a dignioribus personis in suppelliciis ad gradum chori sine titulis.

Tẽn Genesis. xxij. Lectio. j. Temptauit deus abraham et dixit ad eũ Abraham abrahã. At ille respõdit. Assum. Ait illi. Tolle filium tuũ vnigenitum quem diligis isaac: et vade in terram visionis: atq3 offeres eum ibi in olocaustũ super vnum montiũ quẽ monstrauero tibi. Igitur abrahã de nocte consurgens: strauit asinũ suũ ducẽs secum duos iuuenes: et isaac filium suũ. Cumq3 concidisset ligna i olocaustũ: abijt ad locum quem preceperat ei deus. Die aũt tercia: eleuatis oculis vidit locum procul: dixitq3 ad pueros suos. Expectate hic cum asino: ego et puer illuc vsq3 properantes: postq̃ adorauerimus: reuertemur ad vos. Tulit quoq3 ligna olocausti et imposuit super isaac filium suũ: ipse vero portabat i manib3 suis ignẽ et gladium. Cũq3 duo pergerent simul: dixit isaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce inquit ignis et ligna: vbi est victia olocausti? Dixitq3 abrahã. Deus prouidebit sibi victimã olocausti fili mi. Pergebant ergo pariter: venerũtq3 ad locum quẽ ostenderat ei deus. In quo edificauit altare: et desuper ligna composuit. Cũq3 colligasset isaac filium suũ: posuit eum in altari sup struẽ lignoꝝ. Extenditq3 manũ et arripuit gladiũ vt immolaret filium suum. Et ecce angelus domini de celo clamauit dicẽs. Abrahã abraham. Qui respõdit. Assũ. Dixitq3 ei. Ne extendas manũ tuam sup pueꝝ: neq3 facias illi quicq̃. Nũc cognoui q̃ timeas dñm: et nõ pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter me. Leuauit abraham oculos suos viditq3 post tergũ arietem inter vepres herẽtem cornibus quẽ assumẽs: obtulit olocaustum pro filio. Appellauitq3 nomen loci illius: dñs videt: vnde vsq3 hodie dicitur in monte dominus videbit. Uocauit autem angelus domini abraham secundo de celo dicens. Per memetipsũ iuraui dicit domi

nus: quia fecisti rem hanc: et non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicã tibi: et multiplicabo semen tuũ sicut stellas celi: et sicut arenã que est i littore maris Possidebit semen tuũ portas inimicorũ suorũ et benedicẽtur in semine tuo omnes gẽtes terre quia obedisti voci mee. Reuersus est abrahã ad pueros suos: abieruntqȝ bersabee simul et habitauit ibi. Sequitur oro sine Dñs vobiscũ. sed tantũ cum Oremus. Or.

Deus qui in abrahe famuli tui opere humano generi obediẽtie exempla prebuisti: concede nobis et nostre voluntatis prauitatem frangere: et tuorũ preceptorũ rectitudinem i oibus adimplere. Per dñ. Lectio. ij. Scripsit moyses canticũ. Require i vigilia pasche Tractus. Attende celum. Dcs tractus a choro dicuntur alternatim preter vltimũ et oms orõnes sine Dñs vobiscũ. Preter vltimã dicũtur: sed tantũ cũ Oremus. Oro.

Deus qui es glorificatio fidelium: et vita iustorũ: qui per moysen famulum tuum nos quoqȝ modulatione sacri carmis erudisti: vniuersis gentibus misericordie tue munus operare tribuendo beatitudinem: auferẽdo terrorem: vt qđ prenũciatum est ad suppliciũ: in remediũ transferat eternũ. Per d. Lectio. iij. Apprehendẽt septem mulieres. Require vts. Tract. Uinea factã est. Or.

Deus qui nos ad celebrandam hanc presentẽ festiuitatẽ vtriusqȝ testamenti paginis instruis: da nobis itelligere misericordias tuas: vt ex perceptione presentiũ numerũ: firma sit expectatio futurorũ. Per. Baruch. iij.

Audi israel mandata vite: auribȝ percipe vt scias prudentiam. Quid est israel qđ in terra inimicorũ es: Inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cũ mortuis/deputatus es cũ his qui in inferno sunt: dereliquisti fontẽ sapientie Nã si in via dei ãbulasses: habitasses vtiqȝ in pace super terrã. Disce vbi sit sapientia: vbi sit virtus: vbi sit prudentia: vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit longiturna vita et virtus vbi sit lumen oculorũ et pax. Quis inuenit locum eius: et quis itroiuit in thesauros eius? Ubi sunt principes gentiũ: et qui dominãtur sup bestias que sunt in terra? Qui in auibus celi ludunt: qui argentũ thesaurizãt: et aurũ in quo confidũt homies: et nõ est finis possessionis eorum. Qui argentũ fabricant et solliciti sũt: nec est inuẽtio operũ illorũ. Et tamen exterminati sũt: et ad inferos descenderũt: et alij in locum illorum surrexerũt. Iuuenes viderunt lumen: et habitauerũt super terram. Uiã aũt discipline nescierũt neqȝ intellexerũt semitas eius: neqȝ susceperunt eam filij eorum A facie eorũ longe facta est. Non est audita in chanaã: neqȝ visa est in theman Filij quoqȝ agar qui exquisierunt prudentiã que de terra est: negociatores terre et theman

et fabulatores: et exquisitores prudē tie et intelligētie. Uiam aūt sapiē tie nescierūt: neqꝫ meminerūt se mitarum eius. O israel q̄ magna est domus dei: et ingens locus posses sionis eius. Magnus et nō habet cō summationē: excelsus et immēsus. Ibi fuerūt gigātes noīati: illi qui ab initio fuerunt statura magna sciētes bellū. Non hos elegit dn̄s: neqꝫ viā discipline iuenerūt: pro pterea perierūt. Et qm̄ nō habue rūt sapientiā: interierūt ꝑpter suā insipientiā. Quis ascēdit in celū et accepit eā: et eduxit eā de nubi bus? Quis trāsfretauit mare et in uenit eā: et attulit eā sup aurū ele ctū? Non est q̄ sciat viā eius: neqꝫ qui excogitet semitas eius. Sꝫ qui scit vniuersa nouit illā: et adinue nit illā prudentia sua. Qui perfe cit terrā in sēpiterno tēpore: et ad impleuit eā pecudibus et quadru pedibꝫ. Qui emittit lucē et vadit: et vocauit eā et obediuit illi in tre more. Stelle aūt dederūt lumen in custodijs suis et letate sūt. Uo cate sūt et dixerūt. Assumus. Et lu xerunt ei cū iocunditate qui fecit illas. Hic est deus noster et nō esti mabitur alius ad illū. Hic adinue nit oēm viā discipline: et dedit illā iacob puero suo: et isrł dilecto suo. Post hec in terrā visus est: et cū hoi bus conuersatus est. Oratio.

Deus qui nobis per prophetarum ora pre cepisti tēporalia relinquere atqꝫ ad eterna festinare: da famulis tuis: vt q̄ a te iussa cognouimus: implere celesti inspiratione valeamus. Per

Tractus. Sicut ceruus. Deinde he due orationes dicuntur sub vno per dn̄m: et sub vno. Oremus.

Concede q̄s oīps deus: vt qui solennitatē doni sancti spiritus co limus: celestibus desiderijs accen si: fontem vite sitiamus dominū nostrū iesum christum filiū tuū.

Omnīps sempiterne deus: qui paschale sacramētum quin quaginta dierū voluisti misterio contineri: presta quesumus vt gē tiū factā dispersio diuisione ligua rum: ad vnam confessionē tui no minis celesti munere cōgregetur Per. Deinde sequantur letanie et bn̄dictio fontiū sicut in vigilia pa sche: eodē videlicet modo et ordie in eundo et redeundo et in statio ne. In redeundo dicit. Rex sancto rum. et postea incipiat missa. Ky rieleyson. et interim dicat sacerdos Cōfiteor. etc. more solito. Sequa tur. Gloria in excelsis. tunc oēs ge nu flectent exuētes capas nigras et pulsentur oēs campane. dein de dicitur Dominus vobiscum.

Presta quesumus Oratio. oīps deus: vt claritatis tue super nos splendor effulgeat et lux tue lucis corda eorum qui per gra tiam tuam renati sunt/ sancti spi ritus illustratione cōfirmet. Per In vnitate eiusdē. Lectio actu um apostolorum. xix. capit.

In diebus illis: Factū est cū apollo esset corinthi et paulus pera gratis superioribus partibus ve niret ephesum: et inueniret quos dam discipłos. Dixitqꝫ ad eos. Si

spiritū sctm̄ accepistis credentes: At illi dixerunt ad eū. Sed neqꝫ si spiritus sāctus est: audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerūt. In iohānis baptismate. Dixit aūt paulus. Iohānes baptizauit baptismo penitentie populū: docens in eū qui venturus esset post ipsū vt crederent: hoc est i iesū. His auditis: baptizati sunt i noīe domini iesu. Et cum imposuisset illis manus paul?: venit spūs sctūs sup eos: et loquebātur linguis ꝛ prophetabāt. Erant autem omnes viri: fere duodecim Introgressus autē synagogā: cū fiducia loquebaꝛ per tres menses Disputans ꝛ suadēs: de regno dei. Et legaꝛ in pulpito. Similiter et euangeliū: sicut in vigilia pasche Allā. V. Confitemini. Tractus. Laudate dn̄m. S. iohannē. xiiij. capitu.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrē et aliū paraclitū dabit vobis vt maneat vobiscū in eternū: spiritū veritatis quem mundus non potest accipere: qꝛ non videt eū nec scit eū. Uos aūt cognoscetis eū: qꝛ apd̄ vos manebit et i vobꝫ erit. Nō vos relinquā orphanos veniā ad vos Adhuc modicū: et mūdus me iā nō videt. Uos autē videtis me: qꝛ ego viuo: et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo: et vos in me / et rego in vobis. Qui habet mandata mea et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me: diligetur a patre meo. Et ego diligam eum: ꝛ manifestabo ei meipsum. Et legatur more dominicali. non dicitur. Credo. Offertorium. Emitte spiritum tuū et creabuntur ꝛ renouabis faciem terre: sit gloria domini in secula allā. Secre.

Hostias populi tui quesum? domine miseratus intende: et vt tibi reddanꝛ accepte: consciētias nostras sancti spūs salutaris emundet aduētus. Per. In vnitate eiusdem. Prefatio quotidia. Hac die Sanctus et Agnus. solenniter dicuntur. Coio. Ultimo festiuitatis die dicebat iesus qui in me credit flumia de ventre eius fluent aque viue hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erāt credentes in eum alleluya alleluya. Postcommunio.

Presta q̄s omp̄s deus: vt spiritus sanctus aduenīes maiestatē nobis filij tui manifestādo clarificet. Per eūd. In v. e. In die pentheco. ad missā. Off.

Spūs dn̄i repleuit orbem terrarū allā: et hoc qd̄ continet omnia scientiam habet vocis alleluya alleluya alleluya. P̄s. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere / et de eius sēper ꝯsolatione gaudere. Per do. In v. eiusd. Lectio actuū apostolorum. ij. ca.

In diebꝫ illis: Dum complerenꝛ dies penthecostes: erāt

omnes discipuli pariter in eodē lo co. Et factus est repente de celo sonus tanq̄ aduenientis spūs vehementis: et repleuit totā domū vbi erant sedētes. Et apparuerūt illis dispertite lingue tanq̄ ignis seditq̄z supra singulos eorū. et repleti sunt omnes spiritu sctō: et ceperunt loqui varijs linguis ꝓut spūs sctūs dabat eloqui illis. Erāt aūt in hierusalē habitātes iudei viri religiosi: ex omni natione q̄ sub celo est. Facta autē hac voce conuenit multitudo et mente ꝯfusa est: q̄m audiebat vnusq̄sq̄z ligua sua illos loquētes. Stupebāt aūt oēs: et mirabātur ad inuicē dicētes. Nonne ecce oēs isti q̄ loquūtur galilei sūt? Et quomō nos audiuimus vnusq̄sq̄z linguā nostrā in qua nati sumus? Parthi et medi et elamite: et q̄ habitāt mesopotamiam. iudeam et capadociā. ponthū et asiā. phrigiā et pamphiliā egyptū et partes libie que est circa cyrenē. et aduene romani. Judei quoq̄z et proseliti. cretes et arabes. Audiuimus eos loquētes nostris linguis: magnalia dei. Alleluya. ℣. Emitte spiritum tuum et creabūtur: et renouabis faciem terre. Alleluya. ℣. Spiritus sctūs procedens a throno aplorū pectora inuisibili hodie ꝑlustrauit potentia. Sequen.

Sancti spūs assit nobis gratia. Que corda nr̄a sibi faciat habitacula. Expulsis inde cūctis vicijs spiritalibz. Spūs alme illustrator oīm. Horridas nr̄e mētis purga tenebras. Amator sācte sensator semꝑ cogitatuū Infūde vnctionē tuā clemens nr̄is sensibus. Tu purificator oīm flagiciorū spūs. Purifica nostri oculū interioris hois. Ut videri supremus genitor possit a nobis. Mundi cordis quē soli cernere possunt oculi. Prophetas tu inspirasti: vt preconia christi precinuissēt iclita. Apostolos ꝯfortasti vti tropheū christi per totū mundū veherēt. Quando machinā per verbū suū fecit deus celi terre mariū Tu sup aquas foturus eas numē tuū expandisti spūs Tu aiabz viuificādis aquas fecundas. Tu aspirando das spiritales esse hoies. Tu diuisū per linguas mundū et ritus adunasti domine. Idolatras ad cultū dei reuocas magistrorum optime. Ergo nos supplicātes tibi exaudi propicius sancte spūs. Sine quo preces oēs cassē credūtur et indigne dei auribus Tu qui oīm seculorū sanctos. Tui nois docuisti istinctu āplectēde spūs. Ipse hodie aplos xpi. Donās munere insolito et cūctis iaudito seculis Hūc diē gliosū fecisti.

In illo tp̄e: S. iohānē. xiiij.

Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me sermonē meū seruabit. Et pater meus diliget eū: et ad eū veniemus: et mansionē apud eū faciemus. Qui nō diligit me: sermones meos nō seruat. Et sermonē quem audistis nō est meus: sed eius q̄ misit me patris. Hec locutus sū vobis: apud vos manēs. Paraclitus aūt spūs sctūs quem mittet pater in noie meo: ille vos docebit oia: et suggeret vobis oia

quecunqz dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat: ego do vobis. Nō turbetur cor vestrū: neqz formidet. Audistis qr ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqz: quia vado ad patrem quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusqͣ fiat: vt cū factū fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Uenit enim princeps mūdi huius et i me nō habet quicquā. Sed vt cognoscat mūdus qr diligo patrē: et sicut mandatū dedit michi pater: sic facio. Offerto. Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalē tibi offerēt reges munera all'a. Secre.

MUnera nostra q̄s dn̄e oblata sanctifica: et corda nr̄a sancti sp̄us illustratione emūda. Per. In vnitate eiusdē. Prefatio Qui ascendens. Hec prefatio dicitur quotidie per hanc ebdomadā: et in omibus missis de sancto spiritu per totum annū. Ita qp extra hanc ebdomadā: non dicūtur hec duo verba Hodierna die in prefatione Coicantes. et hanc igitur. vsqz ad festū sancte trinitatis tantū dicuntur. Coio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis vbi erant sedētes all'a: et repleti sunt omnes spiritu sācto loquētes magnalia dei allelupa allelupa. Oratio.

SAncti sp̄us domine corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per. In vnitate eiusdem spiritus sancti. Feria. ij. Officium.

CIbauit eos ex adipe frumēti allelupa et de petra melle saturauit eos allelupa allelupa allelupa. ℣. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob. Orō.

DEus qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritū concede plebi tue pie petitionis effectū: vt quibus dedisti fidē largiaris et pacem. Per. In vnitate eiusdem Lectio actuum apostolorū. x. ca.

IN diebus illis: Aperiens petrus os suum dixit. Uiri fratres et patres: nobis precepit dn̄s predicare populo et testificari: qr ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorū et mortuorum. Huic omnes prophete testimoniū perhibēt remissionē peccatorū accipere per nomē eius oēs qui credunt in eū. Adhuc loquēte petro verba hec cecidit sp̄us sctūs sup oēs qui audiebāt verbū. Et obstupuerūt ex circūcisione fideles qui venerāt cū petro: quia et in nationes grā sp̄us sancti effusa est. Audiebant enim illos loquētes linguis et magnificantes deū. Tunc respondit petrus. Nūquid aquā quis prohibere potest vt nō baptizētur hi qui spiritum sanctū acceperunt sicut et nos? Et iussit eos baptizari: in nomine domini nostri iesu christi Allelupa. ℣sus Emitte spiritum. Allelupa. ℣s. Paraclitus spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnē veritatem. Sequē.

REsonet sacrata iā turma diua symphonia. Reple tia.

ta gaudia promissa e celo reddita
In vnū cgregata aplo℞ phalanx
preclara expectās munera. Repē
te vox diuina paraclitū nūciat de
corans sanctorū viscera. Fantur
omni lingua nōnulla misteria dei
q̄z magnalia. Cātica diuina non
cessat roboare ei⁹ quoq̄z caterua. O
deus omis arui te laudat sol et lu
na ccrepat vsya cūcta celica ⁊ pro
fūda fluia. Te psallat tell⁹ alma:
sydera cūcta clara iubilat adorat
amat redēpta ois quoq̄z aīa. Stu
pens iudea hec inquit execrāda cō
cio ista vino ⁊ repleta mustiq̄z cra
pula bacho plenos deputat reple
tos grā. Sumēs hec petrus diui
na misteria: superat obdurata cor
da illa: et fore affirmat vaticinia
iohelis de hoc predicta. Quās aīa
nunc nostra boat carmina deuo
ta: quo suscipiat celestia habitacu
la. Pangat omnis chorda nostra
sancta preconia tua: vt sēper pia
percipiat carismata. Omnē hanc
meram suscipe melodiā vt quea
mus scandere luci flua et tua celsa
et decora vranica. Dudum sacra
ta imbuisti pectora nūc nos reple
luie poloxue gaudia cedas perpe
tua atq̄z regna. Te decet laus per
tpa et glia syderea o sanctum neu
ma. Tu aias ⁊ corpora nostra xpe
possideas i sēpiterna dora. Scdm

IN illo tpe: Di- iohannē iij.
xit iesus cuidā principi pha
riseo℞. Sic de⁹ dilexit mundū: vt
filiū suū vnigenitū daret: vt ois
qui credit in eū non pereat: sed ha
beat vitā eternā. Non enim misit
deus filiū suum in mundū vt iudi
cet mūdū: sed vt saluetur mūdus
per ipsū. Qui credit in eū: nō iudi
catur. Qui autē non credit iā iudi
catus est: quia nō credit in nomie
vnigeniti filij dei. Hoc est aūt iudi
ciū: q2 lux venit in mundū: et dile
xerūt hoies magis tenebras q̄ lu
cē. Erant eni eorū mala opa. Ois
enī qui male agit: odit lucē. Et nō
venit ad lucē: vt nō arguant ope
ra eius. Qui aūt facit veritatē ve
nit ad lucē: vt manifestētur opera
eius: quia in deo sūt facta. Credo
Offr. Intonuit de celo dñs et altissim⁹
dedit vocē suā: et apparuerūt fontes a.

PResta Secreta. quarū all'a.
q̄s dñe / vt secūdū pmissio
nem filij tui dñi nr̄i iesu xp̄i spūs
sāctus et huius nobis sacrificij co
piosius reuelet archanū: ⁊ oēm re
seret propicius veritatē. Per eūd.
In vni. eiusd. Coio. Spūs sanctus
docebit vos alleluya: quecūq̄z dixero vo.

PLenū Postcō. bis all'a all'a.
in nobis dñe quesumus re
mediū nostre redēptionis opera
re: vt habitatione scti spūs digni
effici valeamus. Per do. In vni
tate eiusd. Feria tercia. Officiū.

ACcipite iocūditatem glo
rie vestre alleluya: grās a
gentes deo alleluya: q̄ vos
ad celestia regna vocauit alleluya
alleluya alleluya. Ps. Attendite po
pule meus legem meam: inclinate au
rem vestram in verba oris mei. Oro.

ADsit nobis quesum⁹ dñe vir
tus spūs sancti: que et cor
da nr̄a clementer expurget: et ab

omnibus tueatur aduersis. Per. In vnita. eiusdē. Lcō actuū apostolorū. viij. ca.

In diebus illis: Cum audissent apostoli qui erant hierosolimis quia recepit samaria verbū dei: miserūt ad eos petrū et iohannem. Qui cū venissēt: orauerūt pro ipsis vt acciperēt spiritū sanctum. Nondū enim in quēꝗ̄ illorū venerat: sed baptizati tantū erant in nomine dn̄i iesu. Tunc imponebant manus super illos: et accipiebant spiritū sanctū. Alla. V. Emitte spiritū. Alla. V. Ueni sancte spūs reple tuorum corda fideliū et tui amoris in eis ignē accende.

Eya musa Sequētia. dic q̄so preclara chorea Blā dificaqꝫ libens perstrepe organa. Ast modulans tybia resultet plectro laudū leta carmīa. Nostraqꝫ caterua hui⁹ diei euprepia. Paracliti carisma hac die alūnos christi plene intrat. Facto repente sono linguis xp̄i fantur magnalia. Ue sano plena ructu perfidia musto alūnos madere putat spūs gratia ardētes quos reddit feruida. Anastasi peracta quinquagena misticus penetrat spūs pectorum intima oppido reddens flammantia. Mox egressi oēs vna tetra pagrāt arua infūdentes verbi semia. Mistica patrantes signa supno rore noua bibula madidāt itima Ecce xp̄e nūc caterua tua. In hac aula decātat carmia. Et celesti pmixta agmini indiscrete dicat noua tibi promēs cātica. Sit perennis dn̄o glia. Decus honor potestas per secula. Qui tribuit spūs gratiā oibꝫ per arua q̄ sequūtur eius monita. Poscim⁹ oms vna supplices magnalia Ut sctūs nostra spūs emūdans itima. Illustret clare sophia

In illo S. iohēm. x. ca allā. tp̄e: Dixit ies⁹ discipl'is suis. Amen amē dico vobis q̄ non itrat per ostiū in ouile ouiū sed ascēdit aliūde: ille fur est et latro. Qui autem itrat per ostiū: pastor est ouiū Huic ostiari⁹ aperit: et oues vocē eius audiūt. Et proprias oues vocat noiatim: et educit eas. Et cum proprias oues emiserit āte eas vadit: et oues illū sequūtur: qr sciūt vocē eius. Alienū aūt non sequūtur: sed fugiūt ab eo: qr non nouerunt vocē alienor. Hoc puerbiū: dixit eis iesus. Illi aūt non cognouerūt: quid loqueretur eis. Dixit ergo iterū eis iesus. Amen amē dico vobis: qr ego sū ostium ouium Oēs quotquot venerūt: fures sūt et latrones. Sed non audierunt eos oues. Ego sū ostium. Per me si quis introierit saluabitur: et ingredietur et egredietur: et pascua inueniet. Fur nō venit nisi vt furet: et mactet et perdat. Ego veni vt vitā habeāt: et abūdanti⁹ habeant. Credo. Offr. Portas celi aperuit dn̄s et pluit illis māna vt ederēt: panē celi dedit illis: panē angelor māducauit homo allelupa. Secreta.

Descendat q̄sumus dn̄e sup hoc spiritus sanctus altare: qui et dona populi tui sanctificet: et sumentiū corda placatus emundet. Per. In vnitate eiusdem. Coio.

Spiritus qui a patre procedit all'a: ille me clarificabit all'a all'a. Postcōio.

Mentes nostras quesumus dñe spiritus sanctus diuinis reparet sacramētis: quia ipse est remissio oīm peccatorum. Per do. In vnitate eiusdē. Feria. iiij. quattuor tēporum nō dicitur alia magna missa q̄ de ieiunio nec in vj. feria nec in sabbato secundum vsum sarum. Officium.

Deus dñi egredereris coram poplo tuo alleluya: iter faciens eis alleluya: habitās in illis alleluya all'a. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eū a facie eius. Kyrie eleysō. cum suis. V. dicit/statim sequatur. Gloria in excelsis. non dicitur. Dñs vobiscū. sed tantum. Oremus. Or.

Presta quesumus dñe: vt a nostris mentibus carnales ammoueat spiritus sanctus affectus: et spiritualia nobis dona potenter infundat. Per. In vnitate eiusdē. Lcō libri sapiētie. j. capit.

Diligite iusticiā: qui iudicatis terram Sentite de dño in bonitate: et in simplicitate cordis querite illū. Quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum: apparet aūt eis: qui habent fidem in illū. Peruerse enim cogitationes separāt a deo: probata autem virtus corripit insipiētes. Quoniam in maliuolā aīam non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sctūs eni spūs discipline effugiet fictum: et auferet se a cogitationibus q̄ sūt sine intellectu: et corripietur a superueniente iniquitate Benignus est eni spiritus sapientie: et non liberabit maledictum a labijs suis. Quoniā renū illius testis est deus: et cordis eius scrutator est verus: et lingue eius auditor Quoniam spiritus dñi repleuit orbem terrarum: et hoc quod continet omnia sciētiam habet vocis. Et legatur ab acholito suppellicio induto in pulpito. Deinde tres clerici de secūda forma in capis sericis ibidē dicant Alleluya. V. Emitte spiritum nō repetatur Alleluya. Sequatur Dñs vobiscū. Et Oremus. Or.

Mentes nostras q̄s dñe spiritus sanctus paraclitus q̄ a te procedit illuminet: et inducat in omnem sicut tuus pmisit filius veritatē. Qui tecū viuit. In vnitate eiusdem. Lectio actuum apostolorum secundo capitulo.

In diebus illis: Stans petrus cū vndecim: eleuauit vocē suam et locutus est eis. Uiri iudei et qui hitatis hierl'm vniuersi: hoc vobis notū sit: et auribz percipite verba mea. Non eni sicut vos estimatis hi ebrij sūt: cū sit hora diei tercia: sed hoc est qd dictū est per pphetā iohel. Et erit i nouissimis diebus dicit dñs: effundā de spiritu meo super omnē carnē: et prophetabūt filij vestri: et filie vr̄e. Et iuuenes vestri visiones videbunt: et seniores vestri somnia somniabūt. Et quidē super seruos meos et super ancillas meas in diebus illis/effūdam de spiritu meo et pphetabūt.

Et dabo pꝛodigia in celo sursum:
et signa in terra deoꝛsum: sangui
nem et ignẽ et vapoꝛẽ fumi. Sol
conuertetur ĩ tenebꝛas et luna in
sanguinẽ: anteꝙ veniat dies dñi
magnus et manifestus. Et qui-
cunqꝫ inuocauerit nomen dñi: sal
uus erit. Alleluya. ℣. Loquebãtur va
riis liguis apostoli magnalia dei. repe
tatur Alla. sine neuma Sequẽtia

Lux iocũda lux insignis qua
de thꝛono miss? ignis ĩ chꝛi
sti discipulos. Coꝛda replet ligua
ditat ad concoꝛdes nos inuitat lin
gua coꝛdis modulos Chꝛistus mi
sit quod pꝛomisit pignus sponse
quam reuisit die quinquagesima
Post dulcoꝛem melleum petra fu
dit oleum petra iam firmissima.
In tabellis saxeis non in linguis
igneis lex de monte populo. Pau-
cis coꝛdis nouitas et linguarum
vnitas datur ĩ cenaculo. O ꝙ felix
ꝙ festiua dies ĩ qua pꝛimitiua fũ-
datur ecclesia Uiue sunt pꝛimitie
nascentis ecclesie: tria pꝛimũ mi-
lia. Panes legꝫ pꝛimitiui: sub vna
sunt adoptiui fide duo populi. Se
duobus iteriecit: sicqꝫ duo vnum
fecit lapis caput ãguli. Utres no-
ui non vetusti sunt capaces noui
musti vasa parat vidua. Liquoꝛẽ
dat helyseus nobꝫ sacrum roꝛem
deus: si coꝛda sint congrua. Non
hoc musto vel liquoꝛe non hoc di-
gni sumus roꝛe si discoꝛdes moꝛi-
bus. In obscuris et diuisis non po
test hec paraclysis habitare coꝛdi-
bus. Cõsolatoꝛ alme veni liguas
reple coꝛda leni nichil fellis aut ve
neni sub tua pñtia Nil iocũdũ nil
amenum nil salubꝛe nil serenũ ni
chil dulce nichil plenũ ssi tua gra-
tia. Tu lumen es et vnguentum
tu celeste condimentũ aque ditãs
elementũ virtute misterij. Noua
facti creatura te laudamus men-
te pura gratie nũc sed natura pꝛi?
ire filij. Tu qui datoꝛ es et donum
nostri coꝛdis om̃e bonum: coꝛ ad
laudem redde pꝛonum nostre lin-
gue foꝛmans sonum in tua pꝛeco
nia. Tu purga nos a peccatis au-
ctoꝛ ipse pietatis et in chꝛisto reno
uatis da perfecte nouitatis plena
nobis gaudia. S. iohannẽ. vj. ca.

In illo tẽpoꝛe: Dixit iesus di
scipłis suis Nemo potest ve
nire ad me: nisi pater ꝗ misit me
traxerit eũ. Et ego resuscitabo eũ
in nouissimo die. Est scriptum in
pꝛophetis. Et erunt omnes docibi
les dei. Omnis qui audiuit a pr̃e
et didicit: venit ad me. Non quia
patrem vidit quisꝙ: nisi is qui est
a deo hic vidit patrẽ. Amen amẽ
dico vobis: qui credit in me habet
vitam eternã. Ego sum panis vi-
te. Patres vestri mãducauerunt
manna in deserto: et moꝛtui sunt
Hic est panis de celo descendens:
vt si quis ex ipso mãducauerit nõ
moꝛiatur. Ego sũ panis viuus: ꝗ
de celo descendi. Si quis mandu-
cauerit ex hoc pane: viuet in eter-
num. Et panis quẽ ego dabo caro
mea est: pꝛo mundi vita Credo.

Offer. Meditaboꝛ ĩ mandatis tuis que
dilexi valde et leuabo manus meas ad
mandata tua que dilexi. Secreta.

OBlata tibi q̄s domine mune
ra spiritus sanct⁹ sc̄tificet:
et eorum nos participatio: ab om
ni peccatorū contagione custodi-
at. Per eundē. In vnitate eiusdē.
Coio. Pacem meā do vobis allelupa:
pacē relinquo vobis alla alla. Postcō.

PEr huius dn̄e virtutē miste
rij tue nos claritatis perpe-
tuus splendor illustret: et consub-
stātialis filio spiritus sanctus illu
minet. Qui te. vi. Feria. v. Offm̄
Spūs dn̄i re. Kyriel. sm̄ ꝟ. or.

PResta q̄sumus omp̄s et mi
sericors deus: vt spiritus sanctus
adueniēs / templū nos glorie sue
dignanter inhabitando perficiat.
P In vni. ei⁹ d. Lectio actuū apo
IN die- stolorū. viij. capitu.
bus illis: Philippus descen-
dens i ciuitatem samarie predica
bat illis xp̄m. Intendebāt autem
turbe his q̄ a philippo dicebantur:
vnanimiter audientes et viden-
tes signa que faciebat. Multi eni
eorum qui habebant spūs imun-
dos: clamantes voce magna exi-
bant. Multi aūt paralitici et clau-
di curati sunt. Factū est ergo gau
dium magnū in illa ciuitate. Alle
lupa. ꝟ. Emitte spiritū tuum. Alla. ꝟ.
Factus est repente de celo sonus adueni
entis spiritus vehementis. Sequētia.

ALma chorus dn̄i nunc pā-
gat nomina sūmi. Messi-
as sother emmanuel sabaoth ado
nay. Est vnigenitus via vita ma
nus omousyon. Principium pri-
mogenitus sapientia virtus. Al
pha caput finisqꝫ simul vocitatur
et est oo. Fons et origo boni para-
clitus ac mediator. Agnus ouis
vitulus serpens aries leo vermis
Os verbū splendor sol gloria lux
et ymago. Panis flos vitis mons
ianua petra lapisqꝫ. Angelus et
spons⁹ pastorqꝫ propheta sacerdos
Athanathos kyrios theō pāthon
crathon et ysus. Saluificet nos.
Sit cui secla. Per omia doxa. Se

IN cundum lucam. ix. capitulo
Illo tempore. Conuocatis
iesus duodecim discipulis: dedit il
lis virtutem et potestatem super
omnia demonia: et vt languores
curarent. Et misit illos predicare
regnū dei: et sanare infirmos. Et
ait ad illos. Nichil tuleritis i via:
neqꝫ virgā neqꝫ perā: neqꝫ panē:
neqꝫ pecuniā: neqꝫ duas tunicas
habeatis. Et in quācūqꝫ domum
intraueritis: ibi manete: et inde ne
exeatis. Et quicunqꝫ non recepe-
rint vos: exeuntes de ciuitate illa:
etiam puluerē pedum vestrorum
excutite in testimoniū supra illos
Egressi autē circuibant per castel
la euangelisātes: et curātes vbiqꝫ
Credo. Offertor. Confirma hoc de⁹

VIrtute sc̄ti spūs dn̄e Sec.
munera nostra continge:
vt qd̄ solennitate presenti tuo no-
mini dedicauit: et intelligibile no
bis faciat et eternū. P In vnita.
e⁹ d Coio. Factus est repēte. Postcō.

SAcrificijs celestibus quesu
mus domie operante spiri-
tu sancto vicia nostra purgentur.
vt muneribꝫ tuis sēp possim⁹ ap-
tari. Per. In vni. ei⁹ d. Fe. vj. off.

R. Repleatur os meum laude tua alleluya vt possim cantare alleluya: gaudebunt labia mea dum cantauero tibi all'a. alleluya. ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iusticia tua libera me et eripe me. Oratio.

Da quesumus ecclesie tue misericors deus: vt spiritu sancto congregata: hostili nullatenus incursione turbetur. Per do. In vni. eius d.

Lectio actuum apostolorum. ij. ca°:

In diebus illis: Aperiens petrus os suum: dixit. Uiri israelite: audite verba hec. Iesum nazarenum: virum approbatum a deo in vobis virtutibus et prodigijs et signis que fecit per illum deus in medio vestri sicut vos scitis: hunc definito concilio et prescientia dei traditum per manus iniquorum affigentes interemistis: quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo David enim dicit in eum. Prouidebam dominum coram me semper: quoniam a dextris est michi ne commouear Propter hoc dilatatum est cor meum et exultauit lingua mea insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas michi fecisti vias vite: replebis me iocunditate: cum facie tua. Allelupa V. Emitte spiritum. Allelupa. V. Spiritus domini repleuit orbem terrarum et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Sequentia.

Laudes deo deuota. Dulci voce ac sonora. Plebs resultet catholica. Spiritus sancti gratia. Apostolis die hodierna. In igneis linguis est infusa. Paracliti presentia Emundet nos a peccati macula. Pura sibi aptans habitacula. Carismatum ac munera. Pectoribus nostris pius infundat. Uita nostra ei vt complaceat. Per seculorum secula. Conclamemus alleluya. Sit deo laus potestas honor virtus et gloria. S. lucam. v. capitulo.

In illo tempore Factum est in vna dierum: et iesus sedebat docens. Et erant pharisei sedentes et legis doctores qui venerant ex omni castello galilee et iudee et hierusalem: et virtus domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri in lecto portantes hominem qui erat paraliticus: et querebant eum inferre et ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent pre turba: ascenderunt supra tectum: et per tegulas submiserunt illum cum lecto in medio ante iesum. Quorum fidem vt vidit: dixit. Homo / remittuntur tibi peccata tua Et ceperunt cogitare scribe et pharisei: dicentes. Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Ut cognouit autem iesus cogitationes eorum: respondens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata: an dicere: surge et ambula? Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: ait paralitico. Tibi dico surge tolle lectum tuum: et vade in domum tuam.

Et confestim surgēs coram illis: tulit lectū in quo iacebat: et abijt in domū suā magnificans deum. Et stupor apprehendit omnes: et magnificabant deum. Et repleti sūt timore dicētes: quia vidimus mirabilia hodie. Credo. Offerto. Lauda anima mea dñm laudabo dñm in vita mea psallā deo meo q̄diu ero alla.

Sacrificia dñe tu Secreta. is oblata conspectibus: ille ignis diuin⁹ assumat: qui discipulorum christi tui per spiritum sanctum corda succendit. Per eundē. In vnitate eiusdē. Coio. Spiritus vbi vult spirat et vocem eius audis alla: sed nescis vnde veniat aut quo vadat alleluya alleluya. Postcōmu.

Concede quesumus oīps deus: vt huius perceptione sacramēti ita nr̄e fragilitatis vicia expurgentur: quatenus per spm̄ sanctū repromissum i nobis donum tue gratie sentiamus. Per dominum In vnitate eiusdem. Sabbato quattuor temporum. Officium.

Caritas dei diffusa est i cordibus vestris alleluya per inhabitātem spiritū eius in vobis alleluya alleluya. ps. Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Kyrie eleyson. solenniter dicitur absq̄z. ℣ Sequat Gloria in excelsis sicut infra oct. cum regimine chori. Omnes orationes sīn Dñs vobiscum dicitur preter vltimā que est ante epistolā: sed tantū cū Oremus. Et oīs lectiones cum suis titulis legantur ad gradū chori in suppellicijs. Prima vero lectio ab acholito et alie a clericis de secunda forma legantur: tamen quinta lectio ab aliquo de superiori gradu legat. Et sigula Alleluya. a duobus pueris in suppellicijs ibidem cantentur sine repetitione. Alla. post suū. ℣. Oratio.

Mentibus nostris quesum⁹ dñe spiritum sanctum benignus infunde: cuius et sapientia conditi sumus: et prouidentia gubernamur. Per. In vni. eiusd. Lectio iohelis prophete. ij. capit.

Hec dicit dñs deus. Effundā spiritum meū super omnē carnem: et prophetabunt filij vestri et filie vestre. Senes vestri sōnia somniabunt: et iuuenes vestri visiones videbunt. Sed et super seruos meos: et ancillas meas in diebus illis effundam de spū meo et dabo prodigia in celo sursū et signa in terra deorsū sanguinem et ignē et vaporē fumi. Sol conuertet in tenebras: et luna in sanguinē/ anteq̄ veniat dies dñi magn⁹ et manifestus. Et erit. Omīs quicunq̄z inuocauerit nomen dñi: saluus erit. Alleluya. ℣. Emitte spiritū tuum. non repetatur Alla. post ℣. sed dicitur Orem⁹ Oratio.

Illo nos igne quesumus domine spūs sanctus inflamet: quē dominus noster iesus christus misit in terram: et voluit vehementer accendi. Qui tecum viuit et regnat. In vnitate eiusdē spiritus. Lectio libri leuitici. xxiij. capitulo

In diebus illis: Locutus est dñs ad moysē: dicēs. Loque

re filijs israel: et dices ad eos. Cũ ingressi fueritis terrã quã ego dabo vobis: et messueritis segetem: feretis manipulos spicarũ primicias messis vestre ad sacerdotem. Qui eleuabit fasciculũ coram domino vt acceptabilis sit pro vobis altero die sabbati: et sanctificabit illũ. Numerabitis ergo ab ipso die in quo obtulistis manipulos primitiarum septem ebdomadas plenas: vsqz ad alterã diem expletionis ebdomade septime: et sic offeretis sacrificiũ nouũ dño: ex omibus habitaculis vrĩs. Panes primitiarũ duos ex duabus decimis simile: quos eleuabit sacerdos coram dño: et vocabitis hũc diem celeberrimũ atqz sanctissimũ. Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sẽpiternũ erit in cũctis habitaculis et generationibz vestris. Dicit dñs omps. Allelupa. ℣. Veni sancte spiritus reple tuorũ corda fidelium: et tui amoris in eis ignẽ ac-

Deus qui ob ani Or. cende. marũ medelam ieiunij deuotione castigari corpora precepisti/concede nobis propicius: et mẽte et corpore semper tibi esse deuotos. Per dñm nostrũ iesũ christũ filium tuũ. Lectio libri deuteronomij. xxvj. ca.

In diebus illis Dixit moyses filijs isrl'. Audi israel: que ego precipio tibi hodie. Cũ intraueris terram quã dñs deus tuus daturus est tibi possidendam et obtinueris eam: atqz habitaueris in ea: tolles de cũctis frugibus tuis primitias: et pones in cartallo: pgesqz ad locũ quem elegerit dñs deus tuus vt ibi inuocetur nomen eius: accedesqz ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis: et dices ad eũ. Profiteor hodie coram dño deo tuo qui exaudiuit nos: et respexit humilitatẽ nostrã et laborẽ nostrũ atqz angustias: et eduxit nos de terra egipti: ĩ manu forti et brachio extento: in ingenti pauore: in signis atqz portẽtis: et introduxit nos ad locũ istum: et tradidit nobis terram lacte et melle manantẽ. Et idcirco nunc offero primitias frugum terre: quam dñs deus tuus dedit michi. Et dimittes eas in cõspectu dñi dei tui: et adorato domino deo tuo: epulaberis in omibus bonis: que dñs deus tu⁹ dederit tibi. Allelupa ℣. Loquebantur varijs linguis apostoli ma- gnalia dei.

Presta que- Or. sumus omps deus: vt salutaribus ieiunijs eruditi ab omibz etiã vicijs abstinẽtes: propiciationem tuam facilius impetremus. Per d. Lcõ libri leuitici. xxvj. ca°.

In diebus illis: Dixit dñs ad moysẽ Loquere filijs israel: et dices ad eos. Si ĩ preceptis meis ambulaueritis: et mãdata mea custodieritis: et feceritis ea: dabo vobis pluuias tẽporibz suis: et terra gignet germẽ suũ et pomis arbores replebuntur. Apprehendet messiũ tritura vindemiã: et vindemia occupabit sementẽ. Et comedetis panem vestrũ in saturitate: et absqz pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus

vestris/dormietis: et non erit qui exterreat. Auferã malas bestias a vobis: et gladius non transibit terminos vestros. Persequẽtur quinqꝫ de vestris centum alienos: et cẽtum de vobis decẽ milia. Cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio. Respiciam vos et crescere faciã: multiplicabimini et firmabo pactũ meũ vobiscũ. Comedetis vetustissima veterũ: et vetera nouis superuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculũ meũ in medio vestri: et nõ abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos: et ero vester deus vosqꝫ eritis populus meus. Dicit dñs omps. Alleluya. ℣. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis.

Presta quesumus om Or. nipotens de?: sic nos ab epulis carnalibꝫ abstinere: vt a vicijs irruẽtibus pariter ieiunemus. P. do. Lcõ danielis prophete. iij. ca.

Angelus dñi descẽdit cum azaria et socijs eius in fornacẽ: et excussit flamã ignis de fornace: et fecit mediũ fornacis quasi ventũ roris flantem. Flama autem diffusa est super fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ: et incendit quos reperit iuxta fornacẽ de chaldeis ministros regis: qui eam incẽdebant. Illos aũt omino non tetigit ignis: neqꝫ contristauit nec quicq̃ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabãt et glorificabant et benedicebant deum in fornace dicentes. Benedictus es domine deus patrũ nostrorũ: et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. Et benedictũ nomẽ glorie tue: quod est sanctũ et laudabile et superexaltatum in omibus seculis. Benedictus es in templo sancto glorie tue: et superlaudabilis et supergloriosus i secula. Benedictus es in throno regni tui: et superlaudabilis et superexaltatus in secula Benedictus es super sceptrũ regni diuinitatis tue: et superlaudabilis et superexaltatus in secula. Benedictus es qui intueris abyssos et sedes super cherubin: et laudabilis et superexaltatus in secula Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum et super vndas maris: et suplaudabilis et superexaltatus i secula. Benedict? es in firmamento celi: et laudabilis et gloriosus in secula. Benedicite oĩa opera dñi domino: benedicite celi dño: benedicite angeli domini dño: hymnũ dicite et superexaltate eũ in secula. Benedicite aque oms que super celos sunt domino: benedicite omnes virtutes dñi domino: benedicite sol et luna dño: hymnũ dicite et superexaltate eum in secula. Benedicite stelle celi dño: bñdicite ymber et ros dño: benedicite omis spũs dei domino: hymnũ dicite et superexaltate eũ i secula. Benedicite ignis et estus domino: bñdicite noctes et dies domĩo: benedicite tenebre et lumen dño: hymnũ dicite et superexaltate eum in secula. Benedicite frigus et cauma dño: benedicite pruina et niues domĩo: bene

dicite fulgura et nubes dño: hymnũ dicite et superexaltate eũ in secula. Benedicat terra dñm: benedicite montes et colles dño: benedicite oĩa nascẽtia terre dño hymnũ dicite et superexaltate eũ in secula. Benedicite maria et flumĩa dño: benedicite fontes dño: benedicite cete et oĩa que mouentur in aquis dño: hymnũ dicite et superexaltate eum in secula. Benedicite volucres celi dño: benedicite bestie et vniuersa pecora dño: benedicite filij hominũ dño: hymnũ dicite et superexaltate eũ in secula. Benedicat israel dñm: benedicite sacerdotes dñi dño: benedicite serui domini dño: hymnũ dicite et superexaltate eum in secula. Benedicite spũs et anime iustorũ dño: benedicite sancti et humiles corde dño: hymnũ dicite et superaltate eum in secula. Benedicite anania azaria misael dño: hymnũ dicite et superexaltate eũ in secula. Allelupa. V. Benedictus es domine deus patrum nostrorũ: et laudabilis in secula. non repetatur. Allelupa. Sequatur Dominus vobiscũ. cũ Oremus Or

Deus qui tribus pueris mitigasti flamas igniũ: cõcede propicius: vt adueniẽte spiritu sancto nos famulos tuos non exurat flama viciorũ. Per do. In vnitate eiusd. Lcõ actuũ apo. xiij. ca.

In diebz illis: Conuenit vniuersa ciuitas audire verbũ dei. Uidentes autẽ turbas iudei repleti sunt zelo: et contradicebant his que a paulo dicebãtur blasphemantes. Tũc constanter paulus et barnabas dixerũt. Uobis oportebat primũ loq̃ verbũ dei sed quoniam repulistis illud et indignos vos iudicastis eterne vite: ecce cõuertimur ad gẽtes. Sic enĩ nobis precepit deus. Posui te in lucem gentibus vt sis ĩ salutem vsq3 ad extremũ terre. Audientes autem gentes gauise sũt: et glorificabãt verbum dñi: et crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam eternam. Dissemĩabatur autem verbũ domini per vniuersã regionem. Iudei aũt concitauerunt religiosas mulieres et honestas: et primos ciuitatis: et excitauerunt persecutionem in paulũ et barnabam: et eiecerũt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedũ in eos: venerũt yconium. Discipuli quoq3 replebantur gaudio: et spiritu sãcto. Et legatur in pulpito qua lecta duo clerici de supiori gradu in cappis sericis ibidem dicãt. Allelupa. V. Laudate dñm omnes gentes: et collaudate eum oẽs populi. Sequentia. Alma chorus. vt s̃ in quinta feria. Secundum lucã. iiij. ca°.

In illo tẽpore: Surgens iesus de synagoga itroiuit in domum symonis. Socrus autem symonis: tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stãs super illam imperauit febri: et dimisit illam. Et cõtinuo surgẽs ministrabat illis. Cũ autẽ sol occidisset: omnes qui habebãt infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum. At ille singu

lis manus imponēs: curabat eos. Exibāt autem demonia a multis clamantia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpās non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum esse christū Facta autē die egressus ibat in desertum locū: et turbe requirebant eū. Et venerūt usque ad ipsū: et detinebāt illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus oportet me euāgelizare: regnū dei. Credo. Offertorium. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in cōspectu tuo domine allelu ya. Secreta.

MItte domine quesumus spiritū sanctum qui et hec munera presentia tuū nobis efficiat sacramētum: et ad hoc percipiēdū: nostra corda purificet. Per. In uni. eiusdem. Coio. Non vos relinquam orphanos veniam ad vos iterum allelu ya: et gaudebit cor vestrū allelu ya allelu ya. Postcō.

PRebeant nobis dn̄e diuinū tua sācta feruorem/quo eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per. In die sancte trinitatis ad missam. Offīm.

Benedicta sit sancta trinitas atque indiuisa vnitas cōfitebimur ei quia fecit nobiscū misericordiā suam. Ps. Benedicamus patrem et filium cū sctō spū. Non dr̄ ulterius. Or.

OMnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere: et in potētia maiestatis adorare vnitatē: quesumus vt eiusdē fidei firmitate/ab omibus semper muniamur aduersis. In qua vi. et reg. deus. Per omnia. Lectio libri apocalipsis bti iohan. apli. iiij.

IN diebus illis: Uidi ostium apertū in celo: et vox prima quam audiui tanquam tube loquētis mecū dicens. Ascende huc: et ostēdā tibi que oportet fieri cito. Post hec statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo: et supra sedem sedēs. Et qui sedebat: similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardinis. Et yris erat in circuitu sedis: similis visioni smaragdine. Et in circuitu sedis sedilia viginti quattuor et super thronos vigintiquattuor seniores sedentes circūamicti vestimentis albis: et in capitibus eorum corone aureee. Et de throno procedebāt fulgura: et voces et tonitrua. Et septem lampades ardentes ante thronū: qui sūt septem spūs dei. Et in conspectu sedis tanquam mare vitreū: simile cristallo. Et in medio sedis: et in circuitu sedis quattuor animalia plena oculis āte et retro. Et animal primū simile leoni. Et secundū aial: simile vitulo. Et tercium animal: habēs faciem quasi hois. Et quartum aial: simile aquile volāti. Et quattuor animalia: singula eorū habebant alas senas. Et in circuitu et intus plena sunt oculis: et requiem nō habebāt die ac nocte dicentia. Sanctus: sanctus: sāctus dn̄s deus omnipotēs qui erat et qui est: et qui venturus est. Et cū darēt illa aialia gloriam et honorē et benedictionem sedēti super thronū

viuenti in secula seculoꝝ ꝓcide bant vigīti quattuoꝛ senioꝛes ante sedentē in thꝛono. Et adoꝛabāt viuentē: in secula seculoꝝ. Grad. Benedictus es dn̄e qui intueris abyssos et sedes super cherubi. ℣. Benedicite deum celi qꝛ fecit nobiscū misericoꝛdiā suam. Alleluya. ℣. Benedictus es domine deus patrum nostroꝝ et laudabilis in secula. Sequētia.

Benedicta sit beata trinitas deitas eterna pariter coequalis glīa. Deꝰ genitoꝛ natus genitus cū sacro neumate permanēs sup om̄e quod extat. Quibꝫ est vna sēper volūtas et a se discrepat haud vnq̄ triplicata ꝑsona. Nā constat deitas vna nō in tres deos diuisa qđ fides fatetur a xp̄o oꝛthodoxe edita. Hec nanqꝫ pellit delicta patriā cedit serenā qua dulcem iubilāt agmina symphoniā celica. Alti thꝛoni vestigia imitantur stolis candidata Operiſiturqꝫ binas quas captāt post secli discrimina Et nos quos illustrat gratia dei supera demus nostra debita. Quatenus caterua celica nobꝭ maneat post funera socia. Ultimoqꝫ peracto discrimine possimꝰ alto perfrui mox palatio. Quo perspicua flagrat lux accensa constanti flama que deus est visio nostra et salꝰ eterna. Angeloꝝ que illustrat foꝛtiter pectoꝛa. Ut in xp̄o solo sua defigāt lumia. Hec nanqꝫ est illa sitis flagrās qua tūc sitient anime sanctoꝛum vel coꝛpoꝛa. Cum fuerit data perpetua eis pꝛo bonis a iudice pꝛemia. Secundum iohannem. iij. capitulo.

In illo tempoꝛe: Erat homo ex phariseis nicodemus nomine: pꝛinceps iudeoꝝ. Hic venit ad iesū nocte: et dixit ei. Rabi: scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cū eo. Respōdit iesus: ⁊ dixit ei. Amē amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo: non potest videre regnū dei. Dixit ad eum nicodemꝰ: Quomodo potest homo nasci cū sit senex? Nunquid potest in ventrē matris sue iterato introire et renasci? Rn̄dit iesꝰ. Amen amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua et sp̄u sancto: non potest introire in regnū dei. Quod natum est ex carne: caro est Et quod natū est ex spiritu: sp̄us est. Non mireris quia dixi tibi: opoꝛtet vos nasci denuo. Sp̄us vbi vult spirat: ⁊ vocē eius audis: sed nescis vnde veiat aut quo vadat. Sic est oīs: qui natus est ex spiritu. Respondit nichodemus: et dixit ei. Quomodo possūt hec fieri? Respondit iesus: et dixit ei. Tu es magister ī israel: et hec ignoꝛas? Amen amen dico tibi: qꝛ qđ scimus loq̄mur: et qđ vidimus testamur: et testimonium nostrum nō accipitis. Si terrena dixi vobis et nō creditis: quō si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celū nisi qui descēdit de celo: filius hoīs qui est ī celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem ī deserto: ita exaltari opoꝛtet filiū hoīs / vt oīs qui credit in ipso nō pereat sed habeat vitā eternā.

Offertorium. Benedictus sit deus pa
ter vnigenitusq; dei filius: sanctus quo-
q; spirit⁹ quia fecit nobiscum misericor-
Sanctifi diam suam. Secre.
ca quesumus dñe deus tri-
nitas sancta per tui sancti nois in
uocationē huius oblationis hosti
am: et per eā nosmetipsos tibi per
fice munus eternū. Qui viuis et
regnas deus. P. Prefatio. Qui cū
vnigenito. Coio. Benedicimus deū
celi et corā oibus viuētibus cōfitebimur
ei quia fecit nobiscū misericordiā suam.
Proficiat nobis ad Postcō.
salutem corporis et anime
dñe deus huius sacramenti susce-
ptio: et sēpiterne sancte trinitatis
eiusdēq; indiuidue vnitatis con-
fessio. In qua vi. Per totam ebdo
madā fiat mēoria de trinitate ad
missam de die nisi i festo corporis
christi: et dicitur missa de trinitate
quādo de trinitate fit seruitiū: ni-
si missa Salus populi. dicenda fue-
rit per ebdomadā. In festo corpo-
ris christi. Ad missam. Officium.
Cibauit eos ex adipe frumē
ti alleluya et de petra mel-
le saturauit eos alleluya al
leluya all'a. ps. Exultate deo adiuto-
ri nostro: iubilate deo iacob. Et dicat
Kyrie fons bonita. Oratio.
Deus q̄ nobis sub sacramen
to mirabili passionis tue memori
am reliquisti tribue quesum⁹: ita
nos corporis et sāguinis tui sacra
misteria venerari: vt redemptio-
nis tue fructum in nobis iugiter
sentiamus. Qui viuis et regnas
cum deo patre in vnitate spiritus
sancti. j. Ad corinthios xj. capitu.
Fratres: Ego enim accepi
a domino quod et tradidi
vobis: quoniam domin⁹ iesus in
in qua nocte tradebat / accepit pa
nem et gratias agens fregit et di-
xit. Accipite et māducate. Hoc est
corpus meū quod pro vobis trade
tur: hoc facite in meā commemo-
rationē. Similiter et calicē postq̄
cenauit: dicens. Hic calix nouum
testamentum est in meo sanguie.
Hoc facite quotienscūq; sumitis
in meam ꝯmemorationem. Quo
tienscunq; enim māducabitis pa
nem hunc et calicem bibetis: mor
tem domini annunciabitis donec
veniat. Itaq; quicunq; mandu-
cauerit panem vel biberit calicem
domini indigne: reus erit corpo-
ris et sanguinis domini. Probet
autem seipsum homo: et sic de pa
ne illo edat: et de calice bibat. Qui
enim manducat et bibit indigne /
iudicium sibi manducat et bibit:
non diiudicans corpus dñi. Gra-
duale. Oculi omnium in te sperant do-
mine et tu das illis escā in tempore opor
tuno. ℣. Aperis tu manū tuam et īples
omne animal benedictione. Alleluya. ℣.
Caro mea vere est cibus et sanguis me-
us vere est potus qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem ī me
manet et ego in eo. Sequentia.
Lauda syon saluatorem lau
da ducē et pastorem ī hym-
nis et cāticis. Quātum potes tan
tū gaude: quia maior omi laude:
nec laudare sufficis. Laudis the-
ma specialis: panis viu⁹ et vitalis:

hodie proponitur Quem in sacre
mēsa cene turbe fratrū duodene:
datū nō ambigitur. Sit laus ple-
na sit sonora: sit iocunda sit deco-
ra: mētis iubilatio. Dies enim so-
lēnis agit in qua mēse prima reco
litur huius institutio In hac men
sa noui regis/ nouū pascha/ noue
legis/ phase vetus terminat. Ve-
tustatē nouitas vmbrā fugat veri
tas: noctē lux illuiat. Quod in ce-
na christus gessit: faciendū hoc ex
pressit i sui memoriā Docti sacris
istitutis: panē vinū in salutis: cō-
secramus hostiā. Dogma dat chri
stianis: q in carnē trāsit panis: et
vinū in sanguinē. Qd non capis
quod nō vides: animosa firmat fi
des: preter rer ordinē. Sub diuer
sis speciebz: signis tm̄ et nō rebz:
latent res eximie. Caro cibus san-
guis potus: manet tamē xp̄s tot⁹
sub vtraqz specie. A sumēte nō cō
cisus non confractus nō diuisus:
integer accipitur. Sumit vn⁹ su-
mūt mille quātum isti tātum ille
nec sūpt⁹ consumit Sumūt boni
sumūt mali: sorte tñ iequali: vite
vel interitus. Mors est malis vita
bonis: vide paris sūptionis q̄ sit
dispar exitus. Fracto demū sacra
mēto ne vacilles sed memēto tan
tū esse sub fragmēto quantū toto
tegit. Nulla rei fit scissura: signi
tm̄ fit fractura: qua nec stat⁹ nec
statura signati minuitur Ecce pa
nis angelorū: factus cibz viatorū:
vere panis filiorū nō mittēdus ca
nibus. In figuris presignat: cum
ysaac imolat: agnus pasche depu
tatur: dat manna patribz. Bone
pastor panis vere: iesu nr̄i miserē
tu nos pasce nos tuere tu nos bo-
na fac videre i terra viuentiū Tu
qui cūcta scis et vales: q nos pascis
hic mortales: tu nos ibi cōmēsales:
coheredes et sodales: fac scōrū ciuiū.

IN illo tpe: Di S. iohēm vi.
Dixit iesus dis. suis et turbis iu
deorū. Caro mea vere est cibus: et
sāguis meus vere est potus. Qui
māducat meā carnē et bibit meū
sanguinē: i me manet/ et ego in il
lo. Sicut misit me viuēs pater: et
ego viuo propter patrē. Et q man
ducat me: et ipse viuet propter me
Hic est panis qui de celo descēdit.
Nō sicut māducauerūt patres vr̄i
manna in deserto et mortui sunt.
Qui māducat hūc panē: viuet in
eternū. Offer. Sacerdotes dn̄i incen
sum et panes offerūt deo et ideo scti erūt
deo suo et non pollueāt nomen eius alla.

Ecclesie tue q̄s dn̄e Secre.
vnitatis et pacis propicius
dona concede: que sub oblatis mu
neribus mystice designātur. Per.
Prefatio. Qr per incarnati. Hec
prefa. dr per totas oct. qñ de octa.
fit seruitiū: et in cōmemoratione eius
per totum annū. Cōmunio. Quo
tienscūqz manducabitis panē hunc et ca-
licem bibetis mortem dn̄i annunciabitis
donec veniat: itaqz quicūqz manducaue
rit panē vel biberit calicē domini idigne:
reus erit corporis et sāguinis domini al-
leluya. Postcommunio.

Fac nos quesumus domine
diuinitatis tue sempiterna fruitio-
ne repleri: quam preciosi corporis

et sāguinis tui tempozalis perce-ptio prefigurat. Qui viuis et re-gnas cum deo patre. Per totam ebdomadam dicitur eadem missa quando de octa. fit seruitium sed sine sequentia. et Credo. Ubi fiūt octa. cum regimie chori dicitur sequentia. Ecce panis angelozum. quotidie per octa. et in octa. quando de oct. fit missa. Dominica prima post festum sancte trinitatis.

Ad missam. Officium.

Domine in tua misericor-dia speraui: exultauit cor meum in salutari tuo cantabo domino qui bona tribuit michi. Ps. Usqz quo domine obliuisceris me in finē: usqz quo auertis faciem tuā a me. Or.

Deus in te sperātium forti-tudo: adesto propicius iuo-cationibus nostris: et quia sine te nichil potest moztalis īfirmitas: presta auxiliū gratie tue: vt in exequendis mandatis tuis / et voluntate tibi et actione placeam?. Per

Memozia de trinitate fiat omnibus dominicis vsqz ad aduentum domini: nisi quando aliqua dominica oīno differatur. Notandum est qꝫ quando duplex festū per estatem in dominica contigerit: nulla de dominica fiat memozia ad missam: licet aliquando pro necessitate facta fuerit memozia ad vesperas et ad matutinas sub silentio: vt alias dictum est: sed quando fit de aliquo festo nouem lectio. in dominicis sēper fiat mēozia de dominica et de trinitate ad missā qsi ad vs̄ et ad matu. fctā fuerit mēozia nisi missa dn̄icalis debeat cantari ip̄a dn̄ica ī capitulo. j. Lcō epistole btī iohannis apostoli. iiij. capi.

Carissimi: Deus caritas est. In hoc apparuit caritas dei in nobꝫ qm̄ filiū suū vnigenitum misit deus ī mundū: vt viuamus per eū. In hoc est caritas: non quasi nos dilexerimus deū: sed quoniam ipse prior dilexit nos: et misit filiū suū ꝓpiciationē pro pctis nostris. Carissimi / si de? dilexit nos: et nos debemus alterutrū diligere. Deū nemo vidit vnq̄. Si diligamus inuicē: deus in nobis manet: et caritas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus qm̄ in eo manemus: et ip̄e in nobis / qm̄ de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus ꝛ testificamur: qm̄ pater misit filiū suum saluatorē mūdi. Quisquis confessus fuerit quoniam ies? est filius dei: deus in eo manet et ipse in deo. Et nos cognouimus ꝛ credidimus caritati: quam habet deus in nobis. Deus caritas est: et qui manet in caritate / in deo manet: et deus in eo. In hoc perfecta est caritas dei nobiscū vt fiduciā habeamus ī die iudicij: quia sicut ille est ꝛ nos sumus in hoc mūdo. Timor non est in caritate: sed perfctā caritas foras mittit timorem: quoniam timor penam habet. Qui autem timet: non est perfectus ī caritate. Nos ergo diligamus deū: qm̄ ip̄e prior dilexit nos Si quis dixerit quoniā diligo deū: et fratrem suū oderit: mendax est. Qui enim nō diligit fratrem suū

quem videt: deũ quem non videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatũ habemus a deo: vt qui diligit deũ diligat & fratrem suũ. Graduale. Ego dixi domine miserere mei: sana aĩam meam quia peccaui tibi. ℣. Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dominus Alleluya. ℣. Verba mea auribus percipe dñe intellige clamorẽ meũ Nulla dicitur sequentia quando de dominica agitur vsq; ad aduẽtum domini. S. lucam. xvj. capi.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc Homo quidam erat diues & induebatur purpura et bysso: et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine lazarus/ qui iacebat ad ianuã eius vlceribus plenus: cupiens saturari de micis que cadebãt de mensa diuitis: & nemo illi dabat. Sed et canes veniebant: et lingebant vlcera eius. Factũ est autem vt moreretur mendicus: et portaretur ab angelis in sinũ abrahe. Mortuus est autem et diues: et sepultus est in inferno. Eleuans autẽ oculos suos cum esset in tormẽtis: vidit abraham a longe: et lazarum in sinu eius. Et ipse clamãs: dixit. Pater abraham miserere mei: et mitte lazarũ vt intingat extremũ digiti sui in aqua: vt refrigeret linguã meã: q2 crucior in hac flama. Et dixit illi abrahã. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua: et lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter vos et nos chaos magnũ firmatũ est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos nõ possint neq; inde huc trãsmeare Et ait Rogo ergo te pater: vt mittas eũ in domũ patris mei. Habeo eni quinq; fratres: vt testetur illis/ ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi abraham. Habent moysem et prophetas: audiant illos. At ille dixit. Nõ pater abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos: penitẽtiam agent. Ait autem illi. Si moysen et prophetas non audiunt: neq; si q̃s ex mortuis resurrexerit credẽt. Offertorium. Intende voci orationis mee rex meus & deus meus quoniam ad te orabo domine. Secreta.

Deus qui nos ad ymaginẽ tuam conditos: et sacramentis renouas & preceptis/ supplicum preces et munera benignus accepta: vt qđ fiducia non habet meritorũ: placationes obtineant hostiarũ. Per. Communio. Narrabo omnia mirabilia tua letabor et exultabo ĩ te psallam nomini tuo altissime. Postcõio.

Tantis domine repleti muneribus presta quesumus: vt et salutaria dona capiamus: et a tua nunq̃ laude cessemus. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuũ. Feria. iiij. ij. Lectio epistole beati petri apostoli. j. capitulo.

Charissimi: Non . . . tam fecimus vobis domini nostri iesu christi virtutẽ et prescientiam: sed speculatores facti ipsius magnitudinis Accipiẽs eni

a deo patre honorē et gloriā voce delapsa ad eū huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus: i quo michi ꝯplacui ipsi audite. Et hanc vocē nos audiuimus allatā de celo: cū essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorē propheticum sermonem: cui benefacitis attendētes quasi lucerne lucēti i caliginoso loco. donec dies illucescat et lucifer oriatur in cordibus vestris.

Secundum matheum. v. capitu.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Nolite putare quia veni soluere legē aut prophetas: nō veni soluere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec transeat celum et terra: iota vnum aut vnus apex non preteribit a lege: donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines: minimus vocabitur i regno celoꝝ. Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabit in regno celorum. Dñica secunda. Offm.

Factus est dominus protector meus et eduxit me i latitudinē: saluum me fecit quoniam voluit me. ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus. Oratio.

Sancti nominis tui domine timorē pariter et amorem fac nos habere perpetuum: quia nūquam tua gubernatione destituis: quos i soliditate tue dilectionis instituis. Per dominum nostrū iesum christum. .j. Lectio epistole beati iohannis apostoli. iij. capitulo.

Carissimi: Nolite mirari si odit vos mundus. Nos scimus quoniam trāslati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis quoniam omis homicida: non habet vitam eternam in se manentem. In hoc cognoscimus caritatem dei: qm̄ ille pro nobis animā suam posuit/ et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem patientem: et clauserit viscera sua ab eo/ quomodo caritas dei manet in eo? Filioli mei: non diligamus verbo neque lingua/ sed opere et veritate. Graduale. Ad dominum cum tribularer clamaui et exaudiuit me. ℣. Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa. Allelupa. ℣. Deus iudex iustus fortis et patiens nunquid irascitur per singulos dies. Secundum lucam. xiiij. capitulo.

In illo tempore: Dixit ies9 discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam fecit cenam magnam: et vocauit multos. Et misit seruū suum hora cene dicere iuitatis vt venirēt: quia iam parata sunt omnia. Et ceperunt simul oēs excusare. Primus dixit illi. Villā emi: et necesse habeo exire et videre illā. Rogo te habe me excusatū. Et alius dixit. Iuga boum emi quinque: et eo pro

bare illa. Rogo te: habe me excu sa tū. Et alter dixit. Uxorem duxi: et ideo nō possū venire. Et reuersus seru⁹: nūciauit hec dño suo. Tūc iratus paterfamilias: dixit seruo suo. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis et paupes ac debiles: cecos et claudos introduc huc. Et ait seruus. Dñe factū est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi i vias et sepes et cōpelle intrare: vt impleat domus mea. Dico aūt vobis ꝙ nemo virorū illorū q̄ vocati sūt: gustabit cenā meam. Offer. Dñe cōuertere et eripe aīam meā saluū me fac propter miam tuā. Se. Oblatio nos domine tuo noi dicanda purificet ꝛ de die in diē ad celestꝭ vite transferat actionem. Per do. Coio. Cantabo domino qui bona tribuit michi et psallam nomini domini altissimi. Postcōmu. Sumptis domine muneribus sacris q̄sumus: vt cum frequētatione misterij crescat nostre salutis effectus. Per dominū Feria. iiij. Ep̄la ad ephesios. iiij. Fratres: Hoc dico et testificor in domino: vt iam non ambuletis sicut et gētes ambulāt in vanitate sensus vestri: tenebris obscuratū habentes intellectum: alienati a vita dei per ignorantiā que est in illis: propter cecitatē cordis ipsorꝝ. Qui desperātes semetipsos tradiderunt impudicicie in operationē immūdicie oīs in auariciam Uos aūt non ita didicistis christū: si tamen illū audistis: ꝛ in ipso edocti estis: sicut ꝫ veritas in iesu. Deponite vos secundū pristinam conuersationē veterē hominem: qui corrūpitur secūdum desyderia errorꝭ. Renouamini aūt spiritu mētis vestre: et induite nouum hominē: qui secundū deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. In christo iesu: domino nostro. Secundum marcum In illo tempo xxi. capitulo. re: Cum venisset iesus in tēplum: accesserūt ad eū principes sacerdotū et seniores populi/ dicētes. In qua potestate hec facis: et quis dedit tibi hanc potestatē? Respondens iesus: dixit eis. Interogabo vos et ego vnū sermonem: quem si dixeritis michi: et ego vobis dicā in qua potestate hec facio Baptismus iohānis vnde erat: de celo an ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes. Si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Si autē dixerim⁹ ex hominibus: timemus turbam. Omnes enim habebant iohānem: sicut prophetam. Et respondentes iesu: dixerunt. Nescimus. Ait illis: et ipse. Neq ego dico vobis i qua potestate: hec facio.

Dominica tercia. Offm. Respice i me et miserē mei dñe q̄m vnicus et pauper sū ego vide hūilitatem meā et laborem meū et dimitte omnia peccata mea deus meus. p̄s. Ad te dñe leuaui animam meam deus meus in te confido non erubescam. Oratio. Deprecationē nostrā q̄sum⁹ domie benignus exaudi: et

quibus supplicandi prestas affe-
ctum: tribue defensionis auxiliū.
Per dominum. ij. Lectio episto
le beati petri apostoli. ultimo ca.
C Harissimi: Humiliamini sub
potenti manu dei: ut vos ex
altet in tpe visitationis. Omnem
sollicitudinē vestrā proijciētes in
eū: qm ipsi cura est de vobis. So-
brij estote et vigilate: qz aduersari
us vester diabolus tanq̄ leo rugi-
ens circuit querens quē deuoret.
Cui resistite fortes in fide: sciētes
eandē passionē ei que in mūdo est
vestre fraternitati fieri Deus aūt
oīs gratie qui vocauit vos in eter
nā suam gliam in xp̄o iesu modi-
cū passos: ipse perficiet confirma
bit: solidabitqz. Ipsi glia et impe-
riū: in secula seculor. Grad. Iacta
cogitatum tuū in domino et ipse te enu-
triet. V. Dum clamarē ad dn̄m exaudi-
uit vocem meā ab his qui appropinquāt
michi. Allelupa. V. Diligam te dn̄e vir-
tus mea dn̄s firmamētum meū et refu-
gium meum et liberator meus. Secū
I dum lucam. xv. capitulo.
N illo tēpore: Erant appro-
pinquantes ad iesum publicani et
peccatores: vt audirent illum. Et
murmurabāt scribe et pharisei di
cētes: quia hic peccatores recipit/
et manducat cū illis. Et ait ad il-
los parabolā istam: dicens. Quis
ex vobis homo qui habet centum
oues: et si perdiderit vnam ex illis:
nonne dimittit nonagitanouem
in deserto et vadit ad illam que pe
rierat: donec inueniat illam? Et
cum inuenerit eam: imponit i hu
meros suos gaudens. Et veniens
domum: conuocat amicos et vici
nos/dicens illis. Congratulami-
ni michi: quia inueni ouē meam
que perierat. Dico vob: qz ita gau
dium erit in celo super vno pecca-
tore penitētiam agente: q̄ supra
nonagintanouē iustis: qui nō in-
digent penitentia. Aut que muli-
er habens dragmas decē: et si per-
diderit dragmā vnam: nonne ac-
cendit lucernā et euertit domū: et
querit diligenter donec īueniat?
Et cū inuenerit: cōuocat amicas
et vicinas/dicens. Cōgratulami-
ni michi: quia īueni dragmā quā
perdiderā. Ita dico vobis: gaudiū
erit coram angelis dei super vno
pctōre penitentiā agēte. Offerto.
Sperent in te oēs qui nouerunt nomen
tuum domine quoniam nō derelinquis
querētes te psallite domino qui habitat
in syon quoniā non est oblitus orationē
M Unera ti Secre. pauperū.
bi dn̄e q̄s oblata sāctifica:
vt tui nobis vnigeniti corp⁹ et sā
guis fiāt. Qui tecū vi. Coio. Ego
clamaui quoniam exaudisti me deus in
clina aurem tuam et exaudi verba mea.
S Acris dn̄e mune- Postcō.
ribus perceptis q̄s: vt nos
eorum virtute et a vicijs omibus
expies: et donis gratie tue iugiter
repleas. Per dominum nostrum.
Feria. iiij. ij. Ad timotheū. iiij. ca.
C Harissime: Domin⁹ michi
astitit et confortauit me: vt
per me predicatio impleat: et au-
diant oms gentes et liberatus sū
de ore leonis. Liberauit me dn̄s

ab omni opere malo: et saluum faciet in regnū suū celeste Ipsi glia: in secula sclōꝝ S. math. v.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Esto cōsentiēs aduersario tuo dū es in via cū eo: ne forte tradat te aduersari⁹ iudici: et iudex tradat te ministro: et in carcerem mittaris. Amē dico tibi nō exies īde donec reddas nouissimū quadrantē. Audistis quia dictum est antiqs Non mechaberis. Ego aūt dico vobis: quia oīs qui viderit mulierē ad concupiscendū eā: iam mechatus est eā in corde suo. Qđ si oculus tuus dexter scandalizat te: erue eum et proiice abs te Expedit enim vt pereat vnū membroꝝ tuorū: q̄ totum corpus tuū mittatur in gehennā. Et si dextera manus tua scādalizat te: abscide eā et proiice abs te. Expedit eni tibi vt pereat vnū mēbrorū tuoꝝ: q̄ totum corpus tuū eat in gehennam. Dominica.iiij. Officium

Dominus illumiātio mea: et sal⁹ mea quē timebo dominus protector vite mee a quo trepidabo: qui tribulant me inimici mei infirmati sunt et ceciderunt. ps. Si consistant aduersum me castra nō timebit cor meū: Oratio

Protector in te sperantium deus: sine quo nichil est validum: nichil sanctum multiplica super nos misericordiam tuā: vt te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia: vt nō amittamus etna. P Ad roma.

Fratres: Existimo viij. ca. enim q̄ non sunt cōdigne passiones huius tēporis ad futurā gloriam que reuelabitur in nobis. Nā expectatio creature: reuelatiōem filiorū dei expectat. Uanitati eni creatura subiecta est non volens: sed propter eum qui subiecit eam in spe. Quia et ipsa creatura liberabitur a fuitute corruptionis in libertatem glorie filiorū dei. Scimus eni q̄ omnis creatura ingemiscit: et parturit vsq3 adhuc. Nō solum aūt illa: sed et nosipsi primitias spūs habētes. Et ipsi itra nos gemimus adoptionem filioꝝ dei. Expectantes redemptionē corporis nostri. In christo iesu: dn̄o nostro. Grad. Propicius esto domine peccatis nostris: nequādo dicant gentes vbi est deus eoꝝ. V. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorem nominis tui dn̄e libera nos. Allelupa. V. Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer. Secundū lucā. vj.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes: sicut et pater vester misericors ē Nolite iudicare: et nō iudicabimi. Nolite ꝯdēnare: et nō ꝯdēnabimi. Dimittite: et dimittemini. Date: et dabit᷑ vobis Mēsuram bonā et cōfertā et coagitatam et supefluentē: dabunt in sinū vestrum. Eadem quippe mēsura qua mensi fueritis: remetiet᷑ vobis. Dicebat autē illis et similitudinē. Nunquid potest cecus cecū ducere? Nōne ambo in foueā cadunt? Non est discipulus super magistrū. Perfectus autē omnis

erit: si sit sicut magister ei⁹. Quid aũt vides festucã in oculo fratris tui: trabem aũt que i oculo tuo est nõ ꝯsideras. Aut quõ potes dicere frĩ tuo: frater/ sine eijciã festucã de oculo tuo: ipe in ocl'o tuo trabẽ nõ vides? Hypocrita: eijce primũ trabem de oculo tuo: et tunc perspicies vt educas festucã de oculo fratris tui. Offertor. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã in morte: nequã do dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Secreta.

Respice quesumus domie munera supplicantis ecclesie: et saluti credentium perpetua sanctificatiõe sumenda concede. Per do. Colo. Dominus firmamentũ meũ: et refugium meum et liberator meus deus meus adiutor meus. Postcommu.

Sancta tua nos domine sũpta viuificẽt: et misericordie sempiterne preparẽt expiatos. Per dominum nostrum. Feria quarta. .j. Lcõ epistole btĩ iohis apo. ij. ca°.

Charissi: In hoc scimus quoniã cognouimus deũ: si mãdata eius seruamus. Qui dicit se scire eũ et mandata eius non seruat/ mẽdax est: ⁊ in hoc veritas nõ est. Nam qui custodit verbũ eius: vere i hoc caritas dei perfecta est. In hoc scimus: quoniã in ipso sumus. Qui dicit se in christo manere: debet queadmodũ ille ambulauit et ipse ãbulare. S. math. xvij.

In illo tempore: Interrogauerunt discipuli iesum dicẽtes. Quid scribe dicunt q̄ helyam oporteat primũ venire? At ille respondens: ait eis. Helias quidem venturus est: ⁊ restituet omia. Dico autem vobis: quia helias iã venit et non cognouerunt eũ: sed fecerunt in eo quecunq̃ voluerunt. Sic ⁊ filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerũt discipuli: quia de iohãne baptista dixisset eis. Et cum venisset ad turbã: accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eũ/ dicens. Dñe/ miserere filio meo: quia lunatic⁹ est et male patitur. Nam sepe cadit i ignem et crebro in aquã et obtuli eum discipulis tuis: et non potuerunt curare eũ. Respondens autẽ iesus: ait O generatio icredula et peruersa: quousq̃ ero vobiscum? Usq̃quo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit eũ iesus: et exijt ab eo demoniũ. Et curatus est puer: ex illa hora. Dñica quīta. Offīn.

Exaudi dñe vocem meã qua clamaui ad te adiutor me⁹ esto ne derelinquas me: neq̃ despicias me deus salutaris meus. ps Dominus illuĩatio mea: et salus mea quẽ timebo?

Da nobis quesumus Oro. domine: vt et mundi curs⁹ pacifice nobis tuo ordine dirigatur: et ecclesia tua tranquilla deuotione letetur. Per dominum nostrũ. Lcõ eplẽ btĩ petri apostoli. iij. ca°.

Charissimi: Oẽs vnanimes in oratione estote cõpatientes: fraternitatis amatores: misericordes/ modesti/ humiles. Non reddentes malũ pro malo: vel maledictũ pro maledicto/ sed ecõtra-

rio benedicentes: quia i hoc vocati estis: vt benedictionē hereditate possideatis. Qui eni vult vitam diligere: et cupit videre dies bonos: coerceat liguam suā a malo et labia eius ne loquātur dolum. Declinet autē a malo et faciat bonum inquirat pacem et sequatur eā. Quia oculi dñi super iustos et aures eius in preces eorū: vultus autē dñi super facientes mala Et quis est qui vobis noceat: si boni emulatores fueritis: Sed et si qd patimini propter iusticiam beati. Timorē autē eor ne timueritis: vt non cōturbemi. Dñm aūt christum sanctificate in cordibus vestris. Grad. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. ℣. Dñe deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Allelupa. ℣. In te domine speraui non confundar in eternū in tua iusticia libera me et eripe mē inclina ad me aurem tuā accelera vt eripias me. Secundū lucam. v. capitulo.

In illo tempore: Cū turbe irruerent ad iesū vt audirēt verbū dei: et ipse stabat secus stagnū genezareth. Et vidit duas naues stātes secus stagnū: piscatores autē descēderāt et lauabāt retia. Ascendens autē in vnā nauim que erat symonis rogauit eum a terra reducere pusillū. Et sedens docebat de nauicula turbas Ut cessauit autem loq: dixit ad symonē. Duc in altum: et laxate retia vestra in capturam. Et respōdens symon: dixit illi. Preceptor / per totā noctē laborantes nichil cepimus: in verbo autē tuo laxabo rete. Et cū hoc fecissent: cōcluserūt pisciū multitudinē copiosam. Rumpebatur aūt rete eorū: et annuerunt socijs qui erant in alia naui / vt venirent et adiuuarent illos. Et venerunt: et impleuerūt ambas nauiculas: ita vt pene mergerētur. Quod cum videret symon petrus: pcidit ad genua iesu dicēs. Exi a me dñe: quia homo peccator sū. Stupor eni circundederat eū: et omēs qui cū illo erant in captura pisciū: quam ceperant. Similiter autē iacobū et iohēm filios zebedei: qui erant socij symonis. Et ait ad symonē iesus Noli timere: ex hoc iā homies eris capiens. Et subductis ad terram nauibus: relictis oībus / secuti sunt eū. Offertor. Benedicam dominū qui michi tribuit intellectū prouidebam deū in cōspectu meo semper: quoniam a dextris est michi ne commouear.

Ascendāt quesu Secreta. mus dñe preces humilitatis nostre in conspectu clementie tue: et descendat super hec oblata virt⁹ tue diuinitatis: quā nostris quoq purificādis mētibus largiaris. Per dominū nostrū. Coio. Unam petii a domio hanc requiram vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vite mee. Postcommunio. Mysteria nos dñe quesumus sācta purificēt: et suo munere tueantur. Per dominum nostrum.

Feria. iiij. Epl'a. j. Ad timoth. ij.

Charissime: Obsecro primū oim fieri obsecratiōes / orationes / postulatiōes / gratiarum

actiones: pro omibus hominibus Pro regibus et oibus qui in sublimitate sunt cōstituti: vt quietam et tranquillā vitā agamus in omni pietate et castitate. Hoc eni bonū est et acceptū coram saluatore nostro deo: qui oēs homines vult saluos fieri et ad agnitionē veritatis venire. Unus eni deus: vnus et mediator dei et hoim homo christus iesus: qui dedit redēptionem semetipsū pro omnibus: cuius testamentū temporibus suis cōfirmatū est: in quo positus sum ego predicator et apostolus. Ueritatē dico nō mentior: doctor gentiū in fide et veritate. S. lucam. viij. ca.

In illo tempore: Factum est in vna dierū: et iesus ascendit in nauiculam et discipuli eius Et ait ad illos. Trāsfretem⁹ trās stagnū. Et ascenderūt. Nauigātibus autem illis: obdormiuit. Et descendit procella vēti in stagnū: et compellebātur fluctibus et periclitabantur. Accedentes aūt suscitauerūt eum dicentes. Preceptor perimus. At ille surgens increpauit vētum et tempestatem aque: et cessauit. Et facta est tranquillitas. Dixit aūt illis. Ubi est fides vestra? Qui timētes mirati sunt ad inuicem: dicentes Quisputas hic est? Qr et ventis iperat et mari et obediūt ei. Dñica sexta. Offm.

Dominus fortitudo plebis sue et protector salutariū christi sui est saluū fac populum tuum domine et benedic hereditati tue: et rege eos vsq3 in seculum. Ps. Ad te domie clamabo deus meus ne sileas a me: nequādo taceas a me et assimilabor descēdentib3 in lacū.

Deus qui diligētibus Or. te bona iuisibilia preparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectū: vt te in oibus et super oia diligentes / promissiones tuas que omne desiderū superāt cōsequamur. P ō. Ad roma. vj.

Fratres: Quicūq3 baptizati sumus in xpo iesu: i morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismū i mortē: vt quomodo christus surrexit a mortuis per gloriā patris: ita et nos in nouitatē vite ambulemus Si eni complantati facti sum⁹ similitudini mortis ei⁹: simul et resurrectionis erimus. Hoc sciētes quia vetus homo noster simul crucifixus ē: vt destruatur corpus peccati: vt vltra nō seruiamus peccato. Qui eni mortu⁹ est: iustificat⁹ est a peccato. Si autem mortui sumus cū xpo: credimus quia simul etiā viuemus cū christo. Scientes q3 christus resurgens ex mortuis iam nō moritur mors illi vltra non dñabitur. Qd eni mortuus est peccato: mortu⁹ est semel. Quod autē viuit: viuit deo. Ita et vos existimāte vos mortuos quidem esse peccato: viuētes autem deo. In christo iesu: domio nostro. Gradua. Conuertere domie aliquātulū et deprecare super seruos tuos. V. Dñe refugiū factus es nobis a generatione et pgenie. Alla. V. Eripe me de inimicis meis: deus meus et ab insur

gentibus in me libera me. Secūdum In matheum. v. capitulo. Illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis: quia nisi abundauerit iusticia vr̄a plusq̄ scribarum et phariseoꝝ: nō intrabitis in regnū celoꝝ. Audistis qꝛ dictum est antiquis: non occides. Qui autē occiderit: reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: qꝛ ois qui irascit̄ fratri suo: reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha: reus erit ꝯcilio. Qui aūt dixerit fatue: re⁹ erit gehēne ignis. Si ergo offers munus tuū ad altare: et ibi recordat⁹ fueris: qꝛ frater tuus habet aliq̄d aduersum te: relinque ibi munus tuū ante altare: et vade prius recōciliari fratri tuo. Et tunc veniens: offeres munus tuum. Offertoriū Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueātur vestigia mea inclina aurem tuam et exaudi verba mea mirifica misericordias tuas q̄ saluos facis sperantes in te domine. Secreta.

PRopiciare domine supplicationibꝫ nostris: et has oblationes famuloꝝ tuorum benign⁹ assume: vt quod singuli obtulerūt ad honorem tui nominis: cunctis proficiat ad salutem. Per dominum. Coio. Circuibo et immolabo in tabernaculo eius hostiam iubilationis cantabo ꝛ psalmū dicam domino. Postcommunio.

QUos domine celesti dono satiasti / presta quesumus: vt a nostris mūdemur occultis et ab hostium liberemur insidijs. Per. Feria quarta. j. Lectio epistole beati iohannis apostoli. ij. capitu.

CHarissimi: Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem: sed sciētibus eam quoniam omne mēdacium ex veritate non est. Quis est mendax: nisi is q̄ credit quoniam iesus non est christus. Omis qui negat filium: nec patrem habet. Qui confitetur filium: ꝛ patrem habet. Uos q̄d audistis ab initio: in vobis permaneat. Quia si in vobis permanserit: q̄d audistis ab initio: et vos in filio et patre manebitis. Et hec est repromissio quam ipse pollicitus est nobis: vitam eternam. Secundum

In marcum. x. capitulo. Illo tempore: Cum egress⁹ esset iesus de via: precurrens quidā genu flexo ante eum iterrogabat eū / dicēs. Magister bone: quid faciam vt vitam eternam percipiā? Jesus autem dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus: nisi solus de⁹. Precepta nosti? Ille dixit Que? Non occides: ne adulteres: ne fureris: non falsum testimonium dixeris: ne fraudē feceris. Honora patrem tuū et matrem. At ille respondens: ait illi. Magister bone: hec omnia custodiui a iuuētute mea. Jesus autem intuitus eum dilexit eū: et dixit ei. Unū tibi deest. Uade vende quecunqꝫ habes et da pauperibus: et habebis thesaurum i celo: et veni sequere me. Dominica. vij. Officium

OMnes gētes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. Ps. Subiecit

populos nobis: et gẽtes sub pedibꝫ nr̃is.

Deus virtutum cuius est totum quod est optimũ: insere pectoribus nostris amorem tui nominis: ⁊ presta in nobis religionis augmentũ: vt que sunt bona nutrias: ac pietatis studio que sũt nutrita custodias. Per. Ad romanos. vj. capitulo.

Fratres: Humanũ dico: propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibuistis mẽbra vestra seruire imundicie ⁊ iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticie in sanctificationem. Cum enim serui essetis pcti: liberi fuistis iusticie. Quẽ ergo fructũ habuistis tũc in illis: in quibus nũc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato: serui autem facti deo: habetis fructum vestrũ in sanctificationem: finem vero vitam eternam. Stipendia enim peccati: mors. Gratia autem dei vita eterna. In christo iesu: domino nostro. Graduale. Uenite filii audite me timorem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum et illuminamini et facies vestre non confundentur. Allelupa ℣. Te decet hymnus deus in syon et tibi reddetur votum in hierusalem. Secũdum marcum. viij. capitu.

In illo tempore Cum turba multa esset cum iesu nec haberẽt quod mãducarent: conuocatis discipulis: ait illis. Misereor sup turbam: quia ecce iã triduo sustinent me nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam: deficient in via. Quidam enim ex eis: de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui. Unde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septem. Et precepit turbe discumbere sup terram. Et accipiens septem panes gratias agens fregit: ⁊ dabat discipulis suis vt apponerent. Et apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos: ⁊ ipsos benedixit: et iussit apponi. Et manducauerunt et saturati sunt. Et sustulerunt quod supauerat de fragmentis: septem sportas. Erant autem qui manducauerunt: quasi quattuor milia: et dimisit eos. Offertorium. Sicut in olocaustum arietũ et taurorum et sicut in milibus agnorũ pinguium sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie vt placeat tibi quia non est confusio confidentibus in te domine. Secreta.

Propiciare domine supplicationibus nostris: et has oblationes populi tui benignus assume: et vt nullius sit irritum votum: nullius vacua postulatio: presta quesum⁹: vt quod fideliter petimus/ efficaciter consequamur. Per dominũ. Cõmunio. Inclina aurem tuã accelera vt eruas nos. Postcommunio.

Repleti domine muneribus tuis/ tribue quesumus: vt et eorũ mundemur effectu: ⁊ muniamur auxilio. Per dominũ nostrum iesum christum filium. Feria. iiij. Epistola. Ad romanos. viij. capi.

FRatres: Nichil nunc damnationis est his qui sunt in christo iesu: qui nō secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vite in christo iesu liberauit me a lege peccati et mortis Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem: deus filiū suum mittens in similitudinē carnis peccati: et de peccato dāna uit peccatum in carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis q̄ nō secundum carnem ambulamus: sed secūdum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt: que carnis sunt sapiunt. Qui vero secundum spiritum sunt: que sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est. Prudētia autem spiritus: vita et pax. In christo iesu: domino nostro. Secundum matheum. xij. capitulo.

IN illo tempore: Abijt iesus sabbato per sata: discipuli autē eius esurientes ceperunt euellere spicas et mādūcare. Pharisei autem videntes: dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciūt: quod nō licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Nō legistis quid fecerit dauid quando esurijt: et qui cum illo erant. Quomodo intrauit in domū dei et panes propositionis comedit: quos non licebat ei edere: neqȝ eis qui cū eo erāt nisi solis sacerdotibus? Aut nō legistis in lege/ quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatū violant: et sine crimine sunt? Dico autem vobis: quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est misericordiam volo: et non sacrificium: nunq̄ condēnassetis innocentes.

Dominica octaua. Offm̄

SUscepimus deus misericordiam tuam i medio tēpli tui secundū nomē tuum deus ita et laus tua i fines terre iusticia plena est dextera tua. ps. Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sācto eius. Oratio.

DEus cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur/ te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas: et omnia nobis profutura cōcedas. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Ad romanos. viij. ca.

FRatres: Debitores sumus non carni vt secūdum carnem viuamus. Si enim secundū carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicūqȝ eni spiritu dei agūtur: hij sunt filij dei. Nō enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorū: in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro: q̄ sum⁹ filij dei Si autem filij: et heredes. Heredes quidē dei: coheredes autē christi. Graduale. Esto michi in deum protectorem et in locum refugii vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui domine nō fundar in eternum. Allelupa. ℣. Attendite popule meus in legem meam. Secundum matheum. vij. capitulo.

IN illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis Attendite a fal

sis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ: intrinsecus aũt sũt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nũquid colligũt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic oĩs arbor bona: fructus bonos facit. Mala autem arbor: fructus malos facit. Nõ potest arbor bona fructus malos facere: neq₃ arbor mala fructus bonos facere Omnis arbor que non facit fructũ bonum: excidetur ⁊ in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos Non omnis qui dicit michi domine domine intrabit in regnũ celorum: sed qui facit voluntatẽ patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnum celorum. Offertoriũ. Populũ humilem saluũ facies dñe: ⁊ oculos superborum humiliabis: quoniam quis deus

Deus preter te domine. Sec. qui legaliũ differentias hostiarũ vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificiũ a deuotis tibi famulis oblatum: ⁊ pari benedictiõe sicut munera abel iusti sãctifica: vt quod singuli obtulerũt ad maiestatis tue honorem: cunctis proficiat ad salutem. Per do. Coio. Gustate et videte quoniam suauis est dñs beatus vir qui sperat in eo.

Tua nos domi Postcoio. ne medicinalis operatio: ⁊ a nostris peruersitatib₃ clemẽter expediat: ⁊ ad ea que recta sũt perducat. P do. Fe. iiij. Ad roma. v.

Fratres: Commẽdat deus caritatem suam in nobis: quoniã si cum adhuc pctõres essemus: christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis iustificati nũc in sanguine eius: salui erim⁹ ab ira per ipsũ. Si enim cũ inimici essemus reconsiliati sumus deo per mortem filij eius: multo magis reconsiliati salui erimus in vita ipsius. Non solũ autem: sed et gloriamur in deo. Per dominum nostrum iesum christum. Secundum marcum. ix. capitulo.

In illo tempore: Dixerũt discipuli ad iesũ. Magister vidimus quendã in nomĩe tuo eijcientem demonia: et prohibuim⁹ eũ: quia non sequitur nos. Jesus autẽ ait illis. Nolite prohibere eũ. Nemo est enim qui faciat virtutem ĩ nomine meo: ⁊ possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersũ vos: pro vob₃ est. Quisquis enim potum dederit vob₃ calicem aque frigide in nomine meo: quia christi estis: amen dico vobis non perdet mercedem suam. Et quicunq₃ scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me: bonum est ei magis si circundaretur mola azinaria collo eius: et in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manus tua: abscide illam. Bonum est tibi debilem intrare in regnum dei: q̃ duas manus habentem ire in gehẽnam in ignem inextinguibilem. Ubi vermis eorũ non moritur: et ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te: amputa illum. Bonum est tibi claudum introire ad vitam eternam: q̃ duos pedes habẽtem mit

ti in gehennam ignis extinguibilis. Ubi vermis eor non moritur: et ignis nō extinguitur. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum Bonum est tibi luscū introire i regnū dei: q̄ duos oculos habētem mitti in gehēnam ignis. Ubi vermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur. Dñica. ix. Off.

Ecce deus adiuuat me et dominꝰ susceptor est anime mee: auerte mala īimicis meis: et in veritate tua disperde illos protector meus dñe. ps. Deus in nomine tuo saluum me fac: et invirtu te tua libera me.

Largi- Orō.

Pateant aures misericordie tue domine precibus supplicantium: ... re nobis quesumus domine semper spiritum cogitādi que recta sunt propicius et agendi: vt qui sine te esse nō possumꝰ: secundum te viuere valeamus. P. Epistola. j. Ad corinthios. x. capitulo.

Fratres: Non simus cōcupiscētes malorum: sicut et illi concupierunt. Neqꝫ ydolatre efficiamini sicut quidam ex ipsis: quēadmodū scriptum est. Sedit populus manducare et bibere: et surrexerunt ludere. Neqꝫ fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt et ceciderūt vna die viginti tria milia. Neqꝫ tentemus christum sicut quidam eorum tentauerunt: et a serpentibus perierūt. Neqꝫ murmurauerit is sicut quidam eorum murmurauerunt: et perierunt ab exterminatore. Hec autem omnia: in figura cōtingebant illis. Scripta autem sunt ad correptionem nostram: in quos fines seculorum deuenerunt. Itaqꝫ qui se existimat stare: videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat: nisi humana. Fidelis aūt deus est: qui non patietur vos tentari super id quod potestꝫ: sed faciet cum tentatione etiam prouentū: vt possitis sustinere. Graduale.

Domine dominus noster q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. V. Quoniam eleuata est magnificētia tua super celos. Allelupa V. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob sumite psalmum iocundum cum cythara.

Secundum lucam. xvj. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc Homo quidam erat diues qui habebat villicum: et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum: et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tue. Jam enim nō poteris villicare. Ait autem villicus itra se. Quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mēdicare erubesco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos suas. Congregatis itaqꝫ singulis debitoribus domini sui: dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitqꝫ illi. Accipe cautionē tuam: et sede cito: scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Centū choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: et scribe octoginta. Et

laudauit dominus villicum iniquitatis: quia prudenter fecisset quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiant vos: i eterna tabernacula. Offertorium. Justicie domini recte letificantes corda et dulciora sup mel et fauum: nam et seruus tuus custodit ea. Sec.

Suscipe munera quesumus domine que tibi de tua largitate deferimus: vt hec sacrosancta mysteria gratie tue operante virtute/et presentis vite nos conuersatione sanctificent: et ad gaudia sempiterna perducāt. Per do. Cōmunio Primum querite regnum dei et omnia adijcientur vobis dicit dominus. Postcommunio.

Sit nobis domine quesum⁹ reparatio mentis et corporis celeste mysterium: vt cui⁹ exequimur actionem: sentiamus effectum. Per dominum nostrum. Feria quarta. Ad romanos. vj. capitu.

Fratres: Nescit⁊ quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendū: serui estis eius cui obedistis: Siue peccati in mortem: siue obeditionis ad iusticiam. Gratias autem deo: quod fuistis serui peccati: obedistis aute ex toto corde in eam formam doctrine i qua traditi estis. Liberati autem a peccato: serui facti estis iusticie. In christo iesu: dño nr̃o. S. lu. xvj.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Qui fidelis est i minimo: et in maiori fidelis est. Et q̄ in modico iniquus est: et in maiori iiquus est. Si ergo i iniquo mamona fideles non fuistis: quod verum est quis credet vobis: Et si in alieno fideles nō fuistis: quod vestrum ⁊ quis dabit vobis: Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odiet et alterum diliget: aut vni adherebit: et alterū contēnet Non potestis deo seruire: et māmone. Audiebāt autem hec oīa pharisei qui erāt auari: et deridebant illum. Et ait illis Uos estis qui iustificat⁊ vos corā hominibus: deus aūt nouit corda vestra. Quia quod hoībus altum est: abomiatio est ante deū. Do. x.

Dum clamarē ad Offm. dñm exaudiuit vocē meā ab his qui appropinquant michi et huiliauit eos qui est ante secula et manet i eternū: iacta cogitatū tuum in dño et ipse te enutriet. ps. Exaudi deus orationem meam: ⁊ ne despexeris deprecationem meā: intende michi et exaudi me. Oratio.

Pateant aures misericordie tue domine precibus supplicantium: et vt petentibus desiderata cōcedas: fac eos que tibi placita sūt postulare. Per dominum

Ad corinthios. xij. capi.

Fratres: Scitis qm̄ cū gentes esset⁊: ad simulchra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio: q̄ nemo in spiritu dei loquēs: dicit anathema iesu Et nemo potest dicere dominus iesus: nisi in spiritu sancto. Diui-

siones vero gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et divisiones ministrationum sunt: idem autē dominus Et divisiones operationū sūt: idem vero deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuiqꝫ autem datur manifestatio spiritus: ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientie: alij autem sermo scientie secundum eundem spiritum. Alteri fides: in eodē spiritu. Alij gratia sanitatū in vno spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarū: alij interpretatio sermonum Hec autem omia operatur vnus atqꝫ idem spiritus: dividens singulis pro vt vult. Graduale. Custodi me domine vt pupillam oculi sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat oculi tui videant equitatem. Allelupa ℣. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te. Secundum lucam. xix

In illo tempore: capitulo. Cum appropiquasset iesus hierusalem: videns ciuitatem fleuit super illam/dicens. Quia si cognouisses et tu. Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi: nūc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia ecce dies venient in te: et circundabunt te inimici tui vallo: et circundabunt te et coangustabunt te vndiqꝫ: et ad terram prosternent te: et filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem: super lapidem eo quod non cognoueris tempus visitationis tue. Et ingressus in templum: cepit eijcere vendentes in illo et emētes dicēs illis. Scriptum est: quia domus mea domus orationis vocabitur. Uos autem fecistꝫ illam: speluncam latronum. Et erat docens: quotidie in templo. Offertorium. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam: neqꝫ irrideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant non con.

Secreta. Concede nobis hec quesumus domine digne frequētare mysteria: quia quotiens huius hostie cōmemoratio celebratur: opꝰ nostre redemptionis exercetur. Per dominum nostrum. Cōmunio. Acceptabis sacrificium iusticie oblationes et olocausta super altare tuū domine. Post cōmunio.

Tui nobis domine cōmunio sacramenti: ꝑ purificationem conferat: et tribuat vnitatem. Per dominum nostrum iesum. Feria quarta. j. Ad corinthios. xv. capitulo.

Fratres. Non omnis caro eadem caro: sed alia hominū alia pecorum: alia volucrum: alia autem piscium. Et corpora celestia ꝑ corpora terrestria. Sed alia quidē celestium gloria: alia autem terrestrium. Alia claritas solis: alia claritas lune: et alia claritas stellarū Stella autem a stella differt i claritate: sic et resurrectio mortuoꝝ. Seminatur in corruptione: surget in incorruptione. Semiatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur i infirmitate: surget

in virtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Si est corpus animale: est et spirituale. Sicut scriptum est. Factus est primus homo adam in animã viuentem: nouissimus adam ĩ spiritum viuificantẽ. Sed nõ prius qđ spirituale est/sed quod animale: deinde qđ spirituale. In christo iesu: domino nostro. Secundum lucam.xxj. capitulo.

In illo tempore: Dixit ies9 discipulis suis. Attendite vobis ne forte grauentur corda vestra ĩ crapula: et ebrietate: et curis huius vite: et superueniat in vos repentina dies illa. Tanq̃ laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omĩs terre. Uigilate itaq3 orantes omni tempore: vt digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt: et stare ante filiũ hominis. Dominica.xj. Officium.

Deus in loco sancto suo deus qui ĩhabitare facit vnanimes in domo ipse dabit virtutem et fortitudinẽ plebi sue. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando manifestas: mł̃tiplica super nos gratiam tuam: vt ad tua ꝑmissa currẽtes: celestium bonorum facias esse consortes. Per dominum nostrum. .j. Ad corinthios.xv. capitulo.

Fratres: Notum vobis facio euãgelium quod predicaui vob3: quod et accepistis: in quo et statis: per quod et saluamini. Qua ratione predicauerim vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod et accepi: quoniam christus iesus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas: et quia sepultus est: et quia resurrexit tercia die secundum scripturas: et quia visus est cephe et post hec vndeci. Deinde visus ꝫ plusq̃ quingẽtis fratribus simul ex quibus multi manẽt vsq3 adhuc: quidam autem dormierunt. Deinde visus est iacobo: deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanq̃ abortiuo visus est et michi. Ego enim sum minimus apostolorum: qui non sum dign9 vocari apostolus: quoniã persecutus sũ ecclesiam dei. Gratia autẽ dei sum: id qđ sum. Et gratia eius: in me vacua non fuit. Graduale. In deo sperauit cor meum et adiutus sũ et refloruit caro mea et ex volũtate mea confitebor illi. V. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas ne discedas a me. Allelu ya. V. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie. Secundum lucam.xviij. capitu.

In illo tempore. Dixit iesus ad quosdam qui in se confidebant tanq̃ iusti: et aspernabantur ceteros parabolã istã/dicens. Duo homies ascẽderũt in templũ: vt orarent. Unus phariseus: et alter publicanus. Phariseus autem stãs: hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi: quia non sum sicut ceteri hoim: raptores/iniusti/adulteri/

velut etiam hic publicanus. Jeiu no bis in sabbato decimas do omnium que possideo. Et publican? a longe stans: nolebat nec oculos ad celum leuare: sed pcutiebat pectus suũ dicens. Deus propicius esto michi peccatori. Amẽ dico vobis: descẽdit hic iustificatus in domũ suam ab illo. Quia ois qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. Offerto. Exaltabo te dñe quoniã suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me: domie clamaui ad te et sanasti me. Secreta.

Tibi dñe sacrificia dicanda reddantur: que sic ad honorem nois tui deferenda tribuisti: vt eadem fieri remedia nostra prestares. Coio. Honora dñm de tua substantia et de primitiis frugum tuarum vt impleantur horrea tua saturitate: et vino torcularia redũdabunt. Postcõ.

Quesumus domine deus noster: vt quos diuinis reparare non desinis sacramentis: tuis non destituas benignus auxiliis. Per dñm. Feria. iiij. ad corinthios vj. capitu.

Fratres: Nescitis quoniam corpora vestra mẽbra sunt xpi? Tollẽs ergo mẽbra xpi faciã membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici: vnum corpus efficitur? Erũt eni inquit duo in carne vna. Qui autẽ adheret dño: vnus spũs est. Fugite fornicationẽ. Omne enim peccatum quodcũq fecerit homo: extra corpus est. Qui aũt fornicatur in corpus suum peccat. An nescitis qm membra vestra templũ sunt spiritus sãcti qui in vobis est: quẽ habetis a deo et non estis vestri? Empti eni estis precio magno: glorificate et portate deum in corpore vestro. Secundũ lucam. xviij. capi.

In illo tpe: Dicebat iesus discipulis suis parabolã hanc: qm oportet semper orare: et nõ deficere dicens. Judex quidã erat in quadã ciuitate: qui deũ non timebat: et hoiem nõ reuerebat. Uidua aũt quedã erat i ciuitate illa: et veniebat ad eum dicẽs. Uindica me de aduersario meo Et nolebat per multum tpũs. Post hec aũt: dixit intra se. Et si deũ non timeo: nec hominẽ reuereor: tamen qr molesta est michi hec vidua: vindicabo illã/ne in nouissio veniens suggillet me. Ait aũt dñs. Audite: qd iudex iniqtatis dixit. Deus aũt non faciet vindictam elector suor clamantiũ ad se die ac nocte: et patiẽtiam habebit in illis? Dico aũt vobis: qr cito faciet vĩdictã illorum.

Deus Dñica. xiij. Officiũ. in adiutorium meũ intende dñe ad adiuuandũ me festina: confundãtur et reuereantur inimici mei qui querunt animam meã. ps Auertantur retrorsum et erubescant q volũt michi mala. Or.

Omnipotens sẽpiterne deus: qui abũdantia pietatis tue et merita supplicum excedis et vota: effunde super nos misericordiam tuam/vt dimittas que conscientia metuit: et adiicias quod oratio non presumit. Per dominum

nostrum. ij. Ad corinthios.iij.ca.

FRatres: Fiduciam talē habemus per christum ad deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Qui et ydoneos nos fecit ministros noui testamēti non littera: sed spiritu. Littera enim occidit: spiritus autem viuificat. Quodsi ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt non possent intendere filij israel in faciem moysi propter gloriam vultus eius que euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministerium iusticie in gloria. Graduale. Benedicam dominū in omni tempore semper laus eius in ore meo. ℣. In domino laudabitur anima mea audiant mansueti et letentur. Alleluya. ℣ Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nostro. ℣ Preoccupemus faciē eius in confessione et in psalmis iubilemus ei. Isti duo ℣. dicuntur per ebdomadam alternis vicibus quando de feria agitur: ita tamen quod versus. Preoccupemus. prius dicitur quando missa dominicalis per ebdomadā dicitur. Et si nulla feria per hanc ebdomadam ad hoc vacauerit: tūc vltimus versus eo anno omnino pretermittatur.

Secundum marcum. vij. capitu.

IN illo tempore: Exiens iesus de finibus tyri venit per sydonem ad mare galilee iter medios fines decapoleos Et adducūt ei surdum et mutum: et deprecabātur eum vt imponat illi manū. Et apprehendens eū de turba seorsum: misit digitos suos in auriculas eius. Et expuēs: tetigit linguā eius. Et suspiciens in celum: ingemuit: et ait illi. Effeta: quod est adaperire Et statim aperte sūt aures eius: et solutum est vinculū lingue eius: et loquebatur recte. Et precepit illis ne cui dicerent. Quāto autem eis precipiebat: tanto magis plus predicabāt et eo amplius admirabātur/dicētes. Bene omnia fecit: surdos fecit audire: et mutos loqui. Offertoriū. Precatus est moyses in conspectu domini dei sui et dixit: Precatus est moyses in conspectu dñi sui et dixit: quare dñe irasceris in populo tuo. parce ire anime tue: memento abraham ysaac et iacob: quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel: et placatus factus est dominus de malignitate quam dixit facere populo suo.

Respi Secre. Rce quesumus domine nostrā propicius seruitutē: vt quod offerimus sit tibi munus acceptum: sitque nostre fragilitati subsidium. Per dominum. Cōmunio. De fructu operum tuorum domine satiabitur terra: vt educas panem de terra et vinū letificet cor hominis: vt exhilaret faciem in oleo et panis cor hominis confirmet.

SEntiamus Postcōmunio domine quesumus tui perceptione sacramenti subsidium mentis et corporis vt in vtroque saluati: celestis remedij plenitudine gloriemur. Per. Feria quarta.

Epistola ij. Ad corinthios.iiij.ca.

F Ratres Non nosmetipsos predicam⁹: sed dominū nostrū iesū xp̄m: nos autē seruos vestros per iesū. Quō deus qui dixit de tenebris lucem splendescere: illuxit i cordibus nostris ad illuminationem sciētie claritatis dei in faciem christi iesu. Habemus autem thesaurū istū in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei: et non ex nobis. In omibus tribulationem patimur: sed non angustiamur. Aporiamur: sed nō destituimur. Persecutionē patimur: sed non derelinquimur. Deicimur: sed non perimus. Sēper mortificationē iesu in corpore nostro circūferentes: vt et vita iesu: in corporibꝫ nostris manifestetur. Secundum matheum. xj. capitulo.

I N illo tempore: Cepit iesus exprobrare ciuitatibus i quibus facte sūt plurime v̄tutes ei⁹: quia non egissent penitentiā. Ve tibi corozaym: ve tibi bethsaida. Quia si in tyro et sydone facte essent virtutes que facte sunt in vobis: olim in cinerere et cilicio penitentiam egissent. Verūtamen dico vobis: tyro et sydoni remissius erit in die iudicij q̄ꝫ vobis. Et tu capharnaum: nūq̄d vsqꝫ in celū exaltaberis? Vsqꝫ i infernū descendes. Qr si i sodomis facte fuissēt virtutes q̄ facte sūt i te: forte māsissēt vsqꝫ in hūc diē. Verūtamē dico vobis: quia terre sodomorū remissi⁹ erit in die iudicij: q̄ꝫ tibi.

R Espice dn̄e in testamentum tuū: et aīas pauperum tuor̄ ne derelinquas in finē exurge dn̄e iudica causam tuam: et ne obliuiscaris voces querētiū te. ps Ut quid deus repulisti in finem: iratus est furor tuus sup oues pa.

Dn̄ica xiij.

O Mnipotens et mīs. Scue tue. misericors deus de cui⁹ munere venit: vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur: tribue nobis quesumus/ vt ad p̄missiones tuas sine offensione curramus. Per. Ad galathas. iij. capi.

F Ratres: Abrahe dicte sunt promissiones: et semini ei⁹. Non dicit et seminib⁹ quasi i multis: sed quasi in vno: et semini tuo qui est christus Hoc autem dico testamentū confirmatū a deo: que post quadringētos et triginta annos facta est lex: nō irritum facit ad euacuandā p̄missionē. Nam si ex lege esset hereditas: iam non ex repromissione. Abrahe aūt per repromissionē donauit de⁹. Quid igitur lex? Propter trāsgressores posita est: donec veniret semē cui promiserat: ordinata per āgelos in manu mediator. Mediator autem vnius non est: deus aūt vnus est. Lex ergo aduers⁹ promissa dei? Absit. Si enim data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura omia sub peccato vt promissio ex fide iesu xp̄i: daretur credentibus. Graduale. Respice domine in testamētum tuū et animas pauperū tuorum ne obliuiscaris in finem. V. Exurge domine et iudica causam tuam memor esto opprobrii seruorum tuorum. Allelupa. V.

Quoniam de⁹ magnus dominus et rex magnus sup oēm terrā. S. lucam. x.

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico enim vobis: q multi prophete et reges voluerūt videre que vos videtis ⁊ non viderūt: et audire que auditis: et nō audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans illum: et dicēs. Magister: qd faciendo vitā eternam possidebo? At ille dixit ad eū. In lege qd scriptum eū? Quomodo legis? Ille autem respondens: dixit. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex omnibus viribus tuis: et ex omni mēte tua: et proximū tuum sicut teipsum. Dixitq3 illi. Recte respondisti: hoc fac: ⁊ vives. Ille autem volēs iustificare seipsū: dixit ad iesū. Et quis est meus proximus? Suspiciēs autem iesum: dixit. Homo quidam descendebat ab hierusalē in hierico: et incidit in latrones. Qui etiam despoliauerunt eum: et plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidā descenderet eadem via: et viso eo preterijt. Similiter et leuita cum esset secus locum et videret eum: pertransijt. Samaritanus autē quidam iter faciens venit secus eum: et videns eū misericordia motus est Et appropinquans alligauit vulnera eius: infundens oleū et vinum. Et imponens illum in iumentum suū duxit in stabulū: et curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios et dedit stabular: et ait. Curam illi⁹ habe: et quodcūq3 supererogaueris: ego cum rediero reddam tibi. Quis horum triū videt tibi proximus fuisse illi qui icidit i latrōes? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi iesus. Vade ⁊ tu fac similiter. Offr.

In te speraui domine dixi tu es deus meus in manibus tuis tēpora mea. Sec.

HOstias quesumus dñe propicius intende: quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiā largiendo/tuo nomini dent honorem. Per do. Coio. Panem de celo dedisti nobis dñe habentem omne delectamentum et omnem saporē suauitatis. Postcōmunio.

VIuificet nos quesumus domine huius participatio sācta misterij: et pariter nobis expiationē tribuat et munimē. Per d. Feria iiij. j. Ad thessalonicenses. ij. cap.

FRatres: Meōres estote laborum nostror et fatigationum nocte et die operantes: ne quē vestrum grauaremus. Predicauimus eni in vobis euangeliū dei. Vos testes estis et deus q̄ sancte et iuste et sine querela vobis q credidistis affuimus: sicut scitis qualiter vnūquēq3 vestrum tāq pater filios suos deprecantes vos et consolantes testificati sumus/ vt ambularetis digne deo qui vocauit vos in suū regnum et gloriam. Ideo et nos gratias agimus deo sine intermissione: quoniam cum accepissetis a nobis verbum

auditus dei: accepistis illud nō vt verbum hominū: sed sicut est vere verbum dei qui operatur in vobis qui credidistis. S. math. xij.

IN illo tēpore: Abeūtes pharisei consilium faciebant aduersus iesum: quomodo eū perderent. Jesus autem sciens: recessit inde. Et secuti sunt eum multi: et curauit eos omes. Et precepit eis ne manifestum eū facerēt: vt adimpleret quod dictum est per esaiā prophetam dicentē Ecce puer meus quē elegi: dilectus meus i quo bene complacuit anime mee. Ponā spiritum meū super eū: et iudiciū gentibus nunciabit. Nō contendet neq clamabit: neq audiet aliquis in plateis vocē eius. Arundinē cassatā non confringet: et lignū fumigās nō extinguet: donec eijciat ad victoriā iudicium: et in nomine eius gentes sperabunt.

P Dominica. xiiij. Officiū. PRotector noster aspice deus et respice in faciē christi tui q melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutū: concupiscit et deficit aīa mea in atria domini.

OMnipotens sempiterne de⁹ da nobis fidei spei et caritatis augmētum: et vt mereamur assequi quod promittis: fac nos amare qd precipis. Per. Oratio. Ad

FRatres: galathas. v. cap. Spiritu ambulate: et desideria carnis nō perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spūs aūt aduersus carnem. Hec enim sibi inuicē aduersātur: vt nō quecūq vultis illa faciatis. Quod si spiritu ducimi: non estis sub lege. Manifesta aūt sunt opera carnis. Que sūt fornicatio/immūdicia/auaricia/impudicicia/luxuria/ydolorum seruitus/veneficia/inimicicie/ctentiones/emulationes/ire/rixe/dissentiones/secte/iuidie/homicidia/ebrietates/comessatiōes: et his similia. Que predico vobis sicut predixi: quoniam qui talia agūt: regnum dei nō consequentur. Fructus aūt spiritus est: caritas/gaudiū/pax/patiētia/longanimitas/bonitas/benignitas/mansuetudo/fides/modestia/continentia/castitas. Aduersus huiusmodi nō est lex. Qui aūt sunt christi: carnem suam crucifixerunt: cum vicijs et concupiscentijs. Graduale. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime V. Ad annunciandū mane miam tuam et veritatem tuā per noctē. Alla. V. Cōfitemini dño et inuocate nomen eius annunciate inter gentes opera eius. Secundum lucam. xvij. capi.

IN illo tempore Cum iret iesus in hierusalē: transibat per mediam samariā et galileā Et cū ingrederet quoddā castellū: occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt a longe: et leuauerunt vocē/dicentes. Jesu preceptor miserere nostri. Quos vt vidit: dixit. Jte ostēdite vos sacerdotibus. Et factum est dū irent: mūdati sunt. Unus aūt ex illis vt vidit q mundatus est: regressus est cū magna

voce magnificans deū. Et cecidit in faciem ante pedes eius: gratias agens: et hic erat samaritanꝰ. Respondens autē iesus: dixit. Nōne decē mundati sūt: et nouē vbi sunt? Non est inuentus qui rediret et daret gl'iam deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge et vade: quia fides tua te saluū fecit. Offe℞. Immittit angelus dn̄i in circuitu timentiū eū: et eripiet eos: gustate et videte quoniam suauis est dominus. Secreta.

P Ropiciare dn̄e populo tuo: ꝓpiciare muneribꝫ: vt hac oblatione placatus: et indulgentiam nobis tribuas et postulata cōcedas. Per do. Coio. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita.

S Umptis dn̄e Postcoio. celestibus sacramentis: ad redēptionis eterne q̄s proficiamꝰ augmentum. Per. Feria quarta

F ij. Ad corinthios. vj. capi. Ratres: Nolite iugū ducere cū infidelibus: sed cū fidelibus. Que eni participatio iusticie cū iniquitate? Aut que societas luci ad tenebras? Que aūt conuētio christi ad belial? Aut que pars fideli cū infideli? Quis autem consensus templo dei cum idolis? Uos enim estis templum dei viui: sicut dicit deus. Quoniā inhabitabo in illis et inambulabo et ero illorū deus: et ipsi erunt michi populus. Propter quod exite de medio eorū: et separamini dicit dn̄s vos qui portatis vasa dn̄i: et imundū ne tetigeritis. Et ego recipiā vos: et ero vobis in patrem: et vos eritis michi in filios et filias dicit dn̄s oīps. Has igitur ꝓmissiones habentes charissimi: mundemus nos ab oī inquinamento carnis et spiritus: perficientes sanctificationē in timore dei. Secundū lucam. xij. ca.

I N illo tēpore: Ait ad iesum quidam de turba Magister: dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatē. At ille dicit ei. Homo quis constituit me iudicē aut diuisorem super vos? Dixitq̃ ad illos. Uidete et cauete ab omi auaricia: quia non in abūdantia cuiusq̃ vita eius est ex his que possidet. Dixit aūt similitudinē ad illū: dicēs. Hominis cuiusdā diuitis vberes fructus ager attulit: et cogitabat intra se / dicens. Quid faciā q̄ nō habeo quo congregē fructus meos? Et dixit. Hoc faciā. Destruam horrea mea: et maiora faciā: et illuc cōgregabo omīa que nata sūt michi: et bona mea: et dicā anime mee. Aia / habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce / comede / bibe: et epulare. Dixit autē illi deus. Stulte / hac nocte animam tuā repetūt a te: que aūt parasti cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat: et non est i deū diues Dixitq̃ ad discipulos suos. Ideo dico vobis: nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis neq̃ corpori vestro q̄d induamini. Anima plus est q̄ esca: et corpus plus q̄ vestimentum. Considerate coruos: q2 nec seminant neq̃ metūt. Quibꝫ nō ē cellariū neq̃ horreū: et deꝰ pascit illos. Do. xv. Offm.

INclina domine aurē tuā ad me et exaudi me: saluū fac seruū tuū deus meus sperātem in te: miserere michi domine: qm̄ ad te clamaui tota die. ps. Letifica animā serui tui: qm̄ ad te domine animam meam leuaui. Oratio.

CUstodi dn̄e q̄s ecclesiam tuā propiciatione perpetua: et quia sine te labitur humana mortalitas: tuis semper auxilijs et abstrahatur a noxijs et ad salutaria dirigatur. Per do. Ad galathas. vj.

FRatres Si spiritu viuim⁹: spū et ābulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi inuicem prouocantes: inuicē inuidentes. Fratres: et si p̄occupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spūales estꝫ: huiusmodi istruite in spū lenitatis: cōsiderās teipsū: ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate: ꝛ sic adiplebitis legem christi. Nam si quis estimat se aliq̄d esse cū nichil sit: ipse se seducit Opus autē suū ꝓbet vnusquisqꝫ: et sic in semetipo tm̄ gliam habebit/ et non in altero Unusq̄sqꝫ eni onus suum portabit. Cōmunicet aūt is qui cathecizatur verbo: ei q se cathecizat in oībus bonis. Nolite errare: deus non irridetur. Que enim seminauerit homo: hec et metet Qm̄ qui seminat in carne sua: de carne et metet corruptionem. Qui aūt seminat in spiritu: de spū metet vitā eternā. Bonū autē facientes non deficiamus: tempore eni suo metemus nō deficientes. Ergo dū tempus habemus: operemur bonū ad oīs. Maxime autē ad domesticos fidei. Grad. Bonū est confidere in dn̄o q̄ꝫ confidere in homine. V. Bonū est sperare in dn̄o q̄ꝫ sperare in principibus. Alleluya. V. Paratū cor meū deus: paratū cor meū: cantabo et psallā tibi in glia mea. S. math. vj.

IN illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis Nemo potest duobus dn̄is fuire. Aut eni vnū odio habebit: et alterū diliget/ aut vnū sustinebit: et alterū contēnet. Nō potestis deo seruire: et māmone. Ideo dico vobis: ne solliciti sitꝫ aīe vestre quid manducetis neqꝫ corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est q̄ꝫ esca: et corp⁹ plus q̄ꝫ vestimentū? Respicite volatilia celi: qm̄ non serūt neqꝫ metūt: neqꝫ congregant in horrea et pater vr̄ celestꝫ pascit illa Nonne vos magis pluris estis illis. Quis aūt vestrū cogitans potest adijcere ad staturā suam: cubitū vnū? Et de vestimēto q̄d solliciti estis? Considerate lilia agri: quomō crescunt. Non laborant: neqꝫ nent. Dico aūt vobis: qm̄ nec salomon in omi gloria sua coopertus est: sicut vnū ex istis. Si aūt fenū agri q̄d hodie est: et cras in clibanū mittitur deus sic vestit: quātomagis vos mime fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid māducabimus: aut q̄d bibem⁹ aut quo operiemur? Hec eni omnia: gētes inquirunt. Scit eni pater vester: qꝛ his omibus indigetis. Querite ergo primū regnum dei ꝛ iusticiam eius: et hec oīa adijcientur vobis.

Offertor. Expectans expectaui dominũ et respexit me et exaudiuit deprecationem meã ꝛ immisit in os meũ canticum nouum: hymnũ deo nostro. Secreta.

Concede nobis domine quesumus: vt hec oblatio salutaris: et nostrorum fiat purgatio peccatorum/ ꝛ tue propiciatio pietatis. Per dñm. Coio. Qui manducat carnem meã et bibit sãguinẽ meum in me manet et ego i eo dicit dñs. P⁹cõ.

Purificent semper et muniant tua sacramenta nos deus: et ad perpetue ducãt saluationis effectum. Per. Feria quarta

Charissime. j. Ad timotheũ. j. ca Scimus aũt quia bona est lex: si quis ea legitime vtatur Sciens hoc quia iusto non est lex posita: sed iniustis ꝛ non subditis impijs et peccatoribus: sceleratis et contaminatis patricidis et matricidis/ homicidꝫ: fornicarijs masculorꝫ cõcubitoribus: plagiarijs mendacibus et periuris. Et si quid aliud sane doctrine aduersatur: que est secundum euangeliũ glie beati dei: quod creditũ est michi. Gratias ago ei qui me confortauit in xp̃o iesu domĩo nostro: qꝛ fidelem me existimauit ponẽs in ministerio. Qui prius fui blasphemus et persecutor et contumeliosus: sed misericordiam dei consecutus sum: qꝛ ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide et dilectione: que est i christo iesu dño nr̃o. S. lucã. xx. ca.

In illo tẽpore Factum est in vna dierum docente iesu populũ in templo et euangelizante: cõuenerunt principes sacerdotũ et scribe cum senioribus/ ꝛ aiũt dicẽtes ad illũ. Dic nobis i qua potestate hec facis? Aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem iesus: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnũ verbum: respõdete michi. Baptismum iohannis vnde erat: de celo an ex hominibus? At illi cogitabant intra se: dicentes. Quia si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Si aũt dixerimus ex hoĩbus: plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim: iohannẽ prophetam esse. Et responderunt se nescire vnde esset. Et iesus ait illis Neqꝫ ego dico vobis in qua potestate hec facio. Dñica xvj. Offꝫ.

Miserere michi domine quoniã ad te clamaui tota die quia tu domine suauis et mitis es et copiosus in misericordia omnibus inuocantibus te. p̃s Inclina domine aurem tuam et exaudi me qm̃ inops et pauper sum ego. Orõ.

Ecclesiam tuã quesumus domine miseratio cõtinuata mundet et muniat: et qꝛ sine te nõ potest salua cõsistere: tuo semper munere gubernetꝛ. Per dominũ.

Epistola. Ad ephesios. iij. capitu.

Fratres: Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: que est gloria vestra. Hui⁹ rei gratia flecto genua mea ad patrem dñi mei iesu christi: ex quo omis paternitas i celis

et in terra nominatur: vt det vobis secundum diuitias glorie sue virtutẽ corroborari per spiritum eius ĩ interiori hoĩe habitare christum per fidem ĩ cordibus vestris. In caritate radicati et fundati: vt possitis cõprehẽdere cũ oĩbus sctĩs q̃ sit latitudo longitudo: et sublimitas: et profundum. Scire etiã supereminentẽ sciẽtie caritatẽ christi: vt impleamini in omnẽ plenitudinem dei. Ei autem qui potẽs est omnia facere superabundãter q̃ petimus aut itelligimus: secũdum virtutẽ que operatur in nobis. Ipsi gloria in ecclesia et in christo iesu: in oĩes generationes seculi seculorum amen. Graduale. Timebunt gentes nomẽ tuũ domine et omnes reges terre gloriam tuã. ℣. Quia edificauit dominus syon et videbitur in maiestate sua. Allelu ya. ℣. Qui timẽt dominũ sperent in eum adiutor et protector eorum est. Scd̃m lucã. vij. ca.

In illo tempore: Ibat iesus in ciuitatem q̃ vocat̃ naym: et ibant cũ eo discipuli eius et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cũ illa. Quam cũ vidisset dominus misericordia motus sup eã: dixit illi. Noli flere Et accessit: et tetigit loculum. Hi autem qui portabant: steterunt. Et ait. Adolescens tibi dico surge Et resedit qui erat mortuus et cepit loqui: et dedit illum matri sue. Accepit autẽ omnes timor: et magnificabant deum/ dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: et quia deus visitauit plebem suã. Offertoriũ. Domine in auxiliũ meũ respice: confundantur et reuereantur qui querũt aĩam meã vt auferãt eã.

Tua nos domĩe Secreta. quesumus sacramenta custodiant: et cõtra diabolicos tueãtur semper incursus. Per. Coĩo. Domĩe memorabor iusticie tue solius: deus docuisti me a iuuentute mea et vsq̃ in senectã et seniũ deus ne derelinquas

Mentes nostras Postcoĩo. me. et corpora possideat: quesumus dñe doni celestis operatio: vt non noster sensus in nobis: sed iugiter eius preueniat effect⁹. Per. Feria.iiij. Ad colossẽses.ij.

Fratres: Uidete ne q̃s vos decipiat per philosophiam et inanẽ fallaciã: scd̃m traditionẽ hoĩm: secundũ elementa mundi: et non secundũ xp̃m Quia in ipso inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter: et estis in illo repleti qui est caput oĩs principatus et potestatis. In quo et circũcisi estis circuncisione non manufacta in expoliatione corporis carnis: sed ĩ circuncisione christi. Cõsepulti ei in baptismo in quo et resurrexistis per fidem operationis dei qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis et preputio carnis vestre: conuiuificauit cum illo donãs vobis oĩa delicta. Per iesũ christũ dominũ nostrũ. S. marcũ. viij.

In illo tempore Uenit iesus

in bethsayda: et adducunt ei cecũ: et rogauerunt eũ vt illum tangeret Et apprehensa manu ceci: eduxit eum extra vicũ. Et expuens in oculos eius: impositis manibꝫ suis interrogauit eum si quid videret. Et aspiciens: ait. Uideo homines velut arbores ãbulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius et cepit videre: et restitut⁹ est ita vt videret clare omnia. Et misit illũ in domũ suã: dicens. Uade in domum tuã: et si in vicum introieris: nemini dixeris.

Dominica.xvij. Officiũ.

Iustus es domine et rectũ iudicium tuũ: fac cum seruo tuo secundum m͞iam tuã. ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini.

Oratio.

Tua nos d͞ne q̄s gratia semper et preueniat et sequatur: ac bonis operibus iugiter prestet esse intentos. Per.

Epistola. Ad ephesios. iiij.

Fratres: Obsecro vos ego vinctus in domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Cum omni humilitate et mansuetudine: cum patientia supportantes inuicem in caritate: solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Unus domin⁹ vna fides: vnũ baptisma. Unus deus et pater oı̄m: qui est super omnes ⁊ per omı̄a: et in omibus nobis. Qui est benedictus in secula seculorum amen.

Graduale. Beata gens cuius est d͞ns deus eorum: populus quem elegit in hereditatem sibi. ℣ Uerbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Allelupa. ℣. Dextera dei fecit virtutẽ dextera domini exaltauit me.

Secundum lucam. xiiij. ca.

In illo t͞pe Cũ introisset ies⁹ in domũ cuiusdã principis phariseorũ sabbato mãducare panem: et ipsi obseruabant eũ. Et ecce homo quidã hydropicus erat ante illum. Et respõdens iesus dixit ad legisperitos et phariseos: dicẽs. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum: sanauit eum ac dimisit. Et respondens ad illos: dixit. Cuius vestrũ asinus aut bos in puteum cadet: ⁊ non continuo extrahet illum die sabbati? Et nõ poterant ad hec respondere illi Dicebat autem et ad inuitatos parabolam: intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias: nõ discũbas in primo loco ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo. Et veniens is qui te et illum vocauit: dicat tibi. Da huic locum. Et tunc incipies cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris: vade recumbe in nouissimo loco. Ut cum venerit qui te inuitauit: dicat tibi. Amice: ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbẽtibus. Quia omis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat: exaltabitur.

Offertorium. Oraui deum meum ego daniel dicens: exaudi domine preces

serui tui: illumina faciem tuã super sanctuarium tuũ: et propicius intende populum istũ super quem inuocatũ est nomen tuum deus. Secreta.

Munda nos quesumus dñe sacrificij presentis effectu: et perfice miseratus in nobis: vt eius mereamur esse participes. Per. Cõ. Vouete et reddite domino deo vestro omnes qui i circuitu eius affertis munera: terribili apud oẽs reges terre. Postcõ.

Purifica q̃s dñe mentes nostras benign⁹: et renoua celestibus sacramẽtis: vt consequẽter et corpoꝝ presens pariter et futurũ capiamus auxiliũ. Per dñm Feria.iiij. Epistola. Sicut ei vnius. Euangeliũ. Cum venisset iesus et discipuli. Require ĩ quarta feria post dñicam.xxiij. Do.xviij.

Da pacem dñe sustiñ Offm. nẽtibus te vt prophete tui fideles inueniãtur exaudi preces serui tui ⁊ plebis tue israel. ps. Letatus sum in his que dicta sũt michi in domũ domini ibimus. Oratio.

Da q̃sumus dñe populo tuo diabolica vitare contagia: et te solum deũ pura mente sectari. Per. i. Ad corinthios.j. capitu.

Fratres: Grãs ago deo meo semper pro vobis in gratia dei que data est vobis in christo iesu: quia ĩ oĩbus diuites facti estis in illo in omni verbo et in oĩ scientia. Sicut testimoniũ christi cõfirmatũ est in vobis: ita vt nichil vobis desit in vlla gratia: expectantibus reuelationem dñi nostri iesu christi. Qui ⁊ cõfirmabit vos vsq3 in finem sine crimine: in die aduẽtus: domini nostri iesu christi. Gradua le. Letatus sum ĩ his que dicta sũt michi in domũ domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. Allelupa. ℣. Letat⁹ sum in his que dicta sunt michi in domũ domini ibimus. ℣. Stantes erant pedes nostri in atriis hierusalem. Isti duo. ℣. dicuntur per ebdomadã alternis vicibus ita tamen ꝙ. ℣. Stantes. primo dicitur quãdo de feria agitur. Et si nulla feria per hanc ebdomadam ad hoc vacauerit: tunc vltimus. ℣. eo anno omnino preter mittatur. Scdm matheũ.xxij.ca

In illo tẽpore: Accesserunt ad iesum pharisei: et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tentans eũ. Magister: quod est mandatum magnũ in lege? Ait illi iesus. Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo: et in tota anima tua: et in tota mente tua. Hoc est maximũ et primum mãdatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum: sicut teipsũ. In his duobus mandatis: vniuersa lex pendet et prophete. Congregatis autẽ phariseis: interrogauit eos iesus / dicens. Quid vobis videtur de christo: cuius filius est? Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomõ ergo dauid in spũ vocat eum dñm dicens: dixit dñs dño meo: sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuoꝝ? Si ergo dauid vocat eum dominum: quomodo filius ei⁹ est? Et nemo poterat

respōdere ei verbū: neqꝫ ausꝰ fuit quisq̄ ex illa die: eū amplius interrogare. Offertoꝛ. Sāctificauit moyses altare dño offerēs super illud olocausta et immolās victimā fecit sacrificium vespertinū in odoꝛem suauitatis domino deo in conspectu filioꝛum israel. Sec.

Maiestatem tuā dñe suppliciter depꝛecamur: vt hec sācta que gerimꝰ: et a pꝛeteritis delictis nos exuāt ⁊ futuris. P. Coio Tollite hostias et itroite in atria eiꝰ: adorate dominū in aulā sancta eiꝰ. Postcō

Sanctificationibus tuis q̄s omnipotens deus: et vicia nostra curētur: et remedia nobis eterna pꝛoueniant. Per. Feria quarta. Ad romanos. xv. capitulo

Frēs Obsecro vos per dñm iesum chꝛistum: ⁊ per caritatē sancti spiritus: vt adiuuetis me i oꝛationibus vestris pꝛo me ad deū vt liberer ab infidelibus: qui sūt i iudea: ⁊ obsequij mei oblatio fiat accepta in hierosolima sāctis: vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei: vt refrigerer vobiscū. Deus aūt pacis sit cū omibus vobis amen. S. matheū. xiij. capi.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factū est regnum celoꝛū grano synapis: quod accipiēs homo seminauit in agrū suū: quod minimū est omnibus seminibus. Cum aūt creuerit: maius est omībus oleribꝫ. Et fit arboꝛ: ita vt volucres celi veniant et habitent in ramis eius. Aliam parabolā locutus est eis. Simile est regnū celorum fermēto quod acceptum mulier abscōdit in farine satis tribꝫ: donec fermētatum est totum Hec omia locutus est iesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis nō loquebatur eis: vt adimpleretur quod dictū est per pꝛophetā / dicentem. Aperiam in parabolis os meum: eructaui abscōsa a cōstitutione mūdi. Dominica. xix. Offm̄.

Salus populi ego sum dicit dominus de quacunqꝫ tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos: et ero illoꝛum dominus in perpetuū. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oꝛis mei. Or

Dirigat coꝛda nostra quesumus domine tue miserationis operatio: quia tibi sine te placere nō possumꝰ. P. Epl'a ad ephesios. iiij.

Frēs: Renouamini spū mentis vestre: et induite nouū hominē: qui secundū deū creatus est: in iusticia et sanctitate veritatis. Pꝛopter qđ deponentes mendaciū loquimini veritatem vnusqsqꝫ cū pꝛoximo suo: qm̄ sumus iuicem mēbꝛa. Irascimini: et nolite peccare Sol non occidat super iracundiā vestram. Nolite locū dare diabolo. Qui furabat: iam non furetur. Magis aūt laboret operando manibus suis quod bonū est: vt habeat vnde tribuat necessitatē patiēti. Grad. Dirigat oꝛō mea sicut incensū in ꝯspectu tuo dñe. V. Eleuatio manuū mearū sacrificium vespertinū. Alla. V. Qui ꝯfidunt in domino sicut mōs syon non cōmouebitur

in eternū qui habitat in hierusalē. Secundum matheum. ix. capitulo

In illo tempore: Ascendens iesus i nauiculam transfretauit: et venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebāt ei paraliticum: iacētem in lecto. Et videns iesus fidē illorum: dixit paralitico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidā de scribis: dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cū vidisset iesus cogitationes eorum: dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere remittuntur tibi peccata an dicere: surge et ambula? Ut aūt sciatis quoniam filius hominis habet potestatē in terra dimittendi peccata: tunc ait paralitico Surge tolle lectum tuum: et vade in domū tuam. Et surrexit: et abijt in domū suam. Uidentes autem turbe: timuerunt. Et glorificauerunt deū: qui dedit potestatem talem hominibus. Offertorium Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine et super iram inimicorum meorum extendes manū tuam et saluum me fecit dextera tua. Secreta

Deus qui nos per hui⁹ sacrificij venerāda commercia vnius sūmeqꝫ diuinitatis participes efficis/ presta quesumus: vt sicut tuam cognoscim⁹ veritatem: sic eam dignis mentibus et moribus assequamur. P. Coio. Tu mādasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiēdas iustificationes tuas. Postcoio

Gratias tibi referimus domine sacro munere vegetati tuā misericordiā deprecātes: vt dignos nos eius participatione perficias Per. Feria. iiij. ij. Ad thessalonicēses. ij.

Fratres: State et tenete traditiones quas didicistis: siue per sermonē: siue per epistolam nostrā Ipse aūt dn̄s noster iesus xp̄s: et deus et pater noster qui dilexit nos et dedit nobis cōsolationem eternam: et spē bonam in gratia: consolet corda vestra: et confirmet in omi opere et sermone bono. De cetero frēs orate pro nobis: vt sermo dei currat et clarificet vbiqꝫ sicut et apud vos: et vt liberemur ab importunis et malis hominibus. Non eni oium est fides. Fidelis autē dn̄s est: qui cōfirmabit vos et custodiet a malo. Cōfidimus aūt de vobis i dn̄o: qm̄ que precepim⁹ et facitis et facietis. Dn̄s aūt dirigat corda et corpora vr̄a in caritate dei: et patientia xp̄i. S. matheū. xiij. ca.

In illo tp̄e: Accesserūt ad iesū discipuli eius: dicētes. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondēs: ait Qui seminat bonū semen: est filius hois. Ager aūt est mūdus. Bonū vero semē: hi sunt filij regni/ zizania aūt filij sunt nequā. Inimicus autem qui seminauit ea: est diabolus Messis vero consūmatio seculi est. Messores aūt: angeli dei sūt. Sicut ergo colligūtur zizania et igni cōburūtur: sic erit i consūmatione seculi. Mittet fili⁹ hois angelos suos/ et colligēt de regno suo oia scādala:

et eos qui faciũt iniquitatem. Et mittẽt eos in caminum ignis/ibi erit fletus et stridor dentium. Tũc iusti fulgebunt sicut sol: in regno patris eorũ. Qui habet aures audiendi: audiat. Dñica.xx. Offm.

O Mnia que fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi et mandatis tuis non obediuimus: sed da gloriam nomini tuo et fac nobiscum secũdum multitudinẽ misericordie tue. Ps. Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Oratio.

O Mnipotens et misericors deus: vniuersa nobis aduersãtia propiciatus exclude/vt mẽte et corpore pariter expediti: que tua sunt liberis mentibus exequamur. Per dominum nostrum iesum christũ.

Ad ephesios. v. capitulo.

F Ratres: Uidete quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes: sed quasi sapiẽtes. Redimẽtes tempus: quoniã dies mali sũt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes que sit volũtas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto: loquentes vobismetipsis i psalmis: et in hymnis et cãticis spiritalibus cãtantes: et psallentes in cordibus vestris domino Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri iesu christi deo et patri. Subiecti inuicem in timore christi. Graduale. Oculi omnium in te sperant domine: et tu das illis escam in tempore oportuno.

V. Aperis tu manũ tuam: et imples omne animal benedictione. Alla. V. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam. Scdm matheum.xxij.

I N illo tpe: Loquebatur iesus cum discipulis suis: ĩ parabolis/dicens. Simile factũ est regnũ celorum homi regi: qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: et nolebãt venire. Iterum misit alios seruos: dicẽs. Dicite inuitatis. Ecce prandiũ meũ parauí: tauri mei et altilia occisa sunt et omnia parata venite ad nuptias Illi autem neglexerũt. Et abierunt alius in villam suam: alius vero ad negociationem suã. Reliqui vero tenuerunt seruos eius: et contumelia affectos occiderunt. Rex autẽ cum audisset iratus est: et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos: et ciuitatem illorum succẽdit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidẽ parate sunt: sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: et quoscũqz ĩueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius ĩ vias: congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos et malos: et ĩpleте sunt nuptie discũbentium. Intrauit aũt rex vt videret discũbentes: et vidit ibi hominẽ non vestitũ veste nuptiali. Et ait illi. Amice Quomõ huc intrasti nõ habens vestem nuptialẽ? At ille obmutuit. Tũc dixit rex ministris. Ligatis manibus et pedibz eius: mitte eũ in tenebras exteriores. Ibi erit fle

tus et stridor dentiū. Multi eni sūt vocati: pauci vero electi. Offert. Super flumina babilonis illic sedim⁹ et fleuimus: dū recordaremur tui syō. Sec.

HEc munera q̄s domine que oculis tue maiestatis offerimus: salutaria nobis esse concede. Per do. Coīo. Memēto verbi tui seruo tuo dn̄e in quo michi spem dedisti hec me ꝯsolata est in humilitate mea. Postcō.

TUa nos domine medicinalis operatio: ⁊ a nostris peruersitatibus clemēter expediat: et tuis semper faciat inherere mādatis. Per. Feria iiij. ij. Ad thimo. ij.

CHarissime: Cōfortare i gratia que data est tibi in xp̄o iesu: et que audisti per me ⁊ per multos testes: hec cōmenda fidelibus hoībus/ qui idonei erūt et alios docere. Labora: sicut bon⁹ miles christi iesu. Nemo militās deo: implicat se negocijs secularibꝫ: vt ei placeat cui se probauit. Nā et qui certat in agone non coronabitur: nisi legittime certauerit. Laborantem agricolā: oportet primum de fructibus percipere. Intellige que dico: dabit enim tibi dn̄s in oībus intellectū. S. lucā. xiiij. ca.

IN illo tp̄e: Dicebat ies⁹ cuidā pricipi phariseorꝫ. Cū fac̄ prādiū aut cenā: noli vocare amicos tuos neqꝫ fr̄es tuos neqꝫ cognatos neqꝫ vicinos diuites: ne forte et ipsi te reinuitent: ⁊ fiat tibi retributio. Sed cū facis conuiuiū: voca pauperes/ debiles/ claudos/ et cecos: ⁊ beatus eris: quia nō habent retribuere tibi. Retribuetur eni tibi in resurrectiōe iustorꝫ. Hec cū audisset: quidā de simul discūbentibus dixit illi. Beatus q̄ mādacabit panē: i regno dei. Dn̄ica. xxi. Offm.

IN voluntate tua dn̄e vniuersa posita sūt et non est qui possit resistere voluntati tue: tu enim fecisti omia celū et terram et vniuersa que celi ambitu continentur: dn̄s vniuersorꝫ tu es. ps Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Oratio.

LArgire q̄s domine fidelibꝫ tuis indulgentiā placatus et pacem: vt pariter ab omnibus mundentur offensis et secura tibi mente deseruiant. Per. Ad ephesios. vj. capi.

FRatres: Confortami in dn̄o et in potentia v̄tutis ei⁹. Induite vos armaturam dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Q̄m nō est nobis colluctatio aduersus carnē et sanguinē: sed aduersus principes et potestates: aduersus mundi rectores tenebrarꝫ harum: cōtra spiritualia nequicie in celestibꝫ. Propterea accipite armaturam dei: vt possitis resistere in die malo: et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: ⁊ induti loricam iusticie: et calciati pedes i preparatione euāgelij pacis. In omnibus sumētes scutū fidei: in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salut̄ assumite: et gladiū spiritus: quod est verbum dei. Graduale. Domine refugiū factus es nobis a gn̄atione et ꝓgenie. V̄. Priusq̄

montes fierent aut formaretur terra et orbis a seculo et in seculū tu es deus. Alleluya. V. Lauda anima mea dominum laudabo dn̄m in vita mea: psallam deo meo q̄ diu ero. S. iohannē. iiij. ca.

In illo tempore: Erat quidā regulus: cuius filius īfirmabatur capharnaum. Hic cum audisset quia iesus adueniret a iudea in galileam: abijt ad eū et rogauit eum vt descenderet et sanaret filium eius Incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eū Nisi signa et prodigia videritis: non creditis. Dixit ad eū regulus. Domine descende priusq̄ moriatur filius meus. Dixit ei iesus. Uade: filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quē dixerat ei iesus: et ibat. Jam autē eo descendente: serui occurrerūt ei: et nunciauerūt dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horā ab eis in qua melius habuerat. Et dixerūt ei: quia heri hora septima reliquit eū febris. Cognouit ergo pater: q2 illa hora erat in qua dixit ei iesus/ filius tuus viuit. Et credidit ipse: et domus eius tota. Offertorium. Uir erat ī terra nomine iob simplex et rectus ac timens deum quem sathā petiit vt tentaret: et data est ei potestas a domino in facultate et in carne eius: perdidit q3 omnem substātiam ipsius et filios: carnem quoq3 eius graui vlcere vulnerauit. Secreta.

Celestem nobis prebeāt hec mysteria q̄s dn̄e medicinā: et vicia cordis nostri expurgent. Per dn̄m. Coio. In salutari tuo anima mea et in verbum tuū speraui: quando facies de persequentibus me iudiciū: iniqui persecuti sunt me adiuua me domine deus meus. Postcommunio.

Ut sacris dn̄e reddamur digni muneribz: fac nos q̄s tuis sēper obedire mādatis. P. d. Feria. iiij. j. Ad thessalonicēses. j.

Fratres: Scientes dilecti a deo electionem vestram: q2 euangelium nostrum non fuit apud vos in sermone tantū: sed et in virtute in spiritusancto et ī plenitudine multa sicut scitis quales fuerimus ī vobis propter vos. Et vos imitatores mei facti estis et domini: excipiētes verbū domini ī tribulatione multa cum gaudio spiritussācti. Ita vt facti sitis forma omnibus credentibus: ī macedonia et ī achaia. A vobis enim diffamatus est sermo domini non solum in macedonia et in achaia: sed in omni loco fides vestra q̄ est ad deum perfecta est: ita vt nō sit nobis necesse quicq̄ loqui. Ipsi eī de nobis annūciant qualē introitum habuerimus ad vos: et quomodo cōuersi estis ad dn̄m a simulachris: seruire deo viuo et vero: et expectare filium ei9 de celis. Quē suscitauit ex mortuis: iesum xp̄m dn̄m nostrum. S. lucam. vj. cap.

In illo tempore: Factum est vt intraret iesus in synagogam et doceret: et erat ibi homo: et manus eius dextra erat arida. Obseruabant aūt scribe et pharisei: si ī sabbato curaret: vt inuenirent vnde accusarent eum. Ipse vero sciebat cogitatiōes eorum:

et ait homi: qui habebat manum aridam. Surge et sta in medium Et surgens stetit. Ait aut ad illos ies⁹. Interrogo vos: si licet sabbato benefacere an male / animã saluã facere an perdere? Et circũspectis omnibus: dixit homini. Extẽde manũ tuã. Et extendit Et restituta est manus ei⁹ Ipsi aũt repleti sunt insipientia et colloquebãtur ad inuicẽ: quidnam facerent de iesu. Dominica.xxij. Officium.

S I iniquitates obseruaueris domine: dñe quis sustinebit: quia apud te propiciatio est deus israel. Ps De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Ami Orõ.

Aliam tuã q̃s domine continua pietate custodi: vt a cũctis aduersitatibus te protegente sit libera: et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per do. Ad philippenses.j.capitu.

Fratres: Confidimus in dño iesu: quia qui cepit in vobis opus bonũ: perficiet vsq3 in diem xpi iesu. Sicut enim est michi iustum hoc sentire pro omnibus vobis: eo q habeam vos in corde et in vinculis meis: et in defensione et confirmatione euangelij: socios gaudij mei oms vos esse. Testis eni michi est deus: quomodo cupiã vos omes esse in visceribus iesu xpi. Et hoc oro: vt caritas vestra magis ac magis abundet in omni scientia: et in omni sensu / vt probetis potiora / vt sitis sinceres: et sine offẽsa in diem christi: repleti fructu iusticie. Per iesum xpm in gloriam et laudem dei. Graduale. Ecce q bonũ et q iocũdum habitare fratres in vnũ. V. Sicut vnguentum in capite quod descẽdit: in barbam barbam aaron. Alius. V. Mandauit dñs benedictionem et vitam vsq3 in seculum. Alleluya. V Qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum. Isti duo V. dicuntũr alternis vicibus per ebdomadam quotiẽs de feria agitur: et si nulla feria per hanc ebdomadam ad hoc vacauerit: tunc secundus. V. oĩno pretermittatur. Scdm matheũ.xviij.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc Simile est regnũ celorum homi regi: qui voluit rationem ponere cũ seruis suis. Et cum cepisset rationem ponere: oblat⁹ est ei vnus qui debebat ei decem milia talenta. Cum autem nõ haberet vnde redderet: iussit eum dñs eius venũdari: et vxorem ei⁹ et filios: et omnia q̃ habebat: et reddi. Procidens aũt seruus ille: rogabat eũ dicẽs. Patientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius dimisit eũ: et debitum dimisit ei Egressus autem seruus ille: inuenit vnũ de conseruis suis qui debebat ei centũ denarios. Et tenẽs suffocabat eum: dicens. Redde quod debes. Et procidens conseruus eius: rogabat eũ dicẽs. Patientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Ille autẽ noluit: sed abijt et misit eum in carcerem donec redderet debitũ Videntes autem cõserui eius que fiebãt:

contristati sũt valde. Et venerũt et narrauerũt dño suo oĩa que facta fuerant. Tũc vocauit illũ dominus suus: et ait illi Serue neq̃: omne debitũ dimisi tibi qm̃ rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui: sicut et ego tui misertus sũ Et iratus dñs ei⁹: tradidit eũ tortoribz: quoadusq̃ redderet vniuersũ debitũ. Sic et pater meus celestis faciet vobis: si non remiseritis vnusquisq̃ fratri suo/de cordibus vestris. Offerto. Recordare mei domine omnipotentatui dominans: da sermonẽ rectũ in os meũ vt placeant verba mea in conspectu prin cipũ. Secreta.

Suscipe domine propicius hostias: quibus et te placari voluisti: et nobis salutem potenti pietate restitui. P. Coio. Dico vobis gaudiũ est angelis dei sup vno peccatore penitentiã agente. Postcoio.

Immortalitatis alimoniã consecuti q̃s dñe: vt quod ore percepimus: mẽte sectemur. Per d. Feria quarta. Ad romanos. iij. ca.

Fratres: Scimus qm̃ quecunq̃ lex loquitur: his qui i lege sũt loquit: vt os obstruat et subditus fiat omnis mũdus deo: quia ex operibus legis nõ iustificabitur oĩs caro coram illo. Per legem eni cognitio peccati. Nunc autem sine lege iusticia dei manifestata est: testificata a lege et prophetis. Justicia aũt dei per fidem iesu xp̄i in omnes et super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Oẽs eni peccauerunt: et egent gloria dei. Justificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem que est in christo iesu: quẽ proposuit de⁹ propiciatorẽ per fidem in gratia ipsius ad ostensionẽ iusticie sue, ppter remissionẽ precedentiũ delictorũ in sustentatione dei: ad ostensionẽ iusticie ei⁹ in hoc tẽpore. Ut sit ipse iustus et iustificans eũ: qui ex fide est iesu christi. S. marcũ. xj. ca.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Amẽ dico vobis/quia si quis dixerit huic mõti tollere et mittere in mare: et nõ hesitauerit in corde suo: sed crediderit quia quodcũq̃ dixerit fiat: fiet ei. Propter quod dico vobis. Omnia quecunq̃ orantes petitis: credite quia accipietis: et venient vobis. Et cum stabit' ad orationem dimittite si quid habet' aduersus aliquẽ: vt et pater vester qui in celis est: dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos nõ dimiseritis: nec pater vester qui in celis est: dimittet vobis peccata vestra. Dominica. xxiiij. Officium

Ne timeas zacharia exaudita ẽ oratio tua et elizabeth vxor tua pariet tibi filiū et vocabis nomen eius iohannem: et erit magnus coram dn̄o: et sp̄u sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue: et multi in natiuitate eius gaudebunt. p̄s. Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer. Oratio.
Presta quesumus omnipotens de⁹/ vt familia tua per viam salutis incedat: et beati iohannis precursoris hortamēta se-

ctando: ad eum quem predixit se-
cura perueniat. dn̄m nostrū iesū
christū filium tuum. Qui tecum
viuit et regnat. Memoria de san
cta etheldreda. Orō.

Deus qui nos hodie btē etheldre-
de virginis tue annua solennita-
te letificas: concede propicius. vt
eius adiuuemur meritis cuius ca
stitatꝫ irradiamur exemplis. Per.

Lectio hieremie prophete. j. capi.

In diebus illis Factū est ver
bum dn̄i ad me: dicens. Pri
usꝗ̄ te formarem ī vtero noui te:
et anteꝗ̄ exires de vulua sanctifi-
caui te: et prophetam in gentibus
dedi te. Et dixi. A a a domine deus:
ecce nescio loqui quia puer ego sū
Et dixit dominus ad me. Noli di-
cere quia puer sum: quoniam ad
omnia que mittam te ibis: et vni-
uersa que mandauero tibi loque-
ris. Ne timeas a facie eorū: quia
ego tecum sum vt eruam te dicit
dn̄s. Et misit dn̄s manū suā: et te
tigit os meū. Et dixit ad me. Ecce
dedi verba mea in ore tuo: ecce cō
stitui te hodie super gentes: et sup
regna: vt euellas et destruas et dis
perdas et dissipes et edifices: ꝛ plā
tes. Dicit dominus omnipotens.

Gradu. Fuit homo miss9 a deo cui no-
men iohannes erat hic venit. ℣. Ut testi
monium perhiberet de lumine et para-
re domino plebem perfectam. Si do-
minica fuerit dicitur. Allelуa. ℣.
Tu puer propheta altissimi vocaberis
preibis ante dominum parare vias ei9.

Initium sancti euangelij. Se-
cundum lucam. j. capitulo.

Fuit i diebus herodis regis
iudee sacerdos quidam no
mie zacharias de vice abia: ꝛ vxor
eius de filiabus aaron: et nomen
eius elizabeth. Erant autem iusti
ambo ante deum: incedentes ī om
nibus mandatis et iustificationi-
bus domini sine querela. Et non
erat illis filius eo ꝙ esset elizabeth
sterilis: et ambo processissent ī die
bus suis. Factum est autem cum
sacerdotio fungeretur zacharias
in ordine vicis sue ante deum: se-
cundum consuetudinem sacerdo
tij sorte exijt vt incensum poneret
ingressus ī templum domini. Et
omis multitudo erat populi orās
foris hora incensi. Apparuit autē
illi angelus domini stās a dextris
altaris incēsi. Et zacharias turba
tus est videns: et timor irruit sup
eum. Ait autem ad illum āgelus.
Ne timeas zacharia: quoniam ex
audita est deprecatio tua: et vxor
tua elizabeth pariet tibi filium et
vocabis nomen eius iohannem.
Et erit gaudium tibi et exultatio:
et multi in natiuitate eius gaude
bunt. Erit enim magnus coram
domino. Uinum et syceram non
bibet. Et spiritu sancto replebitur
adhuc ex vtero matris sue: et mul
tos filiorum israel cōuertet ad do
minū deum ipsorꝫ. Et ipse precedet
ante illum in spiritu et virtute he
lye: vt conuertat corda patrum ī
filios: et incredulos ad prudentiā
iustorum. Parare domino: plebē
perfectam. Offertorium. Gloria
et honore coronasti eum. Secreta.

Da quesumus omnipotens deus: vt sicut beatus iohannes baptista astruxit: agn⁹ ille tuus qui presētibus mysterijs declarat⁹ est/peccata nostra sēper emūdet. Qui tecum viuit et regnat.

Alia secreta. Que in hoc altari domine proposita oculis tue maiestatis offerimus: sancte etheldrede virginis tue supplicationibus quesumus propici⁹ assume. Cōmunio. Magna est gloria.

Postcōmu. Beati iohannis baptiste nos domine preclara comitetur oratio: et quem venturum esse predixit: poscat nobis fore placatum: dominum nostrū iesum christum filium tuū. Qui tecū viuit et regnat.

Alia postcō. Quesumus omnipotens deus: vt quod de mensa celesti percepimus: intercedente beata etheldreda virgine tua: nostros sēper ad te trahat affectus. Per dominum nostrum iesum christum

In die sancti iohannis baptiste.

Officium. De ventre matris mee vocauit me domin⁹ nomine meo: et posuit os meum vt gladium acutum: sub tegumēto manus sue ptexit me posuit me quasi sagittam electam. Ps. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo

Oratio. Deus qui presentem diem honorabilem nobis in beati iohannis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum: et omnium fidelium mentes dirige in viam salutis eterne. Per dominum nostrum.

Lectio esaie prophete. xlix. capitulo. Audi insule: et attendite populi delonge. Dominus ab vtero vocauit me: de ventre matris mee recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum: in vmbra manus sue protexit me: et posuit me sicut sagittā electam. In pharetra sua abscondit me: et dixit michi. Seruus meus es tu israel: quia i te gloriabor. Et nunc hec dicit domin⁹: formās me ex vtero seruum sibi. Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsq₃ ad extremū terre. Reges videbunt et consurgent principes: et adorabunt dominum deum tuum: et sanctum israel qui elegit te.

Graduale. Priusq̄ te formarem i vtero noui te et anteq̄ exires de ventre sanctificaui te. ℣. Misit dominus manum suam et tetigit os meum et dixit michi. Allelupa. ℣. Inter natos mulierum nō surrexit maior iohanne baptista.

Sequentia. Sancti baptiste christi preconis. Solennia celebrātes moribus ipsum sequamur. Ut ad vitam quam predixit asseclas suos perducat. Deuoti te sanctissime hominum amice iesu christi flagitamus vt gaudia percipiamus. Sequens v̄sus dicitur in natiuitate eiusdē tantū. Apparēs q̄ zacharie gabriel repromisit qui tuam celebrarēt obsequijs natiuitatem. Sequens v̄sus dicitur in decollatione eiusdem tantum. Maxima que dantur sanctis in ce

lo qui martyrii tui congaudemus victoriis in die ista. Ut per hec festa eterna gaudia adipiscamur. Qua sancti dei sacris deliciis leti congaudent. Tu qui preparas fidelium corda. Ne quid deviu vel lubricum deus in eis inueniat Te deposcimus vt crimia nostra. Et facinora continua prece studeas absoluere Placatus. Ut ipse suos Semper inuisere. Fideles. Et mansionem. In eis facere. Dignetur. Ut agni vellere quem tuo digito Mundi monstraueras tollere crimina nos velit iduere. Ut ipsum mereamur angelis associj. In alba veste seq per portā clarissimā. Amice christi iohannes. Iste vltimus. V. dicitur ter in vtroq festo Euangelium secūdum lucam. v.

In illo tēpore. Elizabeth impletum est tempus pariēdi: et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa: et congratulabātur ei. Et factum est in die octauo / venerunt circūcidere puerum: et vocabant eum nomine patris sui zachariā. Et respondens mater ei9: dixit. Nequaq: sed vocabit iohānes. Et dixerunt ad illam: quia nemo est in cognatione tua: qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius: quem vellet vocari eum Et postulans pugillarem: scripsit dicēs. Johannes est nomē ei9. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem ilico os eius et lingua eius: et loquebatur benedicēs deū. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: et super omia montana iudee diuulgabantur omnia vba hec. Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo: dicentes. Quisputas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et zacharias pater ei9 impletus est spiritu sancto: et prophetauit dicens. Benedictus dominus deus israel: quia visitauit et fecit redemptionem plebis sue. Credo Offerto. Iustus vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabi

Tua domine Secreta. tur. muneribus altaria cumulamus: illius natiuitatem honore debito venerantes: et opem nob3 affore deprecantes: qui saluatorē mundi et cecinit affuturum: et adesse monstrauit iesum christū filium tuum. Qui tecum viuit et regnat. Cōmunio. Tu puer propheta altissimi vocaberis preibis enim ante faciem domini parare vias eius. Postcō.

Sumat ecclesia tua deus beati iohannis baptiste generatione leticiā: per quem sue regenerationis cognouit auctorē: dominum nostrum iesum christum filium tuū. Qui tecum viuit et re. Per totas octauas dicitur eadem missa de sancto iohanne nisi festū intercurrat et nisi in dominica: sed sine sequē. et Credo. et nisi missa Salus populi. vel missa dominicalis ex necessitate cantanda fuerit: et quando dicitur missa de festo loci vel de sancta maria. Sanctorū iohannis et pauli martyr. Offiū

Multe tribulationes iustorum et de his omnibus liberauit eos dominus. dominus custodit omia ossa eorum: vnũ ex his non conteretur. ps Benedicam dominũ in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oro. Quesumus omnipotens deus/vt nos gemiata leticia hodierne festiuitatis excipiat: que de beatorum iohannis et pauli glorificatione procedit/quos eadem fides & passio vere fecit esse germanos. Per dominum nostrum iesũ christum. Memoria de sancto iohanne baptista. Epistola. Hi sũt viri. Graduale. Ecce q̃ bonum. Et dicitur cum vtroq; versu. Allelupa. ℣. Isti sunt due oliue et duo candelabra lucentia ante dominum: habent potestatem claudere celum nubibus et aperire portas eius: quia ligue eorum claues celi facte sunt. Si dominica fuerit dicitur sequentia de cõmuni. Euangeli. Attendite a fermento. Offertorium. Gloriabuntur. Secreta Hostias altaribus tuis domine placationis imponimus: potẽtiam tuam in sãctorũ tuorum iohannis et pauli passionibus honorando: et per eos nobis implorando veniam peccatorum. Per dominum nostrum iesum christum filium tuũ. Cõmunio. Et si coram hominum. Postcõmunio. Sumptis sacramẽtis plebs tua domine quesumus repleta proficiat: et eorum fulta presidijs quorũ natalicia celebrat: quod temporaliter deuota sectatur eternum consequi mereatur. Per dominũ nostrum iesum christum. In vigilia apostolorum petri et pauli. Offm Dicit dominus petro cũ esses iunior cingebas te: et ambulabas vbi volebas: cum autem senueris extendes manus tuas et alius te ciget et ducet quo tu non vis hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum. ps Celi enarrãt gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Oratio. Deus qui nos beatorum apostolorũ tuorum petri et pauli gloriosa natalicia p̃uenire concedis: tribue quesum⁹. eorum nos semper beneficijs preueniri: et orationibus adiuuari. Per dominum. Memoria de sãcto leone. Oratio. Deus qui beatũ leonẽ pontificem sanctorum tuorum meritis coequasti: concede propicius. vt qui ꝯmemorationis eius festa recolimus: vite quoq; imitemur exempla. Mẽoria de sancto iohãne baptista. Lectio actuum apostolorum. iij. capitulo. In diebus illis: Petrus et iohannes ascendebant in templum ad horã orationis nonam. Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris sue baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam tẽpli que dicitur speciosa: vt peteret elemosinam ab introeuntibus i templum. Is cum videret petrum et iohannem incipientes introire in templum: rogabat vt elemosinã acciperet Intuens autem in eum

petrus cum iohanne: dixit. Respi
ce in nos. At ille intendebat in eos
sperans se aliquid accepturum ab
eis. Petrus autem dixit. Argen-
tum et aurum nō est michi: quod
autem habeo hoc tibi do In nomi
ne iesu christi nazareni: surge et ā
bula. Et apprehensa manu eius
dextera alleuauit eum: et protinus
consolidate sunt bases eius et plā
te. Et exiliens stetit: et ambulabat
Et intrauit cum illis in templum
ambulans: et exiliens et laudans
deum. Et vidit eum omnis popu
lus ambulantem: et laudantem
deum. Cognoscebant autem illū:
quoniam ipse erat qui ad elemosi
nam sedebat ad speciosam portā
templi. Et repleti sunt stupore: et
extasi in eo quod contigerat illi.
Graduale. In omnem terram. Si
dominica fuerit dicatur vnum al
leluya de communi apostolorum
Secundum iohannem. xxi. capi.
In illo tempore: Dixit iesus
symoni petro Symon iohā
nis diligis me plus his? Dicit ei.
Etiam domine: tu scis quia amo
te. Dicit ei. Pasce agnos meos Di
cit ei iterum Symon iohannis di
ligis me? Ait illi. Etiam domine:
tu scis quia amo te Dicit ei. Pasce
agnos meos. Dicit ei tercio. Sy
mon iohannis amas me? Contri
status est petrus: quia dixit ei ter-
cio amas me. Et dixit ei Domine
tu omīa nosti: tu scis quia amo te.
Dixit ei. Pasce oues meas. Amen
amen dico tibi: cū esses iunior cin
gebas te: et ambulabas vbi vole-
bas. Cum autem senueris: exten-
des manus tuas et alius te cinget:
et ducet quo tu non vis. Hoc autē
dixit: significans qua morte clari
ficaturus esset deum. Offertoriū
Mu Secreta. Michi autem.
nera domine tue propicia-
tionis deferimus: que tibi pro no-
stris grata ieiunijs: eorum quesu
mus deprecatio: quorum solēnia
preuenimus efficiat. Per dn̄m no-
strum iesū christum filiū tuum.
Annue nobis Alia secreta
domine vt per intercessio-
nem beati leonis confessoris tui
atque pōtificis: hec nobis p̄sit obla
tio: quam immolando totius mū
di tribuisti relaxari delicta. Com-
munio. Symon iohannis diligis me
plus his: dn̄e tu omnia nosti tu scis quia
Sum Postcōmunio amo te.
psimus domine diuina mi
steria beatorum apostolorū tuorum
petri et pauli desiderata solennia
precurrētes: presta quesumus. vt
eorum supplicationibus munia-
mur: quorum regimur principa-
tu. P. Alia postcōmunio.
Sumentes domine diuina
misteria sācti leonis cōfessoris tui
atque pōtificis pia nos quesumus
intercessio prosequatur. vt cuius so
lennia recensemus / optata presidia
sentiamus. Per. In die aplorū petri
et pauli. Ad mis. Officiū.
Nunc scio vere quia misit dn̄s
āgelum suū et eripuit me
de manu herodis et de oī expecta-
tione plebis iudeorum. ps. Et pe-
trus: ad se reuersus dixit. Oratio.

DEus qui hodiernam diem apostolorum tuorum petri et pauli martyrio consecrasti: da ecclesie tue eorum i omnibus sequi preceptum: per quos religiõis sũpsit exordium. Per dominũ. Lectio actuum apostolorum. xij. ca.

IN diebz illis: Misit herodes rex man⁹: vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit aũt iacobum: fratrem iohãnis gladio. Uidens autem quia placeret iudeis apposuit apprehendere et petrum Erãt autem dies azimorũ. Quẽ cum apprehẽdisset misit in carcerẽ: tradensqz quattuor quaternionibus militũ ad custodiendũ: volens post pascha producere eũ populo. Et petrus quidem seruabat in carcere: oratio aũt fiebat sine i termissione ab ecclesia ad deũ pro eo. Cum autem producturus eũ esset herodes: in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabus: et custodes ante hostiũ custodiebant carcerem. Et ecce ãgelus dñi astitit: et lumẽ refulsit i habitaculo. Percussoqz latere petri excitauit eum: dicens. Surge velociter. Et ceciderunt cathene de manibus eius Dixit autem ãgelus ad eum. Precingere: et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circunda tibi vestimentũ tuum: et sequere me. Et exiens sequebatur eum: et nesciebat quia verum est: quod fiebat per ãgelum. Existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam et secundam custodiam: venerunt ad portã ferream que ducit ad ciuitatem / que vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum: et continuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reuersus: dixit Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum: et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorum. Graduale.

Constitues eos principes. Allelupa. ℣. Tu es symon bariona cui caro et sãguis non reuelauit verbũ patris: sed ipse pater qui est in celis. Sequẽtia.

LAude iocunda melos turma persona. Jungẽdo verba symphonie rithmica. Concrepans inclita armonia vera celi lumina. Luce qui aurea illustrarunt mundi regna omnia. Uernant fortia iam quorum trophea in celi regia Quorum merita dissoluãt crimina hac die fulgida Nam alter crucis supplicio triumphans alter ensis iugulo / vterqz nitet laurea. Et super sublimes sydera insignes victoria celica prelati sunt in curia. Hinc beate petre qui maxima reseras claudis v̄bo celi limia. Sume pius vota fidelia peccati cũcta dissoluendo vincula. Sacra paule ingere dogmata illustrans plebis pectora. Et quousqz det deus perfecta vltra fer mẽtes sydera. Pulchris qua resultet musica ꝯtutũ fidibus atqz melis concina. In qua symphonia miscetur et illa que vere diatesseron prima Constãs virtute et iusticia. Tẽperãtia et prudẽtia. Quibus supa agmina rite

decorata christo cantica psallunt
en armonica Nostro sint choro so
cia illa dent lumina quis preconia
damus yperlirica Sublime dicāt
nunc omnia. Amen redempta.
Euangelium. Uenit iesus in par
tes. Require i cathedra sancti pe
tri. Credo. Offertorium. Constitu
es eos principes. Secreta.
Hostias domine quas nomi
ni tuo sacrandas offerimus apo
stolica ꝓsequatur oratio: per quā
nos et expiari tribuas et defendi.
Per dominum nostrum iesum.
Prefatio. Et te domine. Cōmu
nio. Tu es petrus ⁊ super hanc petram
edificabo ecclesiam meam. Postcōio.
Quos celesti domine alimē
to satiasti quesum⁹ aposto
licis intercessionibus ab omni ad
uersitate custodi. Per dominum
nostrum. In commemoratione
sancti pauli. Ad missam. Officiū.
Scio cui credidi ⁊ certus sū
quia potens est depositum
meum seruare in illum di
em. ps. Domine probasti me et cogno
uisti me: tu cognouisti sessionem meam
et resurrectionem meam. Oratio.
Deus qui multitudinem gē
tium beati pauli apostoli
tui predicatione docuisti: da no
bis quesumus. ut cuius natalicia
colimus: eius apud te patrocinia
sentiamus. Per dominum nostrū
Memoria de sācto petro. Oratio.
Deus qui beato petro aposto
lo tuo collatis clauibus re
gni celestis aīas ligādi atq3 soluē
di pontificium tradidisti: concede
propicius: ut intercessionis eius au
xilio: a peccatorum nostrorum ne
xibus liberemur. Memoria de sā
cto iohāne baptista. Epistola. Ad
FRa- galathas. j. capitulo.
tres Notū vobis facio euā
gelium quod euangelizatum est
a me: quia non est secūdum homi
nem Neq3 enim ego ab homīe ac
cepi illud neq3 didici: sed per reue
lationem iesu christi. Audistis eni
conuersationem meā aliquando
in iudaismo: quoniam supra mo
dum persequebar ecclesiam dei: et
expugnabam illam Et proficiebā
in iudaismo supra multos coeta
neos meos in genere meo: abun
dantius emulator existens pater
narum mearum traditionū. Cū
autem cōplacuit ei qui me segre
gauit de utero matris mee: et vo
cauit per gratiam suam: vt reue
laret filium suum i me vt euange
lizarem illū in gentibus: cōtinuo
non acquieui carni ⁊ sanguini/ ne
q3 veni hierosolimam ad antece
sores meos apostolos: sed abij in
arabiam: et iterum reuersus sum
damascum. Deinde post annos
tres veni hierosolimam videre pe
trum: et mansi apud eum diebus
quindecim. Alium autē apostolo
rum vidi neminē: nisi iacobū fra
trem domini. Que autem scribo
vobis: ecce corā deo quia non mē
tior. Deinde veni in partes syrie ⁊
cilicie Erā aūt ignotus facie eccle
sijs iudee: que erāt in christo iesu.
Tm̄ aūt auditū habebāt: qm̄ qui
persequebatur nos aliquādo/ nūc

euangelizat fidem quam aliquando expugnabat. Et in me glorificabãt: dñm nostrũ iesum christũ. Gradua. Qui operatus est. Alleluya. V. Magnus sanctus paulus. Sequẽtia. Solennitas sancti pauli. Euãge. Dixit symon petrus. Require in conuersione sancti pauli. Credo. Offertorium. Michi autẽ. Secre.

Oblationẽ tibi domine votiuã deferimus precantes: vt ad laudẽ tui nois et apostolice reuerentiam dignitatis: et ad nrm perueniat sãctificata presidium. Per dominũ. Alia secreta.

Ecclesie tue qs dñe preces et munera beati petri apostoli tui cõmendet oratio: et quod pro illius gloria celebramus: nobis prosit ad veniã. Prefatio. Et te dñe. Coio. Amen dico vobis. Require oia ista in conuersione sancti pauli scilicet. Graduale. Alleluya. Sequentiã. Euangeliũ et Coio. Postcomu.

Da qs omps de9: vt ecclesia tua et sacramentis refecta salutaribus et beati pauli apostoli tui fulta supplicationib9: sic presẽtia dona percipiat: vt capere mereatur eterna. Per dominum nostrum iesum. Alia postcõmunio.

Letificet nos dñe qs mun9 oblatũ: vt sicut in apostolo tuo petro te mirabilem pdicam9: sic per illũ tue sumamus indulgẽtie largitatem. In octa. sancti iohannis baptiste. Offm. Orõ. Epistola. Graduale. Alleluya. Offertorium et Cõmunio. sicut in prima die dicantur cum hoc euãge.

Secundum lucam. j. capitulo.

In illo tempore: Dixit ad zachariam angelus. Ne timeas zacharia: quoniã exaudita est depcatio tua: et vxor tua elizabeth pariet tibi filiũ et vocabis nomen eius iohãnem. Et dixit zacharias ad angelum. Unde hoc sciã. Ego enim sum senex: et vxor mea processit in diebus suis. Et respondẽs angel9: dixit ei. Ego sum gabriel qui asto ante deum: et missus sum loqui ad te et hec tibi euangelizare Et ecce eris tacens: et non poteris loqui vsqz in diem quo hec fiant: pro eo quod non credidisti verbis meis: que implebũtur i tempore suo. Et erat plebs expectãs zachariam: et mirabantur quod tardaret ipse in templo. Egressus autẽ: non poterat loq ad eos. Et cognouerunt: qp visionem vidisset in tẽplo. Et ipse erat innuens illis: et permansit mutus. Et factum est vt impleti sũt dies officij ei9: abijt in domum suam. Post hos autem dies concepit elizabeth vxor eius: et occultabat se mensibus quinqz dicens. Quia sic fecit michi dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum: iter homines. Si iste octaue in sabbato vel in dominica euenerint missa de octaua dicitur in capitulo.

In die visitationis beate marie virginis. Ad missam. Officium

Gaudeamus omnes in domino diem festũ celebrantes sub honore marie virginis de cuius vi

sitatione gaudent angeli et collau dant filium dei. ℣. Eructauit cor me um verbū bonum: dico ego opera mea

Oratio. regi.

Deus qui sacratissimam virginē mariam vnigeniti tui matrem mutue cōsolationis gratia beatam elizabeth visitare fecisti: concede propicius. nobis famulis tuis vt eius visitationibus assidue consolemur/ et a cūctis aduersitatibus tuo munimine protegamur. Per eūdem dominum nostrum iesum christū. Memoria nulla. Lectio libri sapientie. Canticorum. ij. capitulo.

Ego flos campi: et lilium conuallium Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias Sicut malus inter ligna siluarū: sic dilectus meus iter filios. Sub vmbra illius quem desideraban sedi: et fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellā vinariā: ordinauit in me caritatē En dilectus meus loquitur michi: Surge propera amica mea columba mea: formosa mea et veni. Iā enim hyems transijt: imber abijt et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis aduenit. Uox turturis audita est in terra nostra. Ficus protulit grossos suos vinee: florentes odorem suum dederunt. Surge propera amica mea: columba mea/ i foraminibus petre: in cauerna macerie. Ostende michi faciem tuam: sonet vox tua i auribus meis Uox enim tua dulcis: et facies tua decora. Graduale. Benedicta et venerabilis. et cetera. ℣. Uirgo dei genitrix Allelupa. ℣sus. Mater mirifica summa per gratiam dona multiplica ditans ecclesiam sacris virtutibus tollens dissidium confer petentibus tuum presidiū.

Sequentia.

Celebremus in hac die festum domus zacharie laudibus leticie. Contemplemur ibi gestum: et de festo fiat festum iam domus ecclesie. Thema iam solennitatis copiose caritatis gratia recolitur. Quam elizabeth beata senectute fecū data suscepisse scribitur. Orbis totus gratuletur: toto corde veneretur dulcis visitatio. Compassiui cordis benignitas: excessiui status humilitas sacra consolatio. In introitu marie: prolem matrem prophetie spiritus illuminat. Cōfortata genitū roborata debitū: felix parēs terminat. Ergo festi hanc auctricē lauda dei genitricē syon ex præcordijs. Quicquid dicas de benigna minus est a laude digna debitis præconijs. Uisitatrix in mōtanis visitatrix in his planis sis matris ecclesie: Medicina xpiana quod nō valet vis. hstiana fiat dono gratie. Benedicta mulierum sydus maris lumē verum mestum cōsolare clerum populum irradia. Benedicto ventris tui fructu dona nobis frui sic quod sumus semper sui: in perenni gloria. Amen. Euangelium secundum lucam. j. capitulo.

In illo tēpore: Exurgēs maria abijt in montana cum festinatione in ciuitatem iuda: et intrauit i domū zacharie: et salutauit eliza-

beth Et factum est vt audiuit salutationem marie elizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto elizabeth et exclamauit voce magna: & dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi: vt veniat mater domini mei ad me? Ecce eni vt fctā est vox salutationis tue ī auribus meis: exultauit ī gaudio infās in vtero meo. Et beata q̄ credidisti: quoniā perficientur ī te ea: que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominum: et exultauit spiritus meus ī deo salutari meo. Credo. Offertorium. Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus vētris tui. Sec.

Ecclesie tue quesumus domine oblationē propicius ītuere/ et intercedente gloriosa virgine dei genitrice maria: vnitatꝭ ac pacis semper eidem dona concede. Per eundem. Prefatio. Et te ī visitatione. Cōmunio. Beata viscera marie virginis. Postcommunio.

Deus qui mediāte beata virgine maria mundo succurristi perdito: ipsius gloriosis meritis et precibus interuenientibus: cōcede placatus. vt ab ecclesie tue regno oīum scandalorum perturbatione remota: in tua semper pace tibi debite famuletur. Qui viuis et regnas. Per totas octauas dicantur sequentie sicut ista octa assumpsionis eiusdem cū missa predicta. In oct. die dicatᷣ Kyrie Gloria in excelsis. cum farsura. Spiritus et alme. Sequentia.

Ueni mater gratie fons misericordie miseris remedium. Ueni lux ecclesie tristibus leticie tu infunde radium. Te reginam colimus tibi laudes canimus: ex affectu cordium. Que es in angustijs et in rebus dubijs salus et solatiū. O stella prefulgida tu dira certamina maris huius reprime. Symonis nauicula filij tunicula ne scindantur prohibe. Portus nauigātium preces supplicantium filiorum suscipe Consolare flebiles iuua pusillanimes: & errantes corrige. Que deū hominibus et ima celestibus iungis o puerpera. Hereses īterime scismata tu destrue: firma pacis federa. Amen. et Benedictus marie filius. Sanctorꝫ processi & martiniani martyrum

Ad missam. Officium.

Iudicant sancti gentes et dominantur populis: et regnabit dominus deus illorum in perpetuum. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio

Deus qui nos sanctorꝫ martyrum tuorum processi et martiniani cōfessionibus gloriosis circū das et protegis: da nobis ex eorum imitatione proficere: et intercessione gaudere. Per. Mēoria de sancto suuithino. Oratio.

Deus qui hodiernam diem sacratissimā nobis in beati suuithini confessoris tui at pontificis depositione celebrare concedis: adesto propiciꝰ ecclie tue pre-

cibus. ut cuius gloriatur meritis: muniatur suffragijs. Memoria de apostolis. Epistola. Sācti per fidem. Graduale. Exultabunt. Alleluya. ℣ Reddet deus. Secundū matheum. xxiiij. capitulo.

In illo tempore: Sedente iesu super montem oliueti: accesserūt ad eum discipuli secreto: dicentes Dic nobis quando hec erunt: et qd signum aduentus tui: et consummationis seculi? Et respondens iesus: dixit eis. Uidete ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo: dicentes. Ego sū christus: et multos seducent. Audituri enī estis prelia: et opiniones preliorum. Uidete ne conturbemini Oportet enī hec fieri: sed nōdum est finis Consurget enim gens cōtra gentem: et regnum in regnū: et erunt pestilentie et fames et terremotus per loca. Hec autem omnia initia sunt dolorum. Tūc tradent vos in tribulationem: et occident vos / et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi: et inuicem tradent: et odio habebunt inuicē. Et multi pseudo prophete surgent & seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas refrigescet caritas multorū. Qui autem perseuerauerit vsqz i finē: hic saluus erit. Offertorium. Gloriabuntur. Secre.

Suscipe domine preces et munera oblata: que vt tuo digna sint conspectui: sāctorum martyrum processi et martiniani precibus adiuuemur. Per dnm. Alia secreta.

Suscipe clemētissime deus munus qd maiestati tue offerimus: et itercedente beato suuithino confessore tuo atqz pontifice: ad vtriusqz vite prosperitatem illud nobis prouenire ccede. Coio Anima nostra. Postcommunio.

Quesumus domine diuino refecti mysterio: vt qui sanctorū martyrum processi et martiniani temporali commemoratione gaudemus: eorum intercessionibus in ea numeremur sorte salutis: in qua illi sunt tua gratia gloriosi. Per do. Alia postcōmu.

Deus qui nos a delictorum contagijs tuorr expias perceptione sacramentorum: presta quesumus. vt beati suuithini confessoris tui atqz pōtificis merit;: a cunctis eruamur aduersis: et celestis vite delicijs perfruamur. P Missa de apostolis petro et paulo infra octa. quando de eis fit seruitium. Officium. Michi autem. Or Deus qui hodiernam diem. Epistola. Jam non estis. Graduale. Constitues. Alleluya. ℣. Nimis honorati. Euangelium. Hec mādo vobis. Offertorium. Constitues eos. Prefatio. Et te dne. Cō. Uos q secuti. In translatione et ordinatione sancti martini episcopi. Offm

Deus qui Or. Statuit ei. populo tuo eterne salut; beatum martinum ministrum concessisti: presta quesum?. vt qui executor mandatorum tuorum extitit in terris: intercessor noster sem

per esse dignetur in celis. Per dominum. Memoria de visitatione et de apostolis. Epistola. Ecce sacerdos. Gradua. Inueni dauid. Allelupa. ℣. Elegit te. Sequentia.

Sacerdotem xpi martinum cuncta per orbem canat ecclesia pacis catholice. Atqz illius nomen omnis hereticus fugiat pallidus. Pannonia letetur genitrix talis filij. Italia exultet alitrix tanti iuuenis. Et gallie trina diuisio sacro certat litigio cuius esse debeat presul Sed pariter habere se patrem omnes gaudeāt turoni soli huius corpus foueant. Huic francorum atqz germanie plebs omīs plaudat. Quibus videndum ispexit dominū in sua veste. Hic celebris ꝫ egypti partibus grecie quoqz cunctis sapientibus Qui impares se martini meritis sentiunt atqz eius medicamini. Nam febres sedat: demonesqz fugat: paralitica membra glutinat. Et mortuorum sua prece trium reddit corpora vite pristine. Hic rit⁹ sacrilegos destruit ⁊ ad xpi gloriam dat ignibus idola Hic nudis mysteria brachijs cōficiens preditus est celesti lumine. Hic oculis ac manibus in celum et totis viribus suspensus terrena cuncta respuit. Eius ori nunꝙ xps defuit siue iusticia vel quicquid ad verā vitam pertinet Igitur te cuncti poscimus o martine: vt qui multa mira hic ostendisti. Etiam de celo gratiam christi nobis supplicatu tuo sēper īfūdas. Secundum lucam. xij. capi.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite que possidetis: et date elemosinam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt: thesaurum non deficientem in celis: quo fur nō appropiat: neqz tinea corrumpit Ubi est enim thesaurus vester: ibi et cor vestrum erit. Offertorium Inter- Secre. Veritas mea.

Intercessio quesumus domine beati martini cōfessoris tui atqz pōtificis munera nostra cōmendet: nosqz maiestati tue sēper reddat acceptos. Per dominum nostrū. Cōmunio. Fidelis seruus. Postcō.

Presstent nobis quesum⁹ domine sumpta sacramenta presidium salutare: et interuenientibus beati martini cōfessoris tui atqz pontificis meritis / ab omnibus nos absoluāt peccatis Per dominum nostrum. In octa. apostolorum petri et pauli. Officiū. Sapientiam sanctorum. Oratio.

Deus cuius dextera beatum petrum apostolum ambulantem in fluctibꝫ ne mergeretur erexit: ⁊ coapostolum eius paulum tercio naufragantem de profundo pelagi liberauit exaudi nos propici⁹: ⁊ cōcede. vt amborum meritis eternitatis gloriā consequamur. Qui viuis et regnas. Memoria de visitatione. Episto. Hi sunt viri. Graduale. Iustorum anime. Allelupa. ℣. Isti sunt due oliue et duo cande. vt supra in festo sancti iohannis ⁊ pau-

Sequentia. Ecce pulchra. Secundum matheum. xiiij. capitulo.

IN illo tempore. Iussit iesus discipulos suos ascendere in naviculam: et precedere eum trans fretum/ donec dimitteret turbas. Et dimissa turba: ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto: solus erat ibi. Navicula autem in medio mari: iactabatur fluctibus. Erat enim ventus contrarius. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos: ambulans supra mare. Et videntes eum supra mare ambulantem: turbati sunt dicentes quia fantasma est. Et pre timore clamaverunt. Statimque iesus locutus est eis: dicens. Habete fiduciam: ego sum nolite timere. Respondens autem petrus: dixit. Domine si tu es: iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Veni. Et descendens petrus de navicula: ambulabat super aquam: ut veniret ad iesum. Videns vero ventum validum: timuit. Et cum cepisset mergi: clamavit dicens. Domine salvum me fac. Et continuo iesus extendens manum apprehendit eum: et ait illi. Modice fidei: quare dubitasti. Et cum ascendisset iesus in naviculam: cessavit ventus. Qui autem in navicula erant: venerunt et adoraverunt eum: dicentes. Vere filius dei es. Non dicitur. Credo. nisi dominica fuerit. Offerto. Intē Exultabunt. Secreta.

Inde precamur altissime deus vota que reddimus: tibique placita eorum fieri precibus concede: pro quorum deferuntur honore. Per dominum nostrum. Prefatio. Et te domine. Comunio. Iustorum ani

Sum Postcommunio. me.

Sumpta domine sacramenta celestia/ beatis apostolis tuis petro et paulo deprecantibus: remedium nobis celeste concilient. Per dominum.

Translatio [illegible] [illegible]. Officium. Epistola. Gradale. Alleluya. Sequentia. Evangelium. Offertorium. et Comunio. sicut in alio festo in ebdomada nativitatis domini est.

Deus qui nos hac oratione beati thome martyris tui atque pontificis translationem celebrare concedis: te suppliciter exoramus ut eius meritis et precibus a vicijs ad virtutes: et a carcere transferamur ad regnum. Per dominum. Memoria de visitatione. Secre.

Deus qui panem et vinum in corpus tuum et sanguinem celesti benedictione convertis: concede nobis per merita beati thome martyris tui atque pontificis: ut ad tuam misericordiam revertentes: beneplacito tuo conformemur. Qui vivis et reg. Postcom.

Deus qui beatum thomam martyrem tuum atque pontificem a supplicijs ad gaudia transtulisti: tribue quesumus ut qui festa translationis eius veneramur in terris: per eius patrocinium ad celestia transferamur. Per dominum. Notandum est quod proxima dominica post festum translationis sancti thome martyris celebratur festum reliquiarum Sarum ecclesie. In die re

liquiarū. Offm̄. Sapiētiā sanctoꝝ.

PResta quesumus Oratio. omnipotens deus: vt sācte dei genitricis sēper virginis marie: et sāctorum tuorum quorum reliquie in hac continentur ecclesia nos protegant merita: quatenus eorum precibus trāquilla pace i tua iugiter laude letemur. P eundem. Epistola. Hi sunt viri. Graduale. Exultabūt iusti. Allelupa ℣. Sancti et iusti. Sequentia. Ecce pulchra. Euangelium. Uidens iesus turbas. Offertorium. Mirabilis deus. Secreta.

MUnera tue misericors deus maiestati oblata benigno quesum⁹ intuitu aspice: vt eorum nobis fiāt precibus salutaria quorum sacratissime in hac basilica reliquie sūt recondite. Per dominum. Cōmunio. Gaudete iusti. Postcōmunio.

DIuina libantes misteria q̄sumus domine: vt eorum nos vbiqꝫ itercessio protegat: quorum hic sacra gaudem⁹ habere patrocinia. Per dominum nostrum.

Sctōꝝ septē fratrē marty. Offm̄.

LAudate pueri dn̄m laudate nomen domini: qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorū letantem. ps Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculū. Oratio.

PResta quesumus omnipotens deus: vt qui gloriosos martyres tuos felicem/philippum/vitalem/marcialem/alexandrū/siluanum: et ianuariū fortes in sua cōfessione cognouimus: pios apud te in nostra itercessione sentiam⁹. Per dominū nostrum. Epistola. Renouamini. Graduale. Anima nostra. Allelupa. ℣. Laudate pueri dominū: laudate nomen domini ℣. Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc et vsqꝫ i seculum. Et dicitur cū vtroqꝫ versu hac die sicut in sabbato in ebdoma. pasche. Secundum matheum. xij. capitulo.

INillo tempore. Loquente iesu ad turbas: ecce mater eius et fratres stabāt foris querentes loqui ei Dixit aūt ei quidam Ecce mater tua et fratres tui foris stāt: querentes te. At ipse respondens dicenti sibi: ait. Que est mater mea: et qui sūt fratres mei: Et extendens manū in discipulos suos: dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicunqꝫ enim fecerit voluntatem patris mei: qui in celis est: ipse meus frater et soror et mater est. Offertor. Anima nostra. Secre.

REspice domine oblationes fidelium/vt tibi grate sint in tuorum passione sāctorum: qui germano amore te diligentes/sua corpora martyrio tradiderunt. Per dn̄m Cōmunio. Quicunqꝫ fecerit voluntatē patris mei q̄ in celis est ipse meus frater soror et mater est dicit dn̄s. Postcō.

REfecti domine gratie tue vitalibus alimētis supplices imploramus: vt quorꝫ celebram⁹ victorias: participemus ꝑ̄mijs. Per do.

Translatio sancti benedicti abbatis. Offm̄. Os iusti medi.

INtercessio nos q̄s Oratio. dn̄e beati benedicti abbatis

tibi commendet: vt quod nostris meritis non valemus eius patrocinio assequamur. Per dominum. Epistola. Justus cor suum. Grad. Os iusti. Allelupa. ℣. Posui adiutoriū. Si fiāt. ix. lectiones dicitur sequētia de cōmuni scilicet. Adest nobis. Euangeliū. Nemo accendit. Offertorium. Desiderium. Secre. Sacris altaribus domine hostias superpositas sanctus benedictus quesumus in salutem nobis prouenire deposcat. Per dominū nostrum. Cōmunio. Beatus seruus.

Protegat Postcōmunio. nos domine cum tui perceptione sacramēti: beatus benedictus abbas pro nobis itercedendo: vt et conuersationis eius experiamur insignia: et intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per dominum nostrum. Translatio sancti suuithini sociorumqꝫ eius. Officiū. Sacerdotes eius. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui hodiernam diē honorabilem nobis in beati suuithini confessoris tui atqꝫ pontificis sociorūqꝫ eius trāslatione fecisti. da ecclesie tue in hac celebritate leticiam: vt quorū solennitatem veneramur in terris: eorum itercessione subleuemur in celis. Per dominū. Epistola. Plures facti sūt. Graduale. Sacerdotes eius. Allelupa ℣. Fulgebunt iusti. Nulla dicitur sequētia. Euangeliū. Sint lumbi. Offer. Exultabūt sctī. Secre.

Respice quesumus domine populum tuū ad tua sacramenta currentem in presenti festiuitate beati suuithini confessoris tui atqꝫ pōtificis sociorumqꝫ eius: et cōcede. vt ipsis intercedētibus quod in honorem nomīs tui detulerūt: cunctis proficiat ad veniam. Per. Coio. Ego vos ele. Postcōmunio.

Pignus vite eterne capientes domine humiliter imploramus: vt intercedente beato suuithino confessore tuo atqꝫ pontifice cum socijs suis: quod imagie contigimus / sacramenti manifesta participatiōe sumamus. Per dominū. In vtroqꝫ fes. sancti osmundi epī et confessoris. Offm.

Gaudeamus omnes in domino diem festū celebrantes sub honore osmundi presulis de cuius solennitate vel translatione gaudēt angeli et collaudāt filium dei. ps. Exaudi deus orationem meam cū deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio

Deus cuius antiqua miracula etiam nostris temporibus ad tui nominis magnificētiam ac laudē et honorē sancti cōfessoris tui atqꝫ pontificis osmundi chorusc are sentimus: concede propicius. vt cuius solennitatem vel translationem colimus: eius intercessionibus / et in presenti seculo te glorificemus: et in futuro te perfrui mereamur. Per. Epla. Ecce sacerdos magnus q̄ in vita. Grad. Dn̄e preuenisti. Alla. ℣. Justus germinabit. In vtroqꝫ festo sequē.

Gaudeamus messia veritate vita via beatorū gloria dies

letus celebretur quo osmundi decantetur honor et memoria. In sacra solennitate. vel translatione cuius celice persone stant reuerentia. Et collaudant natum dei qui vt finis omnis spei ex munificentia Hunc osmundi confessorẽ parẽtela clariorẽ illustri prosapia Ortũ fecit quem virtutum preter militare scutũ insignitur gratia. Prudens potens temperatus spe et fide roborat⁹ preminet iusticia Et prepollet caritate q̃bus armis deitate datis vicit vicia. Fastum rixam et liuorẽ auariciam torporem gulã ludos iacula Sternit cedit delet pellit fugat extirpat refellit miles absq3 macula. Gemmas terras vestes aurũ seq3 pariter thesaurum ponit in ecclesia. Illis decorauit chor9 sed de se miraculorũ sẽper fluit copia. Claudis gressus cecis vis⁹ mutis ligua mestis ris⁹ leprosis mundicia. Uita mortuis donat: sanus redit q̃ precat illũ cũ fiducia. Ergo presulũ beate deprecantibus te da te sẽp ad solatia. A pctis nos emunda claritatis quo iocunda intremus palatia. Euãgeliũ. Homo quidã peregre. Offertoriũ. Ueritas mea. Secreta.

Munera nostra domine quesumus meritis et intercessionibus munifici confessoris tui osmundi sanctifica: vt in filij tui domini nostri iesu christi corp⁹ et sanguinem cõuertantur: et ad nostrarũ proficiant salutem animarum. Per eundem dñm nostrum. Coio. Beatus seruus. Postcõmu.

Sumptis dñe muneribz sacris te supplices deprecamur: vt eorum ꝟtute roborati/beati osmundi confessoris tui atq3 pontificis imitemur exempla: et ad gaudia perueniamus eterna. Per dominũ nostrũ. Sancti kenelmi regis et martyris. Officium. Gloria et honore. Oratio.

Omnipotens et misericors deus: qui nobis preclaram huius diei leticiam pro beati kenelmi reg⁊ et martyris tui solennitate tribuisti: iten de serenus vota fidelis populi: et cõcede. vt cuius hodie festa percolimus/eius semper meritis et precibus subleuemur. Per dominũ. Epistola. Beatus vir qui inuentus. Graduale. Posuisti domine. Alleluya. ℣. Beatus vir qui suffert. Euãgelium. Si quis venit. Offertorium. Gloria et honore. Secreta.

Presentibus domie deus intende muneribus: et patrocinante beato kenelmo martyre tuo cuius festa veneranda recesemus: fidelibus salutis indulgentiam conferant: et eternitatis premia dignanter acquirant. Per do. Coio. Magna est. Postcõmunio.

Percipiat quesumus domie plebs tua beati martyr⁊ tui kenelmi natalicia celebrãdo cum exultatione leticiam: et quã mense celestis refecisti edulio: eternitatis tue facias assisti cõsortio. Per dominũ. Sancti arnulphi episcopi et martyris. Officium. Letabitur iustus. Oratio.

Adesto supplicatiõibus nr̃is oipo

tens deus: et quibus fiduciam spe
rande pietatis indulges: interce-
dēte beato arnulpho martyre tuo
atqꝫ pontifice: consuete misericor
die tribue benignus effectū. Per
do. Epistola. Beatus vir qui i sa-
pientia. Graduale. Justus non con-
tur. Allelupa. ℣. Beatus vir qui timet
Euangeliū. Si quis vult post me
Offerto. In virtute tua. Secreta.
SAncti martyris tui atqꝫ pō
tificis arnulphi nobis domi
ne pia non desit oratio: que et mu
nera nostra tibi conciliet: et tuam
nobis indulgentiā semper obtine
at. Per dn̄m. Coīo. Posuisti domine
VT nobis dn̄e tua Postcō.
sacrificia dent salutem: bea
tus martyr tuus arnulphus et pō
tifex precator accedat. Per d. Sā
cte margarete virginis et marty
ris. Officiū. Me expectauerunt. Or.
DEus qui beatā virginē mar
garetā hodierna die ad ce-
los per martyrij palmā venire fe-
cisti: concede nobis q̄s. vt eius exē
pla sequētes ad te pertingere me-
reamur. Per do. Epl'a Dn̄e deus
meus. Gradu. Specie tua. Allā. ℣.
Ueni electa. Sequentia de cōi. Euā
ge. Simile est regnum celorꝫ the.
Offerto. Offerentur. maior. Sec.
HEc victima q̄s dn̄e beate vir
ginis margarete martyrio
oblata: et mentiū nobis sanctita-
tem/ et corporum obtineat iugiter
castitatē. Per dominū. Coīo. Feci
PErcipi Postcoīo. iudicium.
at quesumus domine plebs
tua beate margarete virginis tue
et martyris natalicia celebrando
leticiā: et quā celestis mense refeci
sti conuiuio: eternitatꝫ tue facias
ascribi consortio. Per dominum.
Sctē praxedis v̄ginis. Officium.
ADsit plebi Or. Loquebar.
tue omp̄s deus/ beate pra-
xedis virginis tue supplicatio: vt
quicūqꝫ eius gaudent honore: pro
tegant auxilio. Per d. Epl'a. Sa-
piētia vincit. Grad. Dilexisti iusticiā
Alla. ℣. Emulor. Euāge. Simile est
regnum celorum decem virgi. Of
fertorium Offeretur. minor. Secre.
SUscipe quesumus domine
ad honorem sacre virginis
tue praxedis munus oblatum: et
quod nostris assequi meritis non
valemus eiusdem suffragantibꝫ
meritis nobis largire propicius.
Per dominum nostrum iesū chri.
Cōmunio. Simile est regnum celorꝫ.
SAncta tua Postcōmunio.
nos domine quesumus sā-
cte praxedis v̄ginis tue meritꝫ suf
fragantibus et a peccatis omibus
exuant/ et ad celestia regna perdu
cant. Per do. Sctē marie magda
lene. Ad missā. Officium.
GAudeamus oēs in dn̄o diē
festū celebrātes sub hono-
re marie magdalene: de cuius so-
lennitate gaudēt angeli et collau
dant filiū dei. P̄s. Eructauit cor meū
verbū bonū: dico ego opa mea regi. Or.
LArgire nobis clemētissīe pa
ter: qꝫ sicut btā maria mag
dalena vnigenitū tuū sup oia dili
gēdo: suorū obtinuit veniā pecca-
minū: ita nobꝫ apud miam tuā sē

piternam impetret beatitudinē. Per eundem. Memoria de sācto vandregesilo. Oratio.

Deus cuius gratia beati vādregesili confessoris tui atq; abbatis vita extitit laudabilis: ipsius interuentu quod tibi placitū est pietas tua operetur in nobis. Lectio libri sapiētie. Prouerbiorum. xxxi. capitulo.

Mulierem fortē quis inueniet? Procul et de vltimis finibus precium eius. Cōfidit in ea cor viri sui: et spolijs nō indigebit. Reddet ei bonum et nō malum: omnibus diebus vite sue. Quesiuit lanam et linum: et operata est concilio manuum suarū. Facta est quasi nauis institoris: delonge portans panem suum. Et de nocte surrexit: deditq; predā domesticis suis: et cibaria ancillis suis. Considerauit agrum et emit eum: de fructu manuum suarum plantauit vineā. Accinxit fortitudine lūbos suos: et roborauit brachium suū. Gustauit et vidit quoniam bona est negociatio eius: nō extinguetur ī nocte lucerna eius. Manum suam misit ad fortia: et digiti eius apprehenderunt fusū. Manum suam aperuit inopi: et palmas suas extendit ad pauperē. Non timebit domui sue a frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus et purpura indumētum eius. Nobilis in portis vir eius: quando sederit cum senatoribus terre. Syndonem fecit et vendidit: et cingulum tradidit chananeo. Fortitudo et decor indumentum eius: et ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientie: et lex clementie in lingua eius. Considerauit semitas dom⁹ sue: et panem ociosa nō comedit. Surrexerunt filie eius: et beatissimam predicauerūt: vir eius et laudauit eam. Multe filie congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas Fallax gratia et vana est pulchritudo: mulier timens deum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarū: et laudent eā in portis opera eius. Graduale. Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciē tuam. ℣. Specie tua et pulchritudine tua intēde prospere procede et regna. Alleluya. ℣. Optimam partem elegit sibi maria que non auferetur ab ea ī eter num. Sequentia.

Mane prima sabbati surgens dei filius nostra spes et gloria. Victo rege sceleris redijt ab inferis cum summa victoria. Cuius resurrectio omni plena gaudio consolatur omnia. Resurgentis itaq; maria magdalene facta est prenuncia. Ferens christi fratribus eius morte tristibus expectata gaudia O beati oculi quibus regem seculi morte iam deposita prima est intuita. Hec est illa femina cuius cūcta crimina ad christi vestigia ei⁹ lauit gratia. Que dum plorat et mens orat facto clamat qd̄ cor amat iesū sup oia. Nō ignorat quē adorat qd̄ precef sed deletur quod mēs timet ↄscia. O maria mr̄ pia

stella maris appellaris operũ per merita Matri christi coequata dũ fuisti sic vocata sed honore subdita Illa mundi imperatrix ista beata peccatrix leticie primordia fuere runt in ecclesia Illa enim fuit porta per quã fuit lux exorta hec resurgentis nuncia mundum replet leticia. O maria magdalena audi vota laude plena apud xp̃m chorũ istum clemẽter concilia. Ut fons sũme pietatis qui te lauit a peccatis seruos suos atq₃ tuos mundet data venia. Amen dicant omnia.

Secundum lucam. vij. capitulo

In illo tempore: Rogabat iesum quidã phariseus: vt mãducaret cũ illo. Et igressus domũ pharisei discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix vt cognouit q̃ iesus accubuit in domo pharisei: attulit alabastrũ vnguẽti. Et stans retro secus pedes dñi: lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat: et osculabatur pedes eius et vnguẽto vngebat. Uidens autem phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicens. Hic si esset propheta sciret vtiq₃ que et qualis est mulier q̃ tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens iesus: dixit ad illum. Symõ/habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Et respõdit ei iesus. Duo debitores erant cuidam feneratori/vnus debebat denarios quingentos: et alius q̃nquaginta. Non habentibus illis vnde redderent: donauit vtrisq₃. Quis ergo eum plus diligit? Respondens autẽ symon: dixit. Estimo: quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem: dixit symoni. Uides hanc mulierem? Intraui in domũ tuam: aquã pedibꝫ meis non dedisti. Hec autem lachrymis rigauit pedes meos et capillis suis tersit. Osculũ michi nõ dedisti: hec autẽ ex quo intraui non cessauit osculari pedes meos Oleo caput meum non vnxisti: hec autem vnguento vnxit pedes meos Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur: min⁹ diligit. Dixit autem dominus ad illam. Remittũtur tibi peccata tua. Et ceperunt: qui simul discumbebant dicere intra se. Quis est hic: qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Credo. Offertoriũ.

Secreta. Filie regũ in.

Benedictionem tuam domine his tibi oblatis tribue sacrificijs et presta: vt beata maria magdalene hoc nobis apud te obtineat: qđ ab vnigenito tuo obtinuit: dum ei mystica obsequia exhibuit. Per eundem dominum nostrum iesũ

Alia secreta.

Pijs intercessionibus beati vandregesili confessoris tui atq₃ abbatis que sumus omnipotens deus: tue familie cõmendetur oblatio/cui⁹ vitalibus decoratur exẽplis. Per dominũ. Prefa. quotidiana. Coĩo. Diffusa est gratia. Postcommunio.

Prebeat nobis domine salutarem beate marie magdalene imitatio sacta doctrinã/quatenus illius optime partis mereamur esse consortes: que non auferetur ab ea. Per dñm. Alia postcõ.

Tua domine sacramẽta sumentes suppliciter exoramus: vt beati vandregesili confessoris tui atq3 abbatis cuius veneramur memoriã: presidiũ sentiamus. Sancti apollinaris martyris. Officium. Sacerdotes tui. Or.

Presta q̄s dñe/ vt Secreta btī leodegarij martyris tui atq3 pontificis suffragio: tua i nobis munera tuearis/ pro cuius honoranda ꝯfessione hostias tibi laudis offerimus. Per do. Coio. Beatus seruus. Postcommunio.

Refecti participatiōe muneris sacri q̄s domine deus noster: vt intercedēte beato leodegario martyre tuo atq3 pontifice: cuius exequimur cultū sentiamus effectū. Per do. Sancte fidis virginis et martyris. Offm̄. Loquebar. Orō.

Deus qui presētem diem beate fidis virginis martyrio facis esse solennem: presta ecclesie tue: vt cuius meritis gloriat/ eius precibus adiuuetur. Per do. Epl̄a Dñe deus meus. Gr. Specie tua. Alleluya. ℣. Hec est virgo. Euāgeliū Simile est regnū celo. the. Offer. Offerentur. minor. Secre.

Suscipe dñe preces et hostias meritis beate fidis virginis ac martyris tibi dicatas: et concede. vt nob3 eius sint supplicatione salutares: cui9 sunt veneratione solennes. Per do. Coio. Simile est re

Sacri altaris Postcō. gnā. participatiōe refecti tuam dñe miam suppliciter exoramus: vt qui hec in btē fidis virginis et martyris tue veneratione percepimus eius nos confoueri suffragijs sentiamus. Per d. Sctōrum marci marcelli et apulei martyrū Offm̄. Salus autē. Oratio.

Sanctorum martyrū tuorum marci marcelli et apulei nos quesumus btā merita prosequātur: et tuo sēper faciāt amore feruentes. Per dñm. Episto. Scti per fidem Gr. Iustorū anime. Alleluya. ℣. Mirabilis dñs. Euāgelium. Cū audieritis. Offer. Exultabunt. Secreta.

Maiestatem tuā nobis domine q̄s hec hostia immolanda reddat placatā tuorum digna postulatione sctōrum: in quorum cōmemoratione defertur. Per d. Coio. Iustorum anime. Postcōmu.

Sacramētis q̄s dñe muniamur acceptis: et sctōr martyrum tuorū marci marcelli et apulei meritis contra irruentes nequicias armis celestibus protegamur. Per do. Sancti dyonisij sociorum q3 eius martyrū. Officiū.

Intret in conspectu tuo dñe. Oratio.

Deus qui hodierna die beatũ dyonisiũ virtute constãtie in passione roborasti: quiqȝ illi ad predicandum gentibus gloriã tuã: rusticũ et eleutheriũ sociare dignatus es: tribue nobis quesumus. ex eorũ imitatione pro amore tuo prospera mũdi despicere: et nulla eius aduersa formidare. Per do.

Lcõ actuum apostolorum. xvij. capi.

Paulus cũ athenis sylam et thimotheũ expectaret: incitabatur spũs eius in ipso videns idolatrie deditã ciuitatem. Disputabat ergo in synagoga: cũ iudeis et idola colẽtibus et in foro per omẽs dies: ad eos qui audierant. Quidã autem epicurei et stoici et philosophi et dyonisius disserebãt cum eo: et quidam dicebãt. Quid vult seminator verborũ hic disserere? Alij vero. Nouorũ demoniorum videtur annũciator esse: quia iesum et resurrectionẽ annunciabat eis. Et apprehensũ eũ ad ariopagum duxerunt: dicẽtes. Possumus scire que est hec noua: que a te dicitur doctrina? Noua enim quedam infers auribus nostris volumus enim scire quid nã velint hec esse. Athenienses aũt oẽs et aduene hospites cũ dyonisio ad nichil aliud vacabãt: nisi aut discere aut aliquid audire noui. Stans autẽ paulus in medio ariopagi: dixit Uiri athenienses: per omia quasi superstíciosos vos video. Preteriẽs enim et videns simulachra vestra: inueni et aram in qua scriptũ erat ignoto deo. Et quis est ille icognitus deus? Quod ergo ignorantes colitis: hoc ego annũcio vobis Deus qui fecit mundũ: et omnia que in eo sunt. Hic celi et terre cum sit dñs non in manufactis tẽplis habitat nec manibus humanis colitur indigens aliquo: cũ ipse det omnibus vitam et ĩspirationẽ et omia Fecitqȝ ex vno omne genus hominũ inhabitare super vniuersã faciem terre: diffiniens statura tempora et terminos habitationis eorum: querere deũ si forte attrectẽt eum aut inueniãt: quãuis nõ longe sit ab vno quoqȝ nostrũ. In ipso enim viuimus et mouemur et sumus: sicut et quidã vestrorum poetarum dixerunt: ipsius enim et genus sumus. Genus ergo cum simus dei: non debemus estimare auro aut argento aut lapidi: sculpture artis et cogitationis hoim diuinũ esse simile. Et tempora quidã huius ignorãtie despiciens deus: nunc annuciat hoibus: vt omnes vbiqȝ penitentiã agant / eo quod statuit diem ĩ qua iudicaturus est orbem in equitate: in viro in quo statuit fidem / prebẽs omnibus suscitans eũ a mortuis. Cũ audissent autem resurrectionem mortuorum quidã irridebant: quidã vero dixerunt. Audiemus te de hoc iterum Sic paulus exiuit de medio eorũ. Quidam autẽ viri adherentes ei crediderunt: in quibus et dyonisius ariopagita credidit: ĩ dñm iesum christum. Gr. Gloriosus deus. Alla. V. Iusti epulentur. Sequẽtia de cõi

Euangeliū. Descendens iesus de mōte. Offerto. Letamini. Secreta

Offerendorum tibi munerū deus autor et dator presta q̄s. vt hoc sacrificiū singulare: qđ sanctis tuis in passione contulit caritatem / nobis tribuat in deuotione presidiū. Coio. Multitudo. Postcō.

Sumpsimus domine votiua misteria deprecantes clemētiam tuam / vt eorum nobis fiāt deprecatione salutaria: quorum passionis gloriosa cebramus solēnia. P

Scti gereonis sociorūq; eius martyrū. Officiū. Iusti epulētur. Orō.

Presta q̄s dn̄e / vt sicut sctorum mr̄m tuorum gereonis victoris cassij florētij sociorūq; eorum nos natalicia celebranda non deserunt: ita iugiter suffragijs comitentur. Per. Epistola. Sācti per fidem. Grad. Iustorum anime. Allelupa ℣. Reddet deus. Euangeliū. Cum audieritis. Offer. Mirabilis deus.

Munera plebis tue Secre. dn̄e quesumus beatorum martyrum tuorū gereonis victoris cassij florentij sociorumq; eorum fiant tibi grata suffragijs: vt quorum triūphi tuo nomini proferūtur: ipsorū digna perficiant et meritis. Per do. Coio. Iustorū anime.

Adesto dn̄e Postcōmunio populo tuo cū sanctorum tuorū gereonis victoris cassij florētij sociorumq; eorū patrocinio supplicanti: vt quod propria fiducia non presumit: suffragantium meritis consequatur. Per dn̄m.

Sācti nicasij sociorūq; eius martyrū. Offm̄. Sacerdotes eius. Orō.

Deus qui sanctam nobis huius diei solennitatem in honore sanctorum martyrum tuorum nigasij quirini et scuuiculi ꝯsecrasti: adesto familie tue precibus et dona: vt quorum festa celebramus / eorum merito et auxilio subleuemur. Per. Epistola. Rememoramini. Grad. Sacerdotes eius. Allā. ℣ Fulgebūt iusti. Euange. Cū persequētur. Offr. Exultabunt. Secre.

Preces tuorum domine respice oblationesq; fidelium vt et tibi grate sint pro tuorum honore sanctorum nigasij quirini et scuuiculi: et nobis ꝯferant tue propiciationis auxiliū. Per do. Coio. Ego vos elegi. Postcōmu.

Sanctorū martyrum tuorum domine nigasij quirini et scuuiculi itercessione placatus: presta quesumus. vt que temporali celebramus actione: perpetua saluatiōe capiamus. Per do. Trāslatio sācti eduardi regis et confesso. Officiū

Gaudeamus oēs in domino diē festum celebrātes sub honore eduardi ꝯfessoris: de cuius translatione gaudent angeli et collaudant filium dei. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet

Deus qui Orō. collaudatio. beatū regem eduardū confessorem tuū eternitatis glia coronasti / fac nos q̄sumus ita eū venerari in terris: vt cū eo regnare possimus in celis. Per do. Epistola. Iustus cor suū. Gradu. Domine preuenisti. Allelupa. ℣. Iustus germi.

Sequētia. Adest nobis. Euange. Nemo accendit. Credo. Offerto. Sacris posuisti dñe. Secre.

Saltaribus assistētes nos domine q̄s spūs sancti luce perfūde: vt quod tibi in honore beati regis eduardi deuote offerimus: nobis ipso interueniēte fiat remediū salutare. Per do. In vnitate eiusdē.

Coio. Magna est. Postcoio.

Vitalis alimonie conuiuio saginati q̄s dñe deus noster: vt bti regis eduardi cōfessoris tui suffragantibus meritis: celestis cōuiuij mereamur esse participes. Per d. Uel dicitur ad missā de sctō eduardo in translatione eiusd he tres orationes.

Omnipotens sempiterne deus qui beatū regē eduardum sāctorū collegio sociasti: concede propicius. vt qui gliose trāslationis eius recolimus insignia: ipsius apud te sentiam⁹ patrocinia. Secre. Per do.

Quos beati regis eduardi translatio sācta letificat: tua nos dñe grā reddat letiores: et tribuat in hoc sacrificio presentie tue dulcedinē toto corde sentire. Qui vi. Postcoio.

Et nobis salutem cōferāt sacramenta q̄ sūpsimus: beatissimus rex eduardus cōfessor tuus domie pro nobis intercessor existat: de cuius veneranda trāslatione tribuis nos ānua deuotione letari. Per do. Sācti calixti pape et marty. Offm̄. Sacerdotes dei. Or.

Deus qui nos cōspicis ex nostra infirmitate deficere / ad amorē tuum nos misericorditer per sācti calixti martyris tui atq̄ pontificis exēpla restaura. Per d. Epistola. Doctrinis varijs. Grad. Inueni dauid. Allelupa. ℣. Elegit te. Euāgeliū. Uigilate quia nescitis. Offertor. Ueritas mea. Secreta.

Mistica nobis domine prosit oblatio: que per sancti calixti meritū nos et a reatibus nostris expediat: et perpetua salutatione confirmet. Per do. Coio. Beatus seruus. Postcoio.

Presta q̄s dñe vt cui⁹ passionis memoriā sacramenti participatione recolimus: fidem proficiēdo sectemur. Per do. Sancti vulfrāni epi et confesso. Offm̄. Statuit ei. Or.

Da q̄s omnipotens deus / vt beati vulfrāni cōfessoris tui atq̄ pontificis venerāda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. Per do. Epl'a. Ecce sacerdos Graduale. Dñe preuenisti. Allelupa. ℣. Iustus germi. Sequētia de cōi. Euāgeliū Homo quidā peregre. Offer. Ueritas mea et mīa. Secreta

Respice quesumus domine munera populi tui in sācti vulfrāni confessoris tui atq̄ pontificis honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per dominū. Coio. Beatus seruus. Postcommunio

Quos tuis dñe reficis sacramentis sancti vulfrāni confessoris tui atq̄ pontificis attolle benignus suffragijs: vt nostre redemptionis effectum: et mysterijs capiamus et moribus. Per dominū nostrū iesū. Sancti michaelis in

monte tūba. Officiū. Benedicite do minū. Kyrie rex splendēs. Et dicitur absq3 versi. Orō. Deus qui miro. Lcō libri apoca. bti iohis apli. xij.

Factū est preliū magnū in celo: michael ꝛ angeli eius preliabantur cū dracone: et draco pugnabat et angeli eius/ et nō preualuerūt neq3 locus inuentus est eor amplius in celo. Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus: qui vocatur diabolus ꝛ sathanas: qui seducit vniuersum orbem: ꝛ proiectus est in terrā/ et angeli eius cū illo missi sūt. Et audiui vocē magnā in celo dicentem. Nunc facta est salus et virtus et regnū dei nostri: et potestas christi eius quia proiectus est accusator fratrū nostrorū qui accusabat illos ante conspectū dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt illū propter sanguinē agni: ꝛ propter verbum testimonij sui/ et non dilexerunt animas suas vsq3 ad mortē. Propterea letamini celi: et qui habitatis in eis. Gr. Benedicite dnm. Allelupa. V. Concussū est mare et contremuit terra: vbi archangelus michael descēdebat de celo. Non dr sequētia. Euāge. Accesserūt discipuli. Credo. Offerto. Stetit āgelus. Secre. Munus populi tui. Prefatio quotidiana. Coio. Benedicite. Postcō. Beati archangeli. Sctē etheldre de virginis nō marty. ad missam officiū. Dilexisti. Orō de cōi. Epla. Qui gloriatur. Gr. Dilexisti. Alla. Diffusa. Sequētia. Virginis venerāde. Euange. Simile est regnū ce. decē vir. Offr. Offerentur. minor Coio. Diffusa. Sancti luce euāgeliste. Offm. Os iusti. Oratio

Interueniat pro nobis dne q̄s sanctus tuus lucas euāgelista: qui crucis mortificationē iugiter in suo corpore pro tui nois honore portauit. Per. Mēo. de sctō iusto. Orō.

Deus qui beato iusto talem fortititudinē prestitisti: vt in puerili corpusculo gloriū pro amore tuo subiret martyrium: concede propicius. vt eius intercedentibus meritis: ab omibus nos absoluas peccatis. Epla. Similitudo vultus. Gr. Os iusti. Alla V. Primus ad syō. Sequētia. Laus deuota. Euange. Designauit. Require in cōi vnius euāgeliste. Credo. Offerto. Posuisti dne. Secreta.

Donis celestibus da nobis q̄sumus dne libera mēte seruire. vt munera que deferim⁹: interueniente beato luca euangelista: et medicinam nobis operētur et gloriam. Per do. Alia secreta.

Sicut diuine potentie gloriam munera pro beati iusti martyrio oblata testantur: sic nobis effectū domine q̄s tue salutationis impendāt. Prefa. Et te dne. Non dicit in hac prefatione. Per beatos euāgelistas. sed Per beatos aplos. Cō. Magna est. Postcō.

Presta q̄s omps deus/ vt id quod de sacto altari tuo percepimus: precibus beati euangeliste tui luce saluificet aias nostras: per quod sēper tuti esse possimus. Per dominū. Alia postcōmunio.

R Efecti dñe bñdictione celesti: q̄s. vt per itercessionem beati iusti martyris tui/medicina sacramēti et corporibus nris prosit et mētibȝ. Scte fredesuide virginis. Offm̄. Dilexisti. Orō de cōi Epl'a. Sapiētia vincit. Gr. Dilexisti. Allā. V. Emulor. Seque. Virgīs venerāde. Euāgel'. Simile est reg. ce. decē virgi. Offr. Offerētur. minor. Coio. Diffusa. Sanctar vndecim miliū virginū et martyrū

D Eus Off Vultū tuū. Or. qui sanctā nobis huius diei solennitatē pro beatarū virginū martyrūqȝ tuarū gloriosa passione fecisti: adesto familie tue precibus: et da. vt quarū hodie festa celebramus/meritis ⁊ intercessionibus adiuuemur. Per do. Epistola O q̄ pulchra. reqre ȝ in natiuita. btē marie. Gr. Exultabūt. reqre in cōi plurimor martyr. Allelupa. V. Adducētur regi virgines post eā proxie eius adducentur tibi in leticia. Euāge. Simile est reg. ce. decē vir. Offr. Offerentur. minor. Secreta

P Resentia munera q̄s domie ita serena pietate intuere: vt sācti spūs perfūdant benedictione. vt in cordibus nris eā dilectionē validēt/per quā sanctar sācte virgines martyresqȝ tue om̄ia corpor tormenta deuicerūt. P do. In vni. eiusd. Cō. Quīqȝ prudētes. Postcō.

S Umpsimus dñe in sāctarū virginū martyrūqȝ tuarū solēnitate celestia sacramēta: quarū suffragijs q̄s largiaris: vt qd tēporaliter gerim⁹/eternis gaudijs consequamur. Per do. Sancti romani epi et confes. Offm̄. Statuit

D Eus cui bea Oratio. et dñs. tus romanus pontifex ita sanctitatis gratia decoratus complacuit/vt tuorū consortium i celis promereretur sanctor: da ecclesie tue quesumus eius interuentu perpetuā cōsequi leticiā/cuius depositionis diem gratulando celebrat solennem. Per do. Epl'a. Iustū deduxit dñs. Gr. Ecce sacerdos magnus. Allā. V. Inueni dauid. Euā Uigilate quia nescitis. Offr. Ueritas mea.

S Acrifi Secreta. cium deuotionis nostre q̄s omnipotens deus clementer respice: et itercessione beati romani cōfessoris tui atqȝ pontificis: per hoc nobis salutem mentis et corporis benignus impēde. Per do. Coio. Fidelis seruus.

A On Postcō. cede quesumus domine deus noster: vt mysteria sancta q̄ sūpsimus intercedente beato romano confessore tuo atqȝ pontifice: et gratiam nobis deuotionis obtineant/et effectū beate perennitatis acquirant. Per do. Sanctorū crispini et crispiniani martyrum Officium. Salus autem. Oratio.

D Eus qui sctis martyribus tuis crispino ⁊ crispiniano coronam martyrij prestitisti: concede quesumus vt eorū intercessione veniā cōsequamur delictorū: et eterna gaudia beator. P. Memoria de sctō iohāne de beuerlaco epō et cōfessore. Epistola. Spectaculum facti. Gradua. Ecce q̄ bonum.

Et dicetur cum vtroq3 versu. Alleluya. ℣. Iusti epulentur. Sequentia de cõmuni. Euangeliũ Ecce ego mitto vos. Offerto. Gloriabuntur.

Concede quesumus omnipotens deus/ vt his muneribus que pro sanctorum martyrũ tuorũ crispini et crispiniani honore deferimus: et te placemus exhibitis: et nos viuificemur acceptis. Per do. Coio. Et si corã. Postcoio. Secre.

Sanctorum martyrũ tuorum crispini et crispiniani quesumus dñe precibus adiuuemur/ et eorum solẽnia sacris mysterijs celebrantes: fac nos tuo noĩ semper esse deuotos. P. Meõria de trãslatione sancti iohannis de beuerlaco epi et confessoris. Orõ.

Deus qui hunc diem sãctissimi iohis confessoris tui atq3 pontificis translatione decorasti: fac nos q̃s eius meritis et precibus in sanctorũ tuorum societate transferri. Per. Secreta.

Respice quesumus dñe propici⁹ ad humilitatis nostre simplicem seruitutem/ et intercedẽte beato iohãne confessore tuo atq3 põtifice cuius translationem celebram⁹: hostias quas in honore eius sacris altaribus ĩmolamus benign⁹ assume. Per do. Postcõ.

Presta nobis dñe q̃s beati iohãnis confessoris tui atq3 põtificis/ meritis et precibus adiuuari: vt quod presentibus celebramus officijs: eius suffragio perpetue saluationis gaudiis assequamur. Per dominũ. In vigilia symonis et iude

Officium. Intret in conspectu. Or.

Concede q̃s omnipotens deus/ vt sicut apostolorũ tuorum symonis et iude gloriosa natalicia preuenimus: sic ad tua beneficia promerenda: maiestatẽ tuam pro nobis ipsi preueniãt. Per. Ep̃la. Iustorum aie. Grad. Vindica dñe. Si hec vigilia in dñica euenerit dicit vnũ All'a. de cõi plurimorum martyrũ. Euangelium. Ego sum vitis Offertoriũ. Exultabunt. Secreta.

Accepta tibi sit q̃s domine nostre deuotionis oblatio: et ad apostolicã puriores nos faciat peruenire festiuitatẽ. P d. Prefatio quotidiana. Coio. Iustorum aie Postcõ.

Quesum⁹ dñe salutaribz repleti mysterijs: vt quorum ieiunãdo solennia preuenimus: eorũ orõnibus adiuuemur. Per. In die apostolorum symonis et iude. Offm. Michi aũt. Or.

Deus q̃ nos per beatos apostolos tuos symonem et iudam ad agnitionẽ tui nois venire tribuisti: da nob' eorum gloriam sempiternã: et proficiendo celebrare et celebrãdo pficere. P. Ad roma. viij.

Fratres: Scimus q̃m diligentibus deũ oĩa cooperãtur ĩ bonũ his qui secundũ propositũ vocati sunt sãcti. Nam quos presciuit: et predestinauit conformes fieri ymaginis filij sui: vt sit ip̃e primogenitus in multis fr̃ibus Quos aũt p̃destinauit: hos et vocauit. Et quos vocauit: hos et iustificauit. Quos autẽ iustificauit: illos et magnificauit. Quid ergo

dicemus ad hec? Si deus pro nobis quis contra nos? Qui etiã proprio filio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiã cum illo oĩa nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus q̃ iustificat. Quis est qui condemnet? xp̄us iesus qui mortuus est: imo qui et resurrexit qui est ad dexteram dei: qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a caritate xp̄i? Tribulatio/an angustia/an persecutio/an fames/an nuditas/an periculũ/an gladius? Sicut scriptũ est. Quia ꝑpter te mortificamur tota die: estimati sumus vt oues occisionis Sed in his hoĩbus superamus: propter eum qui dilexit nos Certus sũ enim: q2 neq3 mors/neq3 vita/neq3 angeli/neq3 principatus/neq3 potestates/neq3 ỽtutes/neq3 instantia/neq3 futura/neq3 fortitudo/neq3 altitudo/neq3 profundum/neq3 creatura alia poterit nos separe a caritate dei. Que est in christo iesu: dño nostro. Gr. Nimis hono. Alleluya. ℣. Non vos me Sequẽtia de cõi. Euangeliũ. Hec mando vobis. Credo. Offerto. In

GLoriã Secre. omnem terrã. domine sanctorum apostolorum tuorũ symonis et iude perpetuam venerantes q̃s: vt eãdem sacris misterijs expiati dignius celebremus. Per. Prefa. Et te dñe. Coio. Vos qui secuti estis. Postcoio.

SAnctificato diuino mysterio quesumus oɼ̄s deus/vt pro nobis eorum non desit oratio: quorũ nos donasti patrocinio gubernari. Per. In vigilia oĩum sãctorũ. Offm̄. Timete dñm. Oratio

DOmine deus noster multiplica super nos gratiam tuam/et sanctorum tuorum quorũ preuenimus gloriosa solẽnia: tribue subsequi in sacta professione leticiam. Per do. Nulla fiat mẽoria. Lectio libri apocalypsis beati iohannis apostoli. v. capi.

IN diebꝫ illis: Ego iohãnes vidi in medio throni et quattuor aĩaliũ et in medio seniorꝝ agnum stãtẽ quasi occisũ habentẽ cornua septẽ et oculos septẽ que sũt septẽ sp̄us dei: missi in omnẽ terram. Et venit: et accepit de dextera sedentis in throno librũ. Et cũ aperuisset librũ: quattuor aĩalia et viginti quattuor seniores ceciderũt corã agno habẽtes singuli cytharas et phialas aureas plenas odoramẽtorũ: que sunt orationes sanctorꝝ. Et cantabant canticũ nouũ: dicẽtes. Dignus es domine deus noster accipere librũ et aperire signacula eius/quoniam occisus es: et redemisti nos deo in sanguine tuo: ex omni tribu et lingua et populo et natione. Et fecisti nos deo nr̄o regnũ et sacerdotes: et regnabũt super terram. Et vidi ⁊ audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni et animaliũ et seniorum: et erat numerus eorũ milia milium voce magna dicentium. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutẽ: et diuinitatem ⁊ sapientiã et fortitudinẽ et honorẽ

et gloriam et benedictionem: in secula seculorum amen. Grad. Exultabunt. Si hec vigilia in dominica euenerit dicitur missa de vigi. i ca cum hoc Allelupa. V. Mirabilis dns Et tunc ad magnam missam que erit in dnica fiat memoria de sancto qntino cu hac oratione. Deus qui ecclesiam. Secundum iohannem. xvij. capi.

In illo tempore. Respiciens iesus in discipulos suos dixit. Pater sancte/ serua eos in nomine tuo quos dedisti michi: vt sint vnu sicut et nos Cum essem cu eis: ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti michi ego custodiui: et nemo ex eis perijt nisi filius pditionis vt scriptura impleatur. Nuc autem ad te venio: et hec loquor in mudo vt habeant gaudiu meum impletu in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: et mundus eos odio habuit: quia non sunt de mundo sicut et ego non su de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt: sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate/ sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundu: et ego misi eos in mundu. Et pro eis ego sanctifico meipsu: vt sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro his autem rogo tantum: sed et pro eis q credituri sut per verbum illorum in me: vt omnes vnum sint sicut tu pater in me: et ego in te: vt et ipsi in nobis vnum sint. Et mudus credat: quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti michi dedi eis: vt sint vnu sicut et nos vnu sumus. Ego in eis et tu in me: vt sint consumati in vnu. Et cognoscat mundus quia tu me misisti: et dilexisti eos: sicut et me dilexisti. Pater quos dedisti michi volo vt vbi ego sum et illi sint mecu: vt videant claritatem meam qua dedisti michi: qr dilexisti me ante mudi constitutione. Pater iuste: mudus te non cognouit: ego aute te cognoui. Et hi cognouerunt quia tu me misisti: et notum feci eis nomen tuu: et notum faciam. Ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: et ego in eis. Offertorium. Letamini in. Secre.

Altare tuu domine muneribus cumulamus oblatis: da qnesum9. vt ad salutem nostra oium sanctor tuorum precatione proficiant: quor solennia ventura precurrimus. P dominum. Coio. Iustorum anime. Postcommu.

Sacrametis domine et gaudijs optate celebritatis expletis: qs. vt eorum precibus adiuuemur: quor recordationibus exhibetur. Per dnm. De sancto quintino martyre. Or

Deus qui ecclesiam tua annua beati quintini martyris tui solennitate letificas: concede propicius. vt qui memoria illi9 digna seruitute veneramur/ itercessorem eu semper apud te habere mereamur. Per do. Sec.

In veneratione bti quintini martyris tui omnipotens deus: tibi laudis hostiam immolamus:

orantes ut ipse pro nobis interces sor existat: qui pro tuo noie glorio sa morte occubuit. Postcōmunio

Percipiat q̄s dn̄e plebs tua i tercedente beato quintino martyre tuo miam quā deposcit: ut tuis semper digna inueniatur sacramentis. Per do. no. In die oim sanctorum ad missā. Offm̄.

Gaudeamus omnes in dn̄o diem festū celebrātes sub honore oium sanctorū de quorum solēnitate gaudent ange li et collaudant filiū dei. ps. Exul tate iusti i dn̄o: rectos decet collaudatio.

Omnipotens sempiter Orō. ne deus qui nos oim sanctō rum merita sub una tribuisti cele britate venerari: q̄s: ut desideratā nobis tue propiciationis abundā tiā/multiplicatis intercessoribus largiaris. Per do. Lectio libri apo calypsis beati iohānis apost o. vij.

Ecce ego iohannes vidi āge lum ascendentē ab ortu so lis: habētem signū dei viui. Et cla mauit voce magna quattuor an gelis: quibus datū est nocere terre et mari dicens. Nolite nocere ter re et mari neq3 arboribus: quoad usq3 signemus seruos dei nostri in frōtibus eorū. Et audiui numerū signatorum cētum quadraginta quattuor milia signati: ex omi tri bu filiorum israel. Ex tribu iuda: duodecim milia signati. Ex tribu rubē: duodecim milia signati. Ex tribu gad: duodecim milia signa ti. Ex tribu aser: duodecim milia si gnati. Ex tribu neptalim: duode cim milia signati Ex tribu manas se: duodecim milia signati. Ex tri bu symeō: duodecim milia signa ti. Ex tribu leui: duodecim milia si gnati. Ex tribu ysachar: duodecim milia signati. Ex tribu zabulon: duodecim milia signati. Ex tribu ioseph: duodeci milia signati. Ex tribu beniami: duodecim milia si gnati. Post hec vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat ex oibus gentibus et tribubus et po pulis et linguis: stantes ante thro num: et in conspectu agni amicti stolis albis: et palme in manibus eorum. Et clamabant voce magna: dicentes. Salus deo nostro: qui se det sup thronū/et agno. Et oēs an geli stabāt in circuitu throni et se niorū et quattuor aialiū. Et ceci derūt in cōspectu throni in facies su as: et adorauerūt deum dicentes amē. Bn̄dictio et claritas et sapiē tia et grāx actio: honor et virtus et fortitudo deo nr̄o i secula seculorum amen. Grad. Timete dn̄m. Alla. V. Judicabūt scti nationes et dn̄abūtur po pulis et regnabit illorum rex in eternū. Se.

Christo iclito cādida quētia nostra canāt melodia agmi na. Laudes omnibus dantia san ctis per hec sacrata festalia. Mari am primum vox sonet nostra per quā nobis vite sunt data premia. Regia que es mater et casta solue nostra per filiū peccamina. Ange lorū cocio sacra et archāgelorum turma inclita. Nostra diluāt iam peccata prestando supera celi gau dia. Tu ppheta pco lucerna atq3

plusq̄ propheta. In lucida nos pone via mundans nostra corpora. Apostolorū princeps oim atq₃ cūcta iuncta caterua. Jam corroborā vera q̄s in doctrina plebis pectora. Stephane gloriose rutilās i corona sanctorūq₃ martyrū turma inclita. Fortia date corda corpora eque firma nostra vt hostē vincāt rite spicula. Martine inclite presulūq₃ omnis caterua. Suscipe nūc pia modo nostra clemens precata Regina virginū pmaxima tu mater incorrupta virgo et grauida. Sacrata dn̄o et castitas nr̄as serua aīas mundaq₃ corpora. Monachorū veneranda suffragia. Omniūq₃ sanctorū contubernia. Per precata assidua nr̄a gubernent tēpora. Nosq₃ ducāt ad superna polorum vere gaudia. Subiungant piū agmina amē redempta. Euā. Uidēs iesus turbas. Credo. Offer. Mune. Mirabilis deus. Sec.

Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus: que et pro cūctorum tibi grata sint honore sanctorū: et nobis salutaria te miserante reddantur. Per do. Prefatio quotidiana. Coio. Gaudete. Postcoio.

Da q̄s dn̄e fidelibus populis per huius sacramēti participationē oīum sanctorū tuorum semper veneratione letari: et eorū perpetua supplicatiōe muniri. P do. In cōmēoratione aīarū. Offer. Requiem eternā. Orō. Fideliū deus Nulla fiat mēoria ad hanc missā licet corpus p̄ns affuerit. Episto. Nolumus vos. et legatur in pulpito: qua lecta tres clerici de secunda forma habitu non mutato ibidem dicant Graduale. Requiē eternam. V. Aīe eorū. Deīn sequat tract. De profundis. cū eodē cantu quo in dn̄ica septuagesime: et dr̄ a quattuor clericis de superiori gradu ad gradū chori habitu nō mutato: et interim pcedat diaconus cū subdiacono et cerofer. et thur. sn̄ cruce ad pronūciandū euāgel. Dixit martha. et legatur in pulpito more dominicali. Nō dicitur. Credo Offerto. O pie deus qui primū hominem ad eternam gloriā reuocasti pastor bone qui ouem perditam pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dū veneris iudicare libera de morte animas eorū quas redemisti. Ne tradas bestijs aīas confitentes tibi: ne derelinquas eas in finem. nō dicitur Hostias et preces. neq₃. V. Requiē eternam. Secre. Hostias q̄s dn̄e. Cō. Pro quorū mēoria. Postcō. Animabus q̄s dn̄e. Si hec cōmemoratio in dn̄ica contigerit differatur in crastinū: et fiat totū seruitium de dn̄ica: et tunc fiat in ipsa dn̄ica memoria de martyribꝫ eustachio socijsq₃ eius. Orō.

Da nobis quesumus dn̄e sāctorū martyrū tuorū eustachij sociorūq₃ eius itercessione leticiam et pacem: vt quorum gaudemus triumphis: ptegamur subsidijs. Assume Per do. Secreta.

Adsit q̄s omp̄s deus i honore sāctorū martyrum tuorū eustachij sociorumq₃ eius hec tibi oblata libamina: quorū pia supplicatione placatus: et preteritorū veniam et fu

turoꝝ nobis cautelam prebeas de

S lictorum. Postcōmunio.
Umpsim⁹ dñe diuina my
steria btōꝝ mrꝝ tuoꝝ eustachij
sociorūqꝫ eius merita venerātes:
presta q̄s. vt eorum sēper et fideli
muniamur auxilio: et magnifico
proficiamus exēplo. Per dominū.
Quando ꝯmemoratio aīarū a do
minica differtur tunc feria tercia
fiat seruitiū de sācta vvenefreda
Sctē vvenefrede ꝟginis et mar-
tyris. Officium. Dilexisti. Oratio.

O Mnipotēs sempiterne deus
qui beatā vvenefredā virgi
nitatis premio decorasti: fac nos
q̄s eius pia intercessione mūdi hu
ius blandimēta postponere: et cū
ipsa perennis glorie sedem obtine
re. Per. Episto. Dñe deus meus.
Grꝝ. Dilexisti. Allelupa. ℣. Ueni electa

U Irgo ver Sequētia. mea.
nans velut rosa agni spon
sa speciosa xp̄i martyr p̄ciosa: vve
nefreda floruit Ex britannis oriū
da fide firma spe iocunda actu sā-
cta mente munda mūdi mēda ca
ruit. Hāc occidit karadocus: quē
mox sorbet orci focus qui prauoꝝ
extat locus: quo sathan exuritur.
Huius argumento rei: fons ebu-
lit nutu dei: rubricate speciei quo
caput preciditur. Mira multa hic
patrantur: ceci vident muti fātur:
morbi oēs effugantur: cū fide pe-
tentiū. Gloriosa vvenefreda: ma
ris nobis fluctus seda: ne fiamus
hosti preda fer pia presidiū. Amē.
Euange. Simile est regnū celoꝝ
the. Offer. Offeretur. mior. Sec.

O Blata quesum⁹ domine mu
nera tue maiestatis virtute
sctifica: et beate virginis tue vve
nefrede meritis salutaria nobis es
se concede. Per. Coio. Diffusa est.

P Erceptis dñe sa Postcoīo.
cramētis te suppliciter iplo
ramus. vt que in veneratione bea
te vvenefrede virginis et marty-
ris tue deuotione tibi obtulimus
gaudia nobis cōferant sempiter-
na. Per. Sancti leonardi abbatꝭ.

P Officium. Os iusti. Oratio.
Reces nostras q̄s domie ce-
lesti dono prosequere: vt qui de be
ati leonardi cōfessoris tui atqꝫ ab-
batis patrociniis gloriamur: eius
meritis atqꝫ suffragiis apud te sē-
per adiuuari mereamur. Per do.
Epistola. Justus cor suū. Gradu.
Os iusti. Allelupa. ℣. posuisti adiutori
um. Sequē. Adest nobis dies. Euan
geliū. Nemo accendit. Offer. Ue

S Uscipe Secreta. ritas mea.
domie munera tue pietati
humiliter immolanda: et cōcede.
vt nobis sancti leonardi confesso
ris tui atqꝫ abbatis intercessione
fiāt salutaria / cuius natalicijs ea
tibi speram⁹ accepta. Per. Coio.

P Fidelis seru⁹. Postcōmunio.
Urificet nos dñe q̄s tui per
ceptio sacramēti: et que pro beati
leonardi confessoris tui atqꝫ abba
tis venerāda solennitate gerim⁹:
eius nobis patrocinantibus meri
tis: ad indulgentiam prosint eter
nam. Per do. Sanctorum quat-
tuor coronatorū martyrū. Offiȳ
Intret in ꝯspectu tuo domine. Oratio

PResta q̄s omnipotens deus vt qui gloriosos martyres tuos claudium/nichostratū/symphorianū/castoriū atq̄ simpliciū fortes in sua confessione cognouimus pios apud te i nostra intercessione sentiamus. Per. Episto. Justorum aie. Grad. Uindica dn̄e. Alleluya. ℣. Mirabilis dn̄s. Euāge. Cū audieritꝭ. Offer. Exultabūt. Secr.

BEnedictio tua quesum⁹ domine larga descendat que ⁊ munera nostra deprecantibus sāctis martyribus tuis claudio/nichostrato/symphoriano/castorio atq̄ siplicio/tibi reddat accepta: et nobis sacramentum redēptionis efficiat. Per. Coio. posuerunt.

CElestibꝫ refecti Postcoio. sacramentis et gaudijs supplices te dn̄e deprecamur: vt quorum gaudem⁹ triūphis: protegamur auxilijs. Scti theodori martyris. Offm̄. In virtute tua. Oratio

DEus qui nos beati theodori martyris tui ꝯfessione gloriosa circundas ⁊ protegis: presta nobis eius imitatione proficere: ⁊ oratione fulciri. Per do. Epistola Beatus vir qui in sapientia. Gr. Beatus vir. Alla. ℣. Justus vt palma florebit et sicut cedrus libani multiplicabitur. Euangel'. Si quis vult post me. Offer. Glia et honore. Secre.

MUneribus oblatis dn̄e beati theodori martyris tui festa venerantes: quesumus. vt qui conscientie nostre prepedimur obstaculis: illi⁹ meritꝭ reddamur accepti. P d. Cō. Magna est. Postcō.

SAncta tua nos dn̄e sumpta purificent/et intercedente btō theodoro martyre tuo ad perpetue beatitudinis cōsortium introducant. Per do. Sancti martini episcopi ⁊ confessoris. Offm̄. Statuit ei.

DEus qui Oratio. conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propici⁹. vt intercessione btī martini cōfessoris tui atq̄ pontificis/cōtra omnia aduersa muniamur. Per. Memoria de sancto menna

PResta q̄s martyre. Oratio oп̄s deus/vt qui beati menne martyris tui natalicia colim⁹: intercessione eius i tui noīs amore roboremur. Per. Epistola. Ecce sacerdos. Gr. Dn̄e preuenisti. Alleluya. ℣. Hic martinus pauper et modicus celum diues ingreditur hymnis celestibus honoratur. Sequentia. Sacerdotem christi. Require in translatione eiusdē. Euange. Homo quidam peregre. Offer. Ueritas mea.

DEus qui omne bo Secre. num i tui sacri corporis misterio contineri voluisti: concede propicius. vt hoc munus quod in beati martini confessoris tui atq̄ pontificis veneratione tibi offerimus: ipso intercedente nobis proficere sentiamus. Qui viuis et re

SAcrifi Alia secreta. gnascia ista tibi vero et noq̄ pōtifici oblata domine tu sanctifica et interueniēte beato mēna martyre tuo: ita nos fac q̄s hec tractare mysteria: vt ipsi tibi templū et hostia placabilis esse mereamur.

Qui viuis et regnas Cōmunio. Beatus seruus. Postcōmu.

Auxiliare quesumus domine populo tuo: vt sacramētorum tuorum virtute proficiēs intercedente beato martino ɔfessore tuo atqꝫ pontifice: et tuo semper munere gubernetur: et ad redemptionis eterne pertingat te ducēte cōsortium. Per. Alia postcōmunio.

Hoc in nobis q̄s domine gratia tua semper exerceat / vt diuinis instauret corda nostra misterijs: et beati mēne martyris tui festiuitate letificet. Per. Quotidie per octa. dicitur eadē missa sed sine sequen. nisi festū occurrat et nisi in dñica vel quando dicitur de sancta maria: vel missa. Salus populi. restat cantanda. Sancti brictii episcopi et confessoris. Offm̄. Statuit ei. Oratio.

Da q̄s domie populū tuum intercessione beati brictij cōfessoris tui atqꝫ pontificis in tuo amore confisum: vt mereamur ipso intercedente consortes fieri celestiū gaudior̄. Per. Memoria de sācto martino. Epistola. Iustū deduxit Gr. Ecce sacerdos. Allelupa. V. Amauit eum. Si dñica fuerit dr̄ sequentia de cōi. Euangeliū. Homo quidam nobilis. Offertorium. Inueni dauid seruum. Secre.

Sancti brictii confessoris tui atqꝫ pōtificis dñe quesumus annua solennitas: pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie oblatiōis officia / seculi p̄itis miserias euadamus: et gratie tue beneficia cōsequamur. P. Coio. Fidelis seruus

Misterijs refecti Postcoio. diuinis dñe deus noster: q̄s vt beati brictij cōfessoris tui atqꝫ pōtificis vbiqꝫ intercessione nos protegas: in cuius annua veneratione hec tibi obtulimus sacramēta. Per. Infra diocesim london: Translatio sācti Erkenualdi epi et confessoris oīa fiant sicut in cōi Sancti machuti episcopi et cōfessoris. Offm̄. Statuit ei. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus populi tui preces exaudi: qui beatū machutū confessorem tuum atqꝫ pontificē virtutis gratia decorasti: et eum in celesti gl'ia suscepisti. Per Memoria de sācto martino. Epistola. Ecce sacerdos Gr. Inueni dauid. Allelupa. V. Iust⁹ germi. Sequentia de cōi. Euange. Homo quidam nobilis. Offerto. Veritas mea. Secre.

Oblationes nostras q̄s domine ppiciatus intende / quas tibi in honore beati machuti ɔfessoris tui atqꝫ pontificis consecrandas deferim⁹ precantes: vt ipsius meritis et intercessione pctōr̄ū omniū q̄ negligenter gessimus te propiciātē veniam consequi mereamur. P Do. Coio. Beatus seruus. Postcōmu.

Quos donis celestibus domine satiasti: sancti machuti confessoris tui atqꝫ pontificis benignis attolle presidijs: vt noxijs omnibus expediti: post salutaria tua toto corde curramus. Per dominum nostrum iesum christum. Sancti edmundi archiepi. Offm̄.

Gaudeamus omnes in dño diem festũ celebrãtes sub honore edmũdi presulis: de cuius solennitate gaudent angeli et collaudant filiũ dei. Ps. Exaudi deus orationem meã cũ deprecor a timore inimici eripe animã meã. Orõ.

Deus qui largiflue bonitat⁊ consilio ecclesiã tuam beati edmũdi confessoris tui atq₃ põtificis preclare vite meritis decorasti et gloriosis letificasti miraculis: concede nobis famulis tuis. vt et ipsi⁹ in melius reformemur exẽplis: ⁊ ab omĩbus eius patrocinio protegamur aduersis. Per dñm.

Mẽoria de sancto martino. Ep̃la Ecce sacerdos magnus qui in vita sua. Gr. Domine preuenisti. Alla. V. Hic edmundus pauper et modicus celum diues ingreditur hymnis celestibus honoratur. Sequentia de cõi. s. Alma chorus. Euange. Homo quidam peregre. Offer. Ueritas mea.

Secre. Beati edmundi confessoris tui atq₃ põtificis q̃s domine precibus munera tibi offerenda complaceãt: et oblata nobis proficiant ad salutẽ. Per dñm

Coio. Beatus seruus. Postcõmu.

Mentes nostras q̃s domine susceptis robora sacramẽtis. vt sicut eas beati edmundi cõfessoris tui atq₃ pontificis nouis cõfortare miraculis dignatus es: sic etiam adiuuare suffragijs et illustrare digneris exemplis. P dñ.

Sancti hugonis episcopi et confesso. Offm. Statuit ei. Orõ.

Deus qui beatũ hugonẽ cõfessorem tuũ atq₃ põtificem eminentia meritorum: et claritate signorũ excellenter ornasti: concede propicius. vt eius exempla nos prouocent: et virtutes illustrent. P do. Mẽoria de sctõ aniano. Or.

Deus qui sctãm nobis hui⁹ diei celebritatem pro beati aniani confessoris tui atq₃ pontificis solẽnitate tribuisti: adesto familie tue precibus et da: vt cuius hodie festa celebramus: eius meritis et itercessionibus adiuuemur. Per do. Epistola. Dilectus deo. Gr. Domine preuenisti. Alleluya. V. Just⁹ germi. Sequẽ. de cõi. Euangeliũ. Uidete vigilate. Offerto. Ueritas mea.

Secre. Oblata tibi munera quesumus dñe beatus hugo ꝯfessor tuus et pontifex prosequat: vt meritis eius adiuti per ea gratiam et gloriam consequamur. Per. Alia secreta.

Preces nostras q̃s domine propiciatus admitte: et dicatũ tibi sacrificium beati aniani cõfessoris tui atq₃ pontificis cõmendet oratio. P. Coio. Beat⁹ seruus. Postcõ.

Nostre seruitutis obsequia q̃sumus domine deus beat⁹ hugo confessor tuus et pontifex tibi reddat accepta: ne sacramenti celestis effectũ reatus noster a nobis excludat. Per dominũ nostrũ iesum. Qui tecum. Alia secreta.

Omnipotens et misericors deus qui nos sacramentorum tuorum participes efficis ac ministros: presta quesumus. vt intercedente beato aniano cõfessore tuo

atqȝ pōtifice: et fidei proficiamus augmento ꝛ beatitudinis eius iū gamur cōsortio. In octa. scti martini. Offm̄. Statuit ei. Orō.

Concede q̄s op̄s deus / vt beati martini confessoris tui atqȝ pōtificis frequentata solennitas: ad perpetuā populo tuo proficiat salutem: et quē sepius veneramur i terris / semper habeam⁹ patronū in celis. Per. Cetera omia sicut in prima die. nulla tn̄ dicatur sequē.

Hec oblatio q̄s do Secreta. mine quā iterata sācti martini cōfessoris tui atqȝ pontificis festiuitate offerimus tue maiestati: prosit nobis ad indulgentiam / vt per eā a nostris liberemur peccatis et sacris altaribus astare digni efficiamur. Postcoio.

Sacramenta dn̄e q̄s que sūpsimus beato martino confessore tuo atqȝ pontifice intercedēte: ab omi nos aduersitate defendant: ꝛ prosperitate perpetua tibi soli seruire concedant. Per. Si iste octa. in dn̄ica vel in sabbato cōtigerit: fiat de eis memoria ad missā atqȝ missa in capi. Sancti edmūdi regis et martyris. Offm̄. Gloria et ho

Deus ineffabi Oratio. nore. lis misericordie qui beatissimū regem edmundum tribuisti pro tuo nomine inimicū morien do vincere: concede propicius familie tue. vt eo interueniēte mereatur in se antiqui hostis incitamēta superando extinguere. Per. Epistola. Beatus vir qui inuenit. Graduale. Posuisti domine. Allelupa

℣. Letabitur iustus. Sequentia de cōi. Euange. Si q̄s venit ad. Offerto. Gloria et hono. Secre.

Hoc sacrificium redēptionis nostre q̄s omp̄s deus clemēter respice: et intercedente beato edmūdo rege et martyre tuo pro hac familia tua placatus assume. Per. Coio. Magna est. Postcōmunio.

Sint tibi op̄s deus grata nostre seruitutis obsequia: et hec sancta que sumpsimus intercedēte beato edmūdo rege et martyre tuo: prosint nobis ad capescēda premia vite ppetue. Per. Sancte cecilie virginis ꝛ marty. Offī.

Deus qui Orō. Loquebar. nos ānua beate cecilie virginis tue et martyris solennitate letificas: da vt quā veneramur officio / etiam pie conuersationis sequamur exemplo. Per. Epistola. Dn̄e deus meus. Grad. Audi filia. Allelupa. ℣. Ueni electa. Sequentia de cōi. Euāge. Simile est regnū ce. the. Offerto. Offerentur. mior.

Presta q̄s misericors Sec. deus / vt sicut diuina offerimus in sancte cecilie virginis tue et martyris solennitate sacramēta: sic indulgētie tue largitatem / piis eius precibus assequamur. Per. do. Coio. Confundantur superbi qr iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor i tuis iustificationibȝ vt nō ɔfundar. Postcō

Sacramentorum tuorū domine participes effecti imploramus clemētiam tuā: vt beate cecilie virginis et martyris iter

uentu peccatorum nostrorū veni am cōsequi mereamur. Per. Sācti clemētis pape et marty. Offm.
D Jcit dominꝰ sermones mei quos dedi in os tuū non deficient in ore tuo: adest enī nomen tuum et munera tua accepta erunt super altare meum. ps. Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat. Orō.
D Eus qui nos ānua beati clementis martyris tui atq pontificis solennitate letificas: concede propicius. vt cuius natalicia colimus: virtutem quoq passionis imitemur. Per. Mēoria de sancta felicitate virgine. Oratio.
P Resta q̄s omps deus/vt beate felicitatis martyris tue solennia recensentes: meritis ipsiꝰ protegamur et precibus. Per. Epl'a. Ad philippenses. iiij. capi.
F Ratres: Rogo vos carissimi et desideratissimi: gaudiū meum et corona mea/sic state in dn̄o carissimi. Rogo euchodiam et synthicen deprecor: idipsum sapere in dn̄o. Etiam rogo te germane cōpar adiuua eos: qui mecum laborauerunt in euangelio cū clemente: et ceteris adiutoribꝫ meis. Quorum noīa sunt in libro vite. Grad Jurauit. All'a. V. Jste sctūs digne ī mēoriā vertitur hoīm qui ad gaudiū trāsijt angelorum. Seqr̄. de cōi. Euā. Nō q̄ dē no. Offerto. Jnueni. Secreta.
P Ro passione beati clementis martyris tui atq pontificis gratāter tibi domine munus offerimus: qꝛ sicut eum sentimus in te viuere gloriosum/sic pro nobis interuenire confidimus. Per.
M Unera tibi Alia secreta. dn̄e pro sctē felicitatis gloriosa solennitate deferimus obsecrātes: vt que nobis huius celebritatis effectum et confessione dedicauit et sāguine/miserationis tue continuū imploret auxiliū. Coio Beatus seruus. Postcōmu.
P Urificent nos dn̄e q̄s et diuini perceptio sacramenti: et gliosa deprecatio beati clemētis martyris tui atq pontificis Per. Alia postcoio.
H Ec domine sacra menta sumentes q̄s: vt intercedente btā felicitate martyre tua vite eterne in nobis nutriant alimēta. Sancti grisogoni martyris. Offm. Glia et honore. Oratio
A Desto dn̄e supplicationibꝫ nostris: vt qui ex iniquitate nr̄a reos nos esse cognoscimꝰ: beati grisogoni martyris tui intercessione liberemur. Per do. Epl'a Beatus homo qui īuenit. Require in vigilia vnius apo. Gradua. Posuisti. Allelupa. V. Beatus vir qui suffert. Euangel'. Qui vos audit. Offerto. Gloria et honore. Secreta.
M Unera nostra quesumꝰ domine sereno intuitu suscipe: vt intercedente beato grisogono martyre tuo/criminū nostrorum contagia cuncta expurgent. Per. Coio. Posuisti domine. Postcōmu.
A Nnue quesumus domine vt mysterijs tuis recreati: sancti quoq grisogoni martyris tui muniamur sēper auxilijs. Per

Sācte katherine virginis et mar
Me expe tyris. Officium.
ctauerunt pctōres vt per-
derent me: testimonia tua
domine intellexi: omnis consum-
mationis vidi finem latum man
datum tuū nimis. Ps. Beati imma
culati in via: qui ābulant i lege domini.

Omnipotens sempiter Or.
ne deus qui corpus gloriose
virginis tue katherine in montē
synai ab angelis deferri iussisti: cō
cede quesumus. eius obtentu nos
ad arcem virtutū prouehi: vbi vi-
sionis tue claritatē mereamur in
tueri. Per. Lectio libri sapientie.

Confitebor Eccesiastici. lj.
tibi dn̄e rex: & collaudabo te
deum saluatorē meum. Confite-
bor nomini tuo quoniā adiutor &
protector factus es michi & libera
sti corpus meū a perditione. A la-
queo lingue inique: et a labijs ope
rantium mendaciū. Et in conspe
ctu astantiū factus es michi adiu
tor. Et liberasti me secundū mul-
titudinē misericordie nois tui. A
rugiētibus preparatis ad escam:
de manibus querentiū aiam meā
et de portis tribulationū que circū
dederunt me Et a pressura flame
q̄ circundedit me: et i medio ignis
nō sum estuata. De altitudine vē
tris inferi: et a lingua coinquina-
ta: et a verbo mendacij. A rege ini
quo: [illegible] lingua iniusta. Laudabit
vsq3 ad mortem aīa mea dn̄m: et
vita mea appropinquans erat in
inferno deorsū. Circūdederūt me
vndiq3: & non erat qui adiuuaret.

Respiciens eram ad adiutorium
hoim: & non erat. Memorata sum
misericordie tue d[illegible]e et cooperati
onis tue que a seculo sūt Quoniā
eruis sustinentes te: et liberas eos
de manu angustie: dn̄e deus me?.
Gr. Specie tua & pulchritudine tua in
tende prospere procede et regna. V. Pro
pter veritatem et mansuetudinem et iu
sticiam et deducet te mirabiliter dextera
tua. Allelupa. V. Loquebar de testimo
nijs tuis in conspectu regum et non con
fundebar domine. Sequētia.

O Das hac in die letas: xp̄o ca
nit omnis etas corde voce fidibus
Omnem spectat ad etatē katheri
ne dignitatē cumulare laudibus.
Hec est illa costi nata: cuius ortu
decorata gloriatur grecia Hec est
que mnam sibi datā: xp̄o reddit de
cuplatam: oris eloquētia. Scolis
vacans artes discens altiora con-
cupiscens studet euangelio. Duo
legens testamenta: vite videt ali-
menta: xp̄m in presepio. Cibo dul
ci refouetur: quo plus gustat plus
augetur: sanctum desideriū. Cibo
conformatur isti se configens cru
ci christi currit ad martyriū. Rex
hinc terret hinc blanditur: hec nō
timet nec lenitur prementis con-
stātia. Hic terrores vt fauille: hic
res serui vel ancille spernūtur vt
vilia. Sapientes superantur: cre
dunt christo flamis dantur sed nō
perit fimbria. Carcerat virgo ce-
sa visitatur fit illesa supernū presē-
tia. Quā regina dū solatur ad cer
tamen inuitatur fauet ouans co-
ronatur certat die tercia. A colū-

ba dū cibatur virgo rota fabrica-
tur orat nex⁹ dissipatur sternitur
plebs impia. Tot triumphans in
tormentis ad superna cum ducen
tis premittit porphirium. Impe-
trato quicquid orat ferit lictor lac
irrorat ferientis gladium. Corp⁹
celitus sublatum est i syna tumu-
latum tumba manat oleum. Sy
na signis illustratur: celū sibi glo-
riatur: addi sydus aureū. Uirgo
sydus honestatis dux et decus pro
bitatis christi reos maiestatis chri
sto reconcilia. Uas virtutum via
morum: flos odoris odor florum:
nos tuere nos celorum trāsfer ad
palatia. Secūdum matheū. xiii.

In illo tempore: Dixit iesus
discipulis suis parabolā hāc
Simile est regnū celorum thesau
ro abscōdito in agro: quem qui in
uenit homo abscondit et pre gau-
dio illius vadit et vendit vniuer-
sa que habet: et emit agrum illum.
Iterum simile est regnum celorū
homini negociatori querenti bo-
nas margaritas. Inuēta vna pre
ciosa margarita: abiit et vendidit
omnia que habuit et emit eā. Ite-
rum simile est regnum celorum sa-
gene misse in mare: et ex omni ge
nere piscium congregāti. Quam
cum impleta esset educentes et se
cus littus sedentes: elegerunt bo-
nos in vasa sua malos autem fo-
ras miserunt. Sic erit in consum
matione seculi Exibunt angeli et
separabunt malos de medio iusto
rum: et mittent eos in caminum
ignis: ibi erit fletus et stridor den-
tium. Intellexistis hec omia? Di-
cunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo om
nis scriba doctus in regno celorū:
similis est hoi patrifamilias: qui
profert de thesauro suo noua et ve
tera. Offerto. Filie regum in honore
tuo astitit regina a dextris tuis in vesti-
tu deaurato circūdata varietate. Sec.

Suscipe quesumus domine
propicius oblationes tuorum
fidelium: quos tibi in honore bea-
te katherine virginis tue et mar-
tyris hodierna solennitate letāter
offerimus: sicque nob ipsa interce-
dente per hoc sacrificium placat⁹
adesto/ vt nos et a periculis huius
vite clementer eripias: et a pecca-
tis omnibus miseratus absoluas.
Per do. Coīo. Simile est regnum ce-
lorū hoi negociatori querēti bonas mar
garitas: inuenta vna preciosa margari
ta dedit oia sua et cōparauit eā. Postcō

Da quesumus domie per hec
sancta que sumpsimus po-
pulo tuo salutem mētis et corpo-
ris: et intercedente beata katheri-
na virgine tua et martyre/ in cui⁹
honore letamur: perpetuis conso
lationibus tuorum reple corda fideliū
vt diuina protectione releuati: et
pia tibi deuotione complaceāt: et
tua semper beneficia cōsequātur.
Per do. Sancti lini pape et mar-
tyris. Offm. Sacerdotes tui. Orō
de cōmuni vnius martyris et pō-
tificis. Epistola. Omis pontifex.
Grad. Inueni dauid. Alleluya. V. Ele
git te. Euangelium. Homo quidā
nobilis. Offertorium Inueni dauid
Communio. Beatus seruus.






¶ Incipit cōmune sanctorū In vigilia vnius apostoli siue euangeliste. Officium.

Ego autem sicut oliua fructifica ui in domo dñi: speraui in misericordia dei mei et expectabo nomen tuū quoniam bonum est ante conspectum sanctorum tuorum. ps Quid gloriaris in malicia: qui potens es in iniquitate. Oratio.

Quesumus oīpotens deus / vt nostra deuotio que natalicia beati. N. apostoli tui ātecedit: patrocinia nob᷒ intercessione eius accumulet. Per dn̄. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xl v. ca.

Benedictio dñi super caput iusti: ideo dedit illi




Sacramentorū Postcoio. tuoꝝ domine participatione letātes suppliciter exoramus: vt quoꝝ merita celebrare donas/ eoꝝ nos facias imitari cōstantiā.

Deus Alia postcō. Per do. qui nos sacramēti tui venerāda perceptione purificas: da nobis q̄s patrocinia tuorū continuata sanctorū: quibus capere valeamus salutaris misterij participationem. Per d. Plurimoꝝ marty

Deus rū non pontifi. Or. qui nos concedis sanctorū martyrū tuorum. N. et. N. natalicia colere: da nobis in eterna beatitudine de eoꝝ societate gaudere.

Munera tibi Per. Secreta domine nostre deuotionis offerimus: que pro tuorū tibi grata sint honore iustorum: et nobis salutaria te miserante reddantur Per dominum. Postcommunio.

Presta q̄s nobis dn̄e intercedentibus sanctis martyribus tuis. N. et N. vt que ore contigimus: pura mente capiamus. Per. In natali vnius confessoris. Officium.

Statuit ei dn̄s testamentū pacis: et principem fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. In tēpore paschali. all'a all'a. ps. Misericordias dn̄i in eternū cantabo. Offm̄.

Sacerdotes tui dn̄e induant iusticiam: et sancti tui exultēt: propter dauid seruū tuum nō auertas faciē christi tui. In tp̄e pascha. all'a. ps. Memento dn̄e dauid: et oīs mā suetu dinis eius. Offm̄.

Sacerdotes dei bn̄dicite dominū: sancti et humiles corde laudate deū. In tp̄e paschali. all'a. alleluya. ps. Benedicite omnia opera domini dn̄o: laudate et superexaltate eū in secula. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui nos beati. N. confessoris tui atq; pontificis hodierna festiuitate letificas/ tuam supplices exoramus clemētiam: vt cuius solennia deuotis officijs veneramur: eius pijs suffragijs/ eterne vite remedia cōsequamur. Per. Alia oratio.

Da q̄s ops deus/ vt beati. N. confessoris tui atq; pontificis veneranda solennitas: et deuotionē nobis augeat et salutē. Per do. Lectio libri sapiētie. Ecclesiastici. xliiii.

Ecce sacerdos magn⁹ qui in diebz suis placuit deo: et inuentus est iustus: et in tp̄e iracūdie factus est reconsiliatio. Non est inuētus similis illi: qui conseruaret legem excelsi. Ideo iure iurando fecit illū dn̄s crescere in plebem suā. Benedictionem oīm gentiū dedit illi: et testamentū suū confirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: cōseruauit illi misericordiam suā: et inuenit gratiam corā oculis dn̄i. Magnificauit eū in cōspectu regū: et dedit illi coronā glorie. Statuit illi testamentū sempiternum: et dedit illi sacerdotiū magnū: et beatificauit illū in gloria. Fūgi sacerdotio: et habere laudē in noīe ipsius. Et offerre illi icensum dignū in odorē suauitatis. Lcō libri sap. Ecclesiastici. l.

Ecce sacerdos magn⁹ qui in vita sua curauit gentem suā: et liberauit eam a perditione. Qui suffulsit domū: et in diebus suis corroborauit tēplū Qui p̄ualuit āplificare ciuitatē: q̄ adeptus est gl'iam i conuersatione gētis. Quasi stella matutina i medio nebule: et quasi luna plena in diebz suis lucet. Et quasi sol refulgens: sic ille effulsit in templo dei. Quasi arcus refulgēs inter nebulas gl'ie et quasi flos rosarū in diebz vernis Quasi lilia q̄ sūt in trāsitu aq̄: et quasi thus redolēs in diebus estatis. Quasi ignis effulgens et thus ardens in igne: quasi vas auri solidum: ornatum omni lapide precioso. Quasi oliua pullulās: et cypressus in altitudinem se extollēs: in accipiendo illū stolam gl'ie: et vestiri eū in ꝯsūmatione virtutis. In ascensu altaris scti: gl'iam

dedit sanctitatis amictū. In accipiendo aūt partes de manu sacerdotū: et ipse stans iuxta arā porrexit manū suā in libatione: et libauit odorē diuinum excelso principi. Et iterauit orationē suā volēs ostendere virtutē dei: qui fecit nobiscū scđm suā miam. Qui det nobis iocūditatē cordis: et fieri pacē in diebꝫ nr̄is i israel: per dies sempiternos. Lcō libri sap. x. ca.

I Ustū deduxit dn̄s per vias rectas: et ostendit illi regnū dei. Et dedit illi scientiā sanctorꝝ: honestauit illū in laboribus: et cōpleuit labores illius. In fraude circūuenientiū illi affuit: et honestū fecit illū. Custodiuit eū ab īimicis: ⁊ a seductoribꝫ tutauit illū. Et certamen forte dedit illi vt vinceret: et sciret qm̄ oium potentior est sapientia. Hec venditū iustū non dereliquit: sed a pctōribus liberauit eū Descēditqꝫ cū illo in foueā: et in vinculis non dereliqt illum: donec afferret illi sceptrū regni: et potētiam aduersus eos q̄ eum deprimebāt. Et mēdaces ostendit qui maculauerūt eū: et dedit illi claritatē eternā: dn̄s deus noster. Lcō libri sapientie. Ecclia. xlv.

D Ilect⁹ deo et homibus: cuius mēoria in benedictione est. Similē illū fecit in glia sanctorꝝ: et magnificauit eū in timore inimicorū: et in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regū: et vnxit illū coram poplo suo: et ostēdit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius sanctū fecit illum: et elegit eū ex omi carne. Audiuit eni vocem ipsius: et induxit illū in nube. Et dedit illi cor ad precepta: et legem vite et discipline. Grad. Ecce sacerdos magnus qui i diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuētus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Grad. Iurauit dn̄s et non penitebit eū tu es sacerdos in eternū: secundū ordinē melchisedech. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis. Grad. Inueni dauid seruū meū oleo sācto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiū meum confortabit eū. ℣. Nichil pficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nō nocebit eū. Grad. Dn̄e preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Uitā petijt et tribuisti ei longitudinem dierū in seculū seculi. Allā. ℣. Iust⁹ germinabit sicut liliū: ⁊ florebit i eternū ante dn̄m. Alla. ℣. Amauit eū dn̄s et ornauit eū: stola glie induit eū. Alla. ℣. Disposui testamentū elect⁹ meis: iuraui dauid seruo meo. Alla. ℣. Elegit te dn̄s sibi in sacerdotem magnū in populo suo. Alla. ℣. Inueni dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eū. Tract⁹. Beatus vir qui timet dn̄m in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit semē ei⁹: generatio rectorum benedicet. ℣. Gloria et diuitie in domo ei⁹: et iusticia ei⁹ manet i seculū

A Dest nobis dies alma: ⁊ magno gaudio plena. In qua sctā deo grata ꝯgaudet ecclia. Hodie celestis letat̄ turma q̄ gliam cantat i excelsis voce dulcisona cū symphonia. Hodie polorꝝ sancta agmia collaudāt regē deū nr̄m natū ex ꝟgie sctā ma Seqn̄. sctī.

ria. Aue inclite presul xpi. N. flos
pulcherrie. Tu vestigia xpi secut?
es fide deuota. Eterni reg adept?
es regna. Iā gratularis in domo
supa possidens sedes almas. Quē
postulamus et poscimus vna. Ad
iuuēt tua sancta suffragia fragilē
vitā nostrā. O beate. O sancte. N
Laus tibi in glia. O beate. O sctē.
N. Pro nob supplica. Ut vna me
reamur sancta celoꝝ tēpla. Possi
dere leti cernentes alma gaudia q̄
sunt plena. Sit deo laus honorq
et iubilatio casta. Qui regnat per
omia seculoꝝ secula. Amen dicāt

Alma cohors Seqñ. oia.
vna laudū sonora nūc ꝓro
me preconia. Quibus en i signis
rutilat. N. vt luna solq sydera.
Meritoꝝ est mirifica radiās idem
sacra prerogatiua. Nūc nā sophie
mistica ornarunt mire dogmata
qua fulsit nitida luculēter per am
pla orbis climata. Uerbi necnon
fructifera seuit diuini semina mē
tiū per arua pellēdo quoq cuncta
noctis nubila. Hinc famina fun-
dens diua vtpote celestia ferēs in
se numia. Sublimauit catholica
vehemēter culmina sācta per elo-
quia. Is nempe celse cōpos glorie
nūc exultat inter letabūda celico-
larum ouans cōtubernia. Subli-
mis extat sede supera fruēs vita se
per iexhausta: sat per saluberrima
xpi pascua. O dignū cuncta laude
precelsa. Presulē tāta nactū gau-
dia. Uirtutū propter merita qui-
bus viguit ardēs velut lampada.
Nos voce clara hunc vt iocunda.
Dātes orem? preces et vota. Qui
nobis ferat cōmoda ipetret et eter
na poscēs premia Quod petit pre
sens caterua presulum gēma. De
uota repēdens munia mēte since
ra. Fauēdo tibi precum instantia
scilicet vt polorum intret limina.
Quo iā intra palatia stātes supre
ma. Leti gratulemur adepti polo
rū regna. Qui tua presul sistentes
hac aula iubilamus ingēti cū leti
cia. Recinētes dulcia nūc cellaq
alleluya. Secundū matheū. xxv.

In illo tempore: Dixit iesus
discipl'is suis parabolā hāc.
Homo quidā peregre proficiscēs
vocauit seruos suos: et tradidit il-
lis bona sua. Et vni dedit quinq
talenta: alij duo/alij vero vnum.
Unicuiq secundū propriā virtu-
tem: et profectus est statim. Abijt
autē qui quinq talēta acceperat:
et operatus est i eis/et lucratus est
alia quinq. Similiter qui duo ac
ceperat: lucratus est alia duo Qui
autem vnū acceperat: abiēs fodit
in terrā: et abscondit pecuniā dñi
sui. Post multum vero temporis:
venit dñs seruoꝝ illorum: et posu
it rationem cū eis. Et accedēs qui
quinq talenta acceperat: obtulit
alia quinq talenta dicens. Domi
ne/quinq talēta tradidisti michi:
ecce alia quinq superlucratus sū.
Ait illi dñs eius. Euge serue bone
et fidelis: quia sup pauca fuisti fi-
delis/supra multa te constituā: in
tra in gaudiū dñi tui. Accessit au-
tem et qui duo talenta acceperat:
et ait. Dñe/duo talenta tradidisti

michi: ecce alia duo lucratus sum Ait illi dn̄s eius. Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituam. Intra in gaudiū domini tui. Secundum marcum. xiij. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Uidete vigilate et orate: nescitis enim quādo tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domū suā: et dedit seruis suis potestatem cuiusqꝫ operis: et ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo: nescitꝫ enī quando dn̄s domus veniat. Sero an media nocte: an gallicātu: an mane. Ne cū venerit repēte: inueniat vos dormiētes. Qd autē vobis dico / omnibus dico: vigilate. Secundū matheū. xxiiij. capitu.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Uigilate: quia nescitis qua hora dn̄s vester venturus sit. Illud aūt scitote: qm̄ si sciret paterfamilias qua hora fur vēturus esset / vigilaret vtiqꝫ: et non sineret perfodi domū suā. Ideo et vos estote parati: nescitꝫ quia qua hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seru⁹ et prudens: quē constituit dn̄s supra familiā suam vt det illis cibū in tp̄e? Beatus ille seruus: quē cū venerit dn̄s eius: inuenerit sic facientē Amen dico vobis: quoniā sup omnia bona sua constituet eū. Euangeliū. Homo quidā nobilis abijt in regionem lōginquā: accipere. Require in cōmuni vnius martyris. folio. ccxxij. In tempore paschali. Euangelium. Ego sum vitis vera. folio. ccxvij. Offertoriū. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. In tempore paschali. alleluya. Offertoriū. Inueni dauid seruū meum: et in oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiū meum confortabit eum. In tempore paschali. alleluya. Secreta.

Propiciare dn̄e q̄sumus supplicationibus nostris: et itercedente pro nobis sancto. N. confessore tuo atqꝫ pontifice / his sacramētis celestibus seruientes: ab omni culpa liberos esse concede: vt purificante nos gratia tua / eisdem quibus famulamur mysterijs emundemur. Per. Alia secreta.

Respice quesumus domine munera populi tui in sācti. N. cōfessoris tui atqꝫ pontificis honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutem. Per dominum nostrum. Communio Domine quinqꝫ talēta tradidisti michi: ecce alia quinqꝫ superlucratus sum: euge serue fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituam intra i gaudiū domini tui. In tempore paschali. Alleluya. Cōmunio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilātem: amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. In tēpore paschali. alleluya alleluya. Cōmunio. Fidelis seruus et prudens quē constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. In tempore paschali. Alleluya. alleluya. Postcommunio.

PResta quesumus dñe deus noster/ vt diuinis misterijs expiati/ intercedente beato. N. cõfessore tuo atq3 põtifice: ad superni plenitudinẽ sacramenti: cuius libauimus sancta tẽdamus. Per Uos tuis Alia postcõ. do.

QUos dñe reficis sacramẽtis sancti. N. confessoris tui atq3 pontificis attolle benign⁹ suffragijs: vt nostre redẽptionis effectũ/ et mysterijs capiamus et moribus. Per In natali vnius ɔfesso. et docto.

Offm. Sacerdotes dei. Orõ

EXaudi domine pces nr̃as quas in sancti. N. cõfessoris tui atq3 pontificis solennitate deferimus: et qui tibi digne meruit famulari eius precibus ab omĩbus nos absolue peccatis. Per do. Lcõ libri sapiẽ. Eccliastici. xlvij.

DEdit dñs confessionẽ sãcto suo: et excelso in verbo glorie. De omĩ corde suo laudauit dominũ: et dilexit deum qui fecit illũ Et dedit illi contra inimicos potẽtiam ꝛ stare fecit cantores contra altare: et in sono eorũ dulces fecit modos. Et dedit i celebrationibus decus: et ornauit tp̃a vsq3 ad consũmationẽ vite. Ut laudarẽt nomen sanctũ dñi: et amplificarent mane sanctitatẽ dei. Christus purgauit peccata ipsius: et exaltauit in eternũ cornu eius. Sapientia laudabit aĩam suã: et in deo honorabitur: et in medio populi sui gloriabiť. Et in ecclesijs altissimi aperiet os suũ: et in cõspectu virtutis ipsi⁹ gloriabitur. In medio populi exaltabitur: et in plenitudine sãcta admirabitur. In multitudine electorũ habebit laudem: et inter benedictos benedicetur. Lectio libri sapientie. vij. capitulo.

OPtaui et datus est michi sensus: et inuocaui et venit in me spiritus sapientie. Et preposui illam regnis et sedibus: ꝛ diuitias nichil esse dixi in ɔparatione illius. Nec cõparaui illi lapidẽ preciosũ: qm̃ omne aurũ in ɔparatione illi⁹ arena est exigua: et tanq̃ lutũ estimabitur argentũ in conspectu illius. Super salutẽ ꝛ speciẽ dilexi illam: et proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumẽ illius. Uenerũt autem michi oĩa bona pariter cũ illa: et inumerabilis honestas per manus illius. Et letatus sum in omĩbus: qm̃ antecedebat me ista sapientia: et ignorabam qm̃ horum oĩm mater est. Quã sine fictione didici: ꝛ sine inuidia cõmunico. Et honestatem illius: non abscondo. Gr. Iurauit dominus. Allelupa. V. Amauit eũ. Sequentia de cõi vnius cõfessoris et põtificis. Infra septuagesimam tractus. Btũs vir. Se. math. v. ca.

IN illo tp̃e: Dixit iesus discipulis suis. Uos estis sal terre. Quod si sal euanuerit: ĩ quo salietur? Ad nichilũ valet vltra nisi vt mittatur foras: et conculcetur ab hominibus. Uos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscõdi supra montẽ posita nec accendũt lucernam et ponũt eam sub modio sed super candelabrum: vt luceat

oibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corã hominibus: vt videant opera vestra bona: et glorificent patrem vestrũ qui in celis est. Nolite putare: qm̃ veni soluere legem: aut prophetas. Non veni soluere sed adimplere. Amẽ dico vobis: donec transeat celum et terra: iota vnũ aut vnus apex nõ preteribit a lege: donec oĩa fiãt Qui ergo soluerit vnũ de mandatis istis minimis: et docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno celorũ. Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorũ. Offer. Ueritas mea

Munera q̃s dñe tibi dicata sctifica: et intercedente beato. N. confessore tuo atq̃ doctore: per eadẽ nos placatus intẽde. Per dñm. Coio. Fidelis seruus. Secreta.

Presta q̃s omps deus/ vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: intercedente btõ N. confessore tuo atq̃ doctore: beneficia potiora sumam⁹. Per do. Postcoio. In natali vnius confessoris et abbatis. Officium.

Os iusti meditabitur sapiẽtiam: et lingua eius loquetur iudiciũ: lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus: neq̃ zelaueris facientes iniq̃tatem.

Deus qui beatum N. cõfessorem tuũ atq̃ abbatem sanctitatis gratia decorasti: ipsi⁹ meritis fac nos bonis operibus abũdare: vt a te sũmo bono omne qđ expedit mereamur ĩpetrare. P d. Oratio. Lcõ li. sap. Eccle. xxxix.

Iustus cor suũ tradet ad vigilandum diluculo ad dñm qui fecit illum: et in conspectu altissimi deprcabitur. Aperiet os suũ in oratione: et pro delictis suis deprecabit. Si enim dñs magn⁹ voluerit: spiritu intelligentie replebit illũ. Et ipse tanq̃ ymbres mittet eloquia sapientie sue: et in oratione confitebit dño. Et ipse diriget consiliũ eius et disciplinã: et ĩ absconditis suis consiliabitur. Et ipse palam faciet disciplinam doctrine sue: et ĩ lege testamenti dñi gliabit. Collaudabũt multi sapientiã eius: et vsq̃ in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius: et nomen eius requiretur/ a generatione in generationẽ. Gr. Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabũtur gressus eius. Allelupa. V. Posui adiutorium super potẽtem et exaltaui electum de plebe mea. Sequẽtia. Adest nobis. vel tractus. Desyderium. vt supra. in cõmuni vnius martyr. Secundum lucam. xi. capitulo.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo accẽdit lucernam: et in abscondito ponit. neq̃ sub modio/ sed super candelabrum: vt qui ingrdiuntur lumen videant. Lucerna corporis tui: est oculus tuus. Si oculus tu⁹ fuerit simplex: totũ corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit: etiam corpus tuum tenebrosum erit. Uide ergo ne lumen quod in te est: tenebre sint. Si er-

go corpus tuum totum lucidum fuerit: nō habens aliquam partē tenebrarum erit lucidū totum. Et sicut lucerna fulgoris illumiabit te. Offr. Desyderiū anime eius tribuisti ei dñe: et voluntate labiorum eius nō fraudasti eū: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Secreta.

Sacrificiū dñe quod pro sācti. N. cōfessoris tui atq abbatis solennitate deferimus tibi quesumus fiat acceptū: vt eius intercedētibus meritis / nobis augeat te donante suffragiū. Per do. qui te. Coio. Fidelis seruꝰ. Postcō.

Libātes dñe sacro sācta mysteria pretēde nobis q̄s miam tuā: vt que votis expetimus / intercedente beato. N. cōfessore tuo atq abbate conuersatione tibi placita cōsequamur. Per d. De quocūq confessore. Or.

Adesto domine precibus nr̄is: quas in sancti. N. confessoris tui solennitate deferimus: vt qui nostre iusticie fiduciam nō habemus / eius qui tibi placuit meritis et precibz adiuuemur. P d. Epl'a. Iustū deduxit. Euāge. Uidete vigil. Cetera vt s. sicut de vno cōfessore et abbate.

Suscipe dñe sacrificiū placationis et laudis Sec. te. quod nos interueniēte beato. N. cōfessore tuo pducat ad veniā: et i perpetuā gratiarū ꝯstituat actio. nē Per d.

Presta q̄s omps deus / vt cuius festiuitate votiua sunt sacramēta: eius salutaria nobis itercessione reddātur. P d. In nata. pluri. ꝯfes. Offi.

Sacerdotes eius induant salutare et sancti eius exultatione exultabūt. In tp̄e paschali. all'a all'a all'a. ps Memēto dñe dauid et omnis mansuetudinis eius. Oratio

Beatorū confessorum tuorum N. et N. nos dñe q̄s tuere presidijs: vt quorum festiuitatē annua deuotione recolimus: eorum intercessione ab oībus aduersitatibz eruamur. Per.

Deus Alia orō. qui nos sanctorum confessorum tuorum. N. et. N. confessionibus gliosis circundas et protegis: da nobis et eorum imitatione proficere et intercessione gaudere. Per do.

Fratres: Ad hebreos. vij. Plures facti sunt sacerdotes scdm legem: idcirco q morte prohiberēt permanere. Jesus aūt eo q maneat in eternū: sēpiternū habet sacerdotiū. Unde et saluare in perpetuū potest accedens per semetipsū ad deū: semper viuēs ad interpellandum pro nobis. Talis enī decebat vt nobis esset pōtifex: sāctus innocens / ipollutus segregatus a peccatoribus: et excelsior celis factus. Qui non habet quotidie necessitatē queadmodū sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre: deinde pro populi. Hoc enī fecit semel se offerēdo: dñs noster iesus xp̄us. Gr. Sacerdotes eiꝰ induāt salutare et sctī eiꝰ exultatiōe exultabunt. V Illuc producam cornu dauid paraui lucernā xp̄o meo. All'a. V. Fulgebunt iusti: et tanq̄ scintille in harundineto discurrent i eternū. Nulla dicitur seque. licet ix. lectiones habeātur.

Secundum lucam. xij. capitulo.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Sint lūbi vestri precincti: et lucerne ardētes i manibus vestris. Et vos similes hoīnibus expectantibus dñm suum: quando revertatur a nuptijs. Ut cū venerit et pulsaverit: cōfestim aperiant ei. Beati servi illi: quos cū venerit dñs invenerit vigilantes. Amen dico vobis: q̄ precīget se: et faciet illos discūbere / et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia: et si in tercia vigilia venerit et ita īvenerit: beati sunt servi illi. Hoc autē scitote: q̄m si sciret paterfamilias: qua hora fur veniret: vigilaret utiq̄ et non sineret perfodi domū suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hoīs veniet.

Secundū matheum. x. capitulo.

In illo tpe: Misit iesus duodecim discipulos suos precipiens eis: et dicēs. In viā gentiū ne abieritis: et in civitates samaritanorū ne intraveritis: sed potius ite ad oves que perierūt domus israel. Euntes autem predicate dicentes: q2 appropinquavit regnū celorū. Infirmos curate / mortuos suscitate: leprosos mūdate / demones eijcite. Gratis accepistis: gratis date. Offer. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorū. In tēpore paschali. allelupa allā. Sec.

Adesto dñe precibus populi tui: adesto muneribz / ut que sacris sūt oblata mysterijs: tuorum tibi placeant intercessione sanctorū. Coio. Ego vos elegi de mūdo: ut eatis et fructum afferatis / et fructus vester maneat. In tempore paschali. allelupa allelupa. Postcoio.

Fideles tui deus celestis doni remedijs recreentur: et sanctorū quoq̄ confessorum tuorum precibus ab oībus quesum⁹ emūdentur delictis. Per do. In natali uni⁹ virginis et mar. Offi.

Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie pre cōsortibz tuis. In tpe paschali all'a all'a all'a. ps. Eructavit cor meū ūbū bonū: dico ego opa mea regi. Offi.

Loquebar de testionijs tuis in cōspectu regum: et non confundebar et meditabar in mādatis tuis q̄ dilexi nimis. ps. Beati immaculati ī via: q̄ ambulant ī lege dñi.

Me expectaverūt peccatores: ut perderent me testimonia tua dñe intellexi: omnis consūmationis vidi finē latū mandatū tuum nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in le. Officiū.

Exaudi nos Or. ge domini. deus salutaris noster: ut sicut de beate. N. virginis et martyris tue festivitate gaudemus: ita pie devotionis erudiamur affectu. Per. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. lj.

Domine deus meus exaltasti super terrā habitationē meā: et pro morte defluenti deprecata sū. Invocavi dñm patrē dñi mei: ut non derelinquat me in die tribulationis

mee et in tempore superborũ sine adiutorio. Laudabo nomẽ tuum assidue et collaudabo illud in confessiõe: et exaudita est oratio mea. Liberasti me de pditione: et eripuisti me de tpe iniquo. Propterea cõfitebor: et laudẽ dicam nomi tuo dñe deus meus. Lectio libri sap.

Confite- Ecclesiastici. lj. ca. bor tibi dñe rex et collaudabo te deũ saluatorem meũ. Confitebor noi tuo qm adiutor et protector factus es michi et liberasti corpus meũ a perditiõe. A laqueo lingue inique: et a labijs operãtium mendaciũ. Et in conspectu astantium factus es michi adiutor. Et liberasti me scdm multitudinẽ misericordie nois tui A rugientibus preparatis ad escam: de manibus querentiũ aiam meã: et de portis tribulationũ que circundederunt me. A pressura flame que circundedit me: et in medio ignis non sũ estuata. De altitudine vẽtris inferi: et a lingua coinquinata: et a verbo mẽdacij. A rege iniquo et a lingua iiusta. Laudabit vsqz ad mortem aia mea dñm: et vita mea appropinquãs erat in iferno deorsũ Circundederũt me vndiqz: et nõ erat qui adiuuaret. Respiciẽs erã ad adiutoriũ meũ: et nõ erat. Memorata sum mie tue dñe et cooperationis tue que a seculo sũt: quoniam eruis sustinẽtes te: et liberas eos de manu angustie domine deus me[9]. Lcõ libri sap. Eccle. xxiiij.

Sapientia laudabit animã suã: et in dño honorabitur/ et i medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesijs altissimi aperiet os suũ et in conspectu virtutis illius gloriabitur. In medio populi exaltabitur: et in plenitudine sãcta admirabitur. In multitudine electorũ habebit laudem: et iter benedictos benedicet dicens. Ego ex ore altissimi pdiui: primogenita ante omnẽ creaturã. Ego quasi libanus non incisus: vaporaui habitationem meã: et quasi balsamũ nõ mixtũ odor meus. Ego quasi terebintus extendi ramos meos: et rami mei honoris et gratie. Gradu.

Dilexisti iusticiã et odisti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus de[9] tuus oleo leticie. Grad. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna ℣. Propter veritatem et mansuetudinẽ et iusticiã et deducet te mirabiliter dextera tua. Grad. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternũ. ℣. Propter veritatem et mãsuetudinem et iusticiã et deducet te mirabiliter dextera tua. Grad. Audi filia et vide et iclina aurẽ tuam: qr concupiuit rex speciẽ tuam. ℣. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Grad. Propter veritatem et mansuetudinẽ et iusticiã et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia cõcupiuit rex speciem tuã. All'a. ℣. Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginem castã exhibere christo. All'a. ℣. Ueni electa mea et ponã te in thronũ meum: quia concupiuit rex speciem tuam. All'a. ℣ Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. All'a.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternū. Alla. ℣. Hec est virgo sapiens quā dn̄s vigilātem inuenit. Alla. ℣. Loquebar de testimonijs tuis in cōspectu regū et non confūdebar dn̄e. Tract⁹. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternū. ℣. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. ℣. Propter veritatē et mansuetudinē et iusticiam ꝫ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurē tuā: q2 concupiuit rex speciē tuā.

Exultemus ī hac die Seq̄ꝫ. festiua. Recolentes dn̄i magnalia in sctis q̄ operatur maria. Qui inter sua potētie mira in virginū est maxim⁹ glia. Sua enim grā mūdi viluit virginibus pompa. Atqꝫ contra precepta regū restitit virginalis pugna. Furit rabies vesana deuicta tristatur malicia. Crudescit ī carne tenera maiora exquirit tormenta Sed tunc stat firmior caro virginea. Cum multiplicanꝭ noua supplicia Pro eterna quā expectāt a deo glia. Letanꝭ mortalia affligi sua corpora Q2 sūt transitoria. Et in motu subito labētia mūdi gaudia. Ut flores decidua. Ex hac virginea sorte claruit. N. Cuius hodie celebramus solēnia splendens inter alias vt lucifer iter miores stellas. Uirgo beata fortiter ferens omia nec mori recusans pro glia pro nobis pie deū exora. Ut tecum ī aula exultem⁹ etherea pace ꝑpetua. Pro sanctoꝝ virgo gloriosa collaudemus dn̄m glia. S. matheū. xiij.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile ꝫ regnū celorum: thesauro abscondito in agro Quē qui inuenit homo abscōdit: et pre gaudio illius vadit et vendit vniuersa que habet: et emit agrū illum. Iterū simile est regnum celoꝝ homini negociatori: querēti bonas margaritas. Inuenta vna preciosa margarita: abijt et vēdidit oīa que habuit: et emit eā. Iterū simile est regnū celoꝝ sagene misse in mare: et ex omni genere pisciū cōgreganti. Quam cum īpleta esset educētes: et secus littus sedentes: elegerunt bonos in vasa sua: malos aūt foras miserūt. Sic erit in consūmatione seculi. Exibūt āgeli: et separabūt malos de medio iustorū: ꝫ mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dentiū. Intellexistis hec oīa? Dicunt ei. Etiā. Ait illis. Ideo omīs scriba doctus in regno celoꝝ: similis est hoī patrifamilias: q̄ profert de thesauro suo noua et vetera. Offer. Filie regū in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Offertoriū mior. Offerentur regi virgines posteā proxime ei⁹ offerētur tibi. In tp̄e pas. Alla. Offꝫ maior. Offerētur regi virgines proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione adducētur in templū regi domino. Offꝫ. Diffusa est gratia ī labijs tuis propterea benedixit te deus in eternū

Re Secre. et in seculū seculi. Presta q̄s domine deus noster/ vt sicut in tuo conspectu mors est

preciosa sctorū:ita per eorū merita venerantiū accepta tibi reddatur oblatio. Per. Coio. Diffusa est grā in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternū. In tpe paschali. allā allā. Coio. Principes persecuti sunt me gratis et a verbis tuis formidauit cor meū. letabor ego super eloquia tua / sicut qui inuenit spolia multa. cōcupiuit aīa mea testimonia tua dñe et dilexit ea vehemēter. Coio. Feci iudiciū et iusticiā domine: non calūnientur michi superbi: ad omīa mandata tua dirigebar: oēm viam iniqtatis odio habui. Coio. Simile est regnū celorum hoī negociatori querēti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita dedit oīa sua et cōparauit eā. Coio. Quinqz prudētes virgines acceperūt oleū in vasis suis cū lampadibus: media autē nocte clamor factus est: ecce sponsus venit: exite obuiam christo dño.

R Efecti cibo potuqz Postcō. celesti deus noster te supplices exoramus: vt ī cuius hec commēoratione percepim⁹ / eius muniamur et precibus. Per d. In natiuitate vni⁹ virginis non martyris. Offm. Dilexisti. Oratio.

O Mps sempiterne deus auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis qs sancte. N. virginis tue placitis tibi meritis commēdari / cui⁹ vita merito castitatis tibi cōplacuit. Per d. ij. Ad chorinthi. x.

F Ratres: Qui gloriatur: in dño glorief. Nō enim qui seipsum ɔmēdat ille probatus est: sed quē deus cōmendat. Utinam sustineretis modicū qd insipiētie mee: sed et supportate me. Emulor eni vos: dei emulatione. Despōdi eni vos vni viro virginē castā: exhibere xpo. Lcō libri sapiē. viij.

S Apientia vincit maliciam Attigit ergo a fine vsqz ad finem fortiter: et disponit omnia suauiter. Hāc amaui et exquisiui a iuuētute mea: et quesiui eā sponsam michi assumere: et amator factus sū forme illius Generositatē illius glorificat cōtubernium habēs dei: sed et oīm dñs dilexit illā. Doctrix est eni discipline dei: et electrix operū illius. Lcō ysaie pphē.

G Audens gaudebo lj. et lxj. in dño: et exultabit aīa mea in deo meo. Qr induit me vestimēto salut⁹: et indumēto leticie circūdedit me. Quasi sponsū decoratū corona: et quasi sponsā ornatam monilibus suis Sicut enim terra profert germen suū: et sicut ortus semen suū germinat: sic dñs deus germinabit iusticiā: et laudē corā vniuersis gentibz. Habitabit eni iuuenis cū virgine: et hitabunt in te filij tui. Et gaudebit sponsus super sponsā: et gaudebit super te deus tuus. Dicit dñs omps. Gr. Dilexisti. Allā. Diffusa est. Allā. V. Emu-

V Irginis vene Sequē. lorande de numero sapientū festa celebremus socij. Filie mris summi regis sacro sancte marie. Quā sibi ī sororem dei adoptauit filius. Hec corpus suū domuit freno ieiunij. Et luxuriā secuit ense agonie. Hec contra cunctos hostis dimicauit ipetus. Et hostē cruentū freta xpi dextera strauerat. Hec

sposum ab aula celi sese inuisentē alacris. Corde iocūdo secuta eius est igressa thalamum. Tuqz iam dulcibus plena delicijs. Christo miserias nr̄as suggerito. Nobis cōsolationē precādo. S. math. xxv.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis pabolam hāc. Simile est regnū celorꝝ decem virginibus: que accipiētes lāpades suas exierunt obuiā sponso et spōse. Quinqz autē ex eis erant fatue: et quiqz prudētes Sed quinqz fatue acceptis lāpadibus: non sūpserūt oleū secū. Prudentes vero acceperūt oleū in vasis suis: cū lāpadibꝫ Morام aūt faciēte spōso: dormitauerūt omēs et dormierūt. Media aūt nocte clamor factus est: ecce sponsus venit: exite obuiam ei. Tunc surrexerūt oēs virgines ille: et ornauerūt lāpades suas. Fatue aūt sapientibus dixerūt Date nobis de oleo vestro: qr lampades nostre extingūtur. Responderūt prudētes dicētes. Ne forte nō sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendētes: et emite vobis. Dū aūt irent emere: venit spōsus. Et que parate erāt intrauerūt cum eo ad nuptias: et clausa est ianua. Nouissime vero veniūt et relique virgines dicētes. Dn̄e dn̄e / aperi nobis. At ille respōdens: ait. Amē dico vobis: nescio vos. Uigilate itaqz: quia nescit͡ꝫ diem neqz horam. Offr̄. Offerētur. minor. Secreta.

Offerimus tibi dn̄e preces et munera i honore sctē N. virginis tue gaudentes: presta q̄s. vt et conuenienter hec agere et remediū sēpiternū valeamꝰ acqrere. P do. Coīo. Diffusa est. Post cōmu.

Prosint nobis dn̄e q̄s sūpta mysteria pariterqz nos itercedente beata virgine tua. N. et a peccatis exuāt: et presidio tue propiciationis attollāt. Per. In natali plurimarū virginū. Officiū.

Uultū tuum depcabuntur oēs diuites plebis: adducētur regi v̄gines post eam proxime eius adducētur tibi i leticia et exultatione. ℣. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opa mea

Deus qui vt hu- Or. regi. manū genus ad confessionē tui nois prouocares: etiā in sexu fragili victoriā martyrij contulisti: presta q̄s. vt ecclia tua hoc exēplo cōmonita / nec pati pro te metuat. vt celestis premij gliam concupiscat. Per. Epl'a. Fratres / de virginibus. Require i festo sctārꝝ perpetue et felicitat͡ꝫ. Alia episto. O q̄ pulchra. Reqre in natiuitate beate marie. Gr. Exultabūt. Gr. Gloriosus deus. Reqre ƺ. in cōi plurimorū mr̄r. Allā. ℣. Adducētur regi virgines post eā proxime eius offerētur tibi i leticia et exultatione. Euāge. Simile est regnū celorū decē virgini. Offr. Offerētur. minor. Sec.

Hac nos q̄s dn̄e beatarū virginū et martyrꝝ tuarū. N. et N. cōtinuis presidijs adiuuari: pro quarꝝ venerāda recordatione hec dona maiestati tue dicāda offerimus. Per dominum. Cōmunio Quiqz prudentes. Postcommunio.

PResta q̃s omn̄ps deus/ vt que in sanctarꝝ virginū et martyrū tuarū. N. et N. solennitate percepimus diuina mysteria: earꝝ intercessione remedia capere mereamur eterna. Per d̄. De virginibus non martyribus. Oratio.

OMnīps sēpiterne de⁹/ qui nos idoneos nō esse perpēdis ad maiestatē tuā sicut dignū est exorandam: fac sanctas virgines tuas. N. et N. pro nostris interuenire pctis: quarum meritis nobis indulgentiā largiaris. P d̄. Secreta

INtercedētibus sc̄tis virginibus tuis. N. et N. domine quesumus plebis tue munus sanctifica: vt ab oībus noxijs expedita/ et hic ⁊ in eternū cūcta sibi profutura percipiat. Per d̄. Postcoīo.

QUesumus dn̄e deus noster/ vt sacri mysterij munus indultū: intercedētibus sanctis virginibus tuis. N. et N. et presētis nobis vite subsidiū: et eternitatis largiatur affectū. Per do. In cōmemoratione sc̄te trinita. Offm̄.

BEnedicta sit sancta trinitas atq3 indiuisa vnitas: cōfitebimur ei/ q2 fecit nobiscū mīam suā. In tp̄e paschali. all'a all'a. Ps. Benedicamus patrē et filiū cum sancto spiritu. Orō.

OMnīps sempiterne de⁹ qui dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatem q̃s: vt eiusdē fidei firmitate ab omibus semper muniamur aduersis. In qua viuis et reg. de⁹. ij. Ad corinthi. xiij.

FRatres: Gratia dn̄i nostri iesu christi et caritas dei: et communicatio sc̄ti sp̄us sit semper cum oībus nobis. In christo iesu dn̄o nostro. Ad romanos. xj. ca.

OAltitudo diuitiarꝝ sapientie et scientie dei: q̄ incōprehensibilia sūt iudicia eius et inuestigabiles vie eius: Quis enī cognouit sensum dn̄i: Aut quis cōsiliarius eius fuit: Aut quis prior dedit illi: et retribuetur ei: Qm̄ ex ipso ⁊ per ipsum: et in ipso sunt oīa: ipsi gloria in secula seculorꝝ Amen. Gr. Benedictus es dn̄e qui itueris abyssos: et sedes super cherubin. V. Benedicite deum celi quia fecit nobiscū mīam suam. All'a V. Benedictus es dn̄e deus patrū nostrorū et laudabilis in secula. S. ioh̄a. xv.

IN illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit paraclitus: quē ego mittā vobis a patre spiritū veritatis/ q̄ a patre procedit: ille testimoniū perhibebit de me. Et vos testimoniū perhibebitis: quia ab initio mecū estis. Hec locutus sū vobis: vt nō scandalizemini Absq3 synagogis faciēt vos Sed venit hora: vt oīs qui interficit vos arbitretur obsequiū se prestare deo. Et hec facient vobis: q2 non nouerūt patrē neq3 me. Sed hec locutus sum vobis/ vt cū venerit hora eorꝝ reminiscamini: quia ego dixi vobis. Offerto. Benedict⁹ sit deus pater vnigenitusq3 dei filius sanctus quoq3 spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tempore paschali dicitur Allelupa. Secreta.

S An ctifica q̄s domine deus trinitas sancta per tui sancti noīs īuocationē huius oblationis hostiā ꝛ per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. In qua viuis. In vnitate eiusdē spiritus sancti deus. Per oīa secula se. Prefa. Qui cū vnigenito. Coīo. Benedicimus deū celi et corām omībus viuentibus cōfitebimur ei: quia fecit nobiscū mīam suam. In tp̄e paschali. allā allā.

P Roficiat Postcoīo nobis ad salutē corporis et anime dn̄e deus huius sacramenti susceptio/et sēpiterne sancte trinitatis: eiusdemq; indiuidue vnitatis confessio. In qua viuis et regnas deus. Per oīa. Missa de angelis. Officiū.

B Enedicite dn̄m oēs angeli eius potētes virtute qui facitis verbū eius ad audiendam vocem sermonū eius. Tp̄e pascha. alleluya Ps. Benedic anima mea dn̄o: et omnia que intra me sunt noī sancto eius. Or.

P Erpetuū nobis dn̄e tue miserationis presta subsidiū: quibus et angelica p̄stitisti suffragia non deesse. Lectio libri apocalypsis beati iohānis apl̄i. xix. capi.

I N diebus illis. Dixit michi angelus. Scribe. Beati qui ad cenam nuptiarū agni vocati sunt. Et dixit michi. Hec verba dei vera sunt. Et cecidi ante pedes eius: vt adorarē eum. Et dixit michi. Uide ne feceris. Conseruus enim tuus sū et fratrū tuorum: habentiū testimoniū iesu: deum adora. Gr. Benedicite dn̄m omēs angeli eius potentes virtute qui facitis verbum eius. V. Benedic anima mea domino et omīa interiora mea nomen sanctum eius. Allā. V. In conspectu angelorū psallā tibi domine deus meus. Scdm iohēm. v.

I N illo tempore. Ascendit iesus hierosolimā. Est autem hierosolimis pbatica piscina que cognomiabatur hebraice bethsaida: quinq; porticus habēs. In his iacebat multitudo magna languētiū cecorum/claudorum/aridorū/ expectantiū aque motū. Angelus autem dn̄i secundū tempus descēdebat in piscinā: et mouebat aqua Et qui prior descēdisset in piscinā post motionē aque: sanus fiebat: a quacunq; detinebatur infirmitate. Offertorium. Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua et data sunt ei incēsa multa: et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alleluya. Secreta.

H Ostias tibi domīe laudis offerimus suppliciter deprecātes: vt easdem angelico pro nobis interueniente suffragio: et placatus accipias/et ad salutem nostrā prouenire concedas. Per. Coīo. Benedicite omnes angeli domini domino hymnū dicite ꝛ superaltate eū in secula. In tp̄e paschali. allā. Postcoīo.

R Epleti domine benedictione celesti suppliciter imploramus: vt quod fragili celebram⁹ officio: sanctorum angelorū atq; archangelorum/omniūq; celestium spirituū nobis prodesse sentiamus auxilio. Per dominum no. Sciēdum est q̄ per totum aduen

tium et a Dñe ne i ira. vsqꝫ ad caput
ieiunij: ꝛ ab octaua pasche vsqꝫ ad
ascensionē dñi: et a festo sctē trini.
vsqꝫ ad aduentū dñi: singulis eb-
domad; semel solet dici missa. Sa
lus populi. pro fratribus ꝛ sororibꝫ
ita videlicet qꝫ si vacauerit a fest;
sanctoꝝ ꝛ extra octa. cū regimine
chori. et si missa dñicalis in ebdo.
cantanda fuerit cōpleta. Cōmeō-
ratio quoqꝫ beate marie et festi lo
ci: et proprie epistole et euangelia
propria propter illam missam nō
fuerint pretermissa. Tunc illa si
qua dies vacauerit est cantanda.
Si vero proprie epistole et ꝑpria
euangelia que quartis ferijs inti-
tulantur frequēter nequeāt ibi di
ci: in proximis sequētibus ferijs si
vacauerint perlegātur: nec ꝑpter
missā. Salus populi. vel Nos autem
alicubi per totū annū aliqualiter
obmittātur. Jn missis etiā. Salus
populi. vel Nos aūt sup Kyrie. San-
ctus et Agnus semper dr cantus fe
rial. Et notandū est qꝫ per totum
tēpus predictū qñ missa dñicalis
in dñica vel in. ij. fer. cantata fue.
et in iij. feria vacauerit sēper dicit
missa. Salus populi. in ipsa tercia
feria. et si nō vacauerit. tunc in ali
qua feria ipsius ebdomade que ad
hoc vacauerit cātetur. Et sciendū
est qꝫ missa Salus populi. est i dispo
sitione cantoris: quando cōuenie-
tius et quota feria potest dici. Qñ
vero dicitur missa Sal9 populi. tūc
nulla dicitur memoria de domini
ca neqꝫ de aliqua alia missa. iij. lec.
nisi in aduē. Ad missam. Officiū.

Salus populi ego sum dicit
dominus de quacunqꝫ tri
bulatione clamauerit ad
me exaudiam eos et ero illorū do-
minus i perpetuum. Jn tempore
paschali. alleluya alleluya. ps. At
tendite popule meus legem meā: inclina
te aurem vestrā in verba oris mei. Glia
in excelsis. in hac missa. Orō.
Deus qui caritatis dona per
gratiam sancti spiritus tuorū cor
dibus fideliū infū dis: da famulis
et famulabus tuis fratribus et so-
roribus nostris: pro quibus tuam
deprecamur clementiā salutē mē
tis ꝛ corporis. vt te tota virtute di
ligant: et que tibi placita sunt / to-
ta dilectione perficiāt. P. Jn vni-
tate eiusdē. Lcō Esaie ꝑphē. xix.
Hec dicit dominus deus. Jn
die illa deferetur mun9 dño
exercituum et rex fortis domina-
bitur eorum. Jn die illa erit altare
domino in medio terre: et cogno-
scetur dñs: ꝛ colent eum in hostijs
et muneribus: et vota vouebunt
domino et soluent. Et reuertētur
ad dominū et placabitur eis: et sa
nabit eos. Jn die illa erit israel be-
nedictio i medio terre: cui benedi-
xit dñs exercituum dicens. Bene
dictus populus meus et opus ma
nuū mearum hereditas mea isrl.
Dicit dñs omnipotens. Gradua.
Propicius esto domine pctīs nostris neqñ
dicant gētes vbi est deus eorū. V. Adiuua
nos deus salutaris nr̄ et propter honorē
nōis tui dñe libera nos. Allā. V. Osten-
de nobis dñe miām tuā et salutare tuum
da nobis. Tempore paschali scdm

alleluya erit de missa dn̄icali per ebdoma. sicut in fes. sine regimie chori. tamen in processione vbi fit statio secundū all'a non dicet. Iste modus obseruet in missa pro pace et in consimilibus. S. marcū. xij.

IN illo tēpore: Sedens iesus contra gazophilacium: aspiciebat quomodo turba iactabat es in gazophilaciū: et multi diuites iactabant multa. Cū venisset aūt vna vidua paupercula: misit duo minuta quod est quadrās: et conuocans discipulos suos: ait illis. Amē dico vobis qꝛ vidua hec paupercula plus oībus misit qui miserūt in gazophilaciū. Oēs eni ex eo qđ abūdabat illis miserūt: hec vero de penuria sua omīa que habuit misit totū victum suū. Offertor. Exaudi deus orationē meam et ne despexeris deprecationē meā: intende in me ꝛ exaudi me. In tp̄e paschali. alleluya. Sequentes duo. ℣. dicūtur alternis vicibus infra aduentū dn̄i. et a lxx. vsqꝫ ad .l. tm̄. ℣. Conturbatus sū a voce inimici et a tribulatione peccatoris: et expectabam eū qui me saluū faceret. ℣. Ego aūt ad deū clamaui libera aīam meā et extendes manū tuam in re

MIsere Secre. tribuēdo illis. re q̄s domine famulis et famulabus tuis: pro quibus hoc sacrificiū laudis tue offerimus maiestati: et presta. vt per hec sancta superne benedictionis gratiā obtineant ꝛ gloriā eterne felicitatis acqrant. Per do. Coio. Amen dico vobis quicqđ orātes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. In tp̄e pascha.

DIuina libā Postcoio: Alta. tes misteria quesum⁹ dn̄e / vt hec salutaria sacramenta illis proficiant ad prosperitatem et pacem: pro quorum quarū qꝫ dilectione hec tue obtulimus maiestati. Per. In cōmemoratione de sācto

SPiritus do spiritu. Off. mini repleuit orbē terrarꝫ alleluya: ꝛ hoc quod continet oīa scientiam habet vocis alleluya all'a all'a. ps. Exurgat de⁹ et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio

DEus qui corda fideliū sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodē spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Per. In vnitate eiusdem Lectio actuū apostolorum. viij.

IN diebus illis: Cū audisset apostoli qui erant hierosolymis: qꝛ recepisset samaria verbū dei: miserunt ad eos petrum et iohannē. Qui cum venissent: orauerūt pro ipsis vt acciperent spiritū sanctū. Nondū eni in quēquē illorum venerat: sed baptisati tantū erant in nomine dn̄i iesu. Tūc imponebāt manus sup illos: et accipiebant sp̄m sanctum. Gr. Beata gens cuius est dn̄s deus eorum populus quē elegit dn̄s in hereditatē sibi. ℣. Verbo dn̄i celi firmati sunt: et spiritu oris ei⁹ omnis virtus eorum. Alleluya. ℣. Veni sancte sp̄us reple tuorꝫ corda fidelium et tui amoris in eis ignem accēde. In tēpore pascha. alleluya. ℣. Emitte spiritum tuum. et ij. all'a. ℣. Veni sancte vts. Secundum iohannem. xiiij.

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis Si quis diligit me: sermonem meũ seruabit. Et pater meus diliget eũ: et ad eũ veniemus: et mansionem apud eũ faciemus. Qui nõ diligit me: sermones meos nõ seruat. Et sermonẽ quem audistis nõ est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manẽs. Paraclitus aũt spũs sanctus quẽ mittet pater in noĩe meo: ille vos docebit oĩa: et suggeret vobis oĩa quecũqȝ dixero vobis. Pacẽ relinquo vobis. Pacẽ meam do vobis. Non quomodo mũdus dat: ego do vobis. Non turbet cor vestrũ: neqȝ formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtiqȝ quia vado ad patrẽ: quia pater maior me est. Et nũc dixi vob; priusq̃ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscũ: venit eni princeps mundi huius: et in me nõ habet quicq̃. Sed vt cognoscat mũdus qr diligo patrẽ: et sicut mandatũ dedit michi pater: sic facio. Offer. Cõfirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalem tibi offerent reges munera allelupa. Secreta

Munera quesumus domine oblata sanctifica: et corda nostra scti spũs illustratione emũda. Per dominũ. In vnitate eiusd Prefatio. Qui ascendẽs. non dicitur ĩ hac prefatione. Hodierna die. nisi in ebdo. penthe. tantum. Coio. Factus est repente de celo sonus aduenĩẽtis spiritus vehementis vbi erãt sedentes allelupa: et repleti sunt omnes spiritu sancto loquẽtes magnalia dei allelupa allelupa. Postcõmu.

Sancti spũs domine corda nostra mũdet infusio: et sui roris intima aspersione fecũdet. Per d. In vnitate eiusd. In cõmemoratione corporis xpi. Offm.

Cibauit eos ex adipe frumẽti all'a: et de petra melle saturauit eos. all'a all'a all'a. ℣. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo ia.

Deus qui nobis Orõ. cob. sub sacramẽto mirabili passionis tue memoriã reliquisti: tribue quesumus. ita nos corporis & sãguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructũ in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis et reg. j. Ad corĩthios xj. ca.

Fratres: ego enim accepi a domio quod et tradidi vobis quoniã dñs iesus xpus in qua nocte tradebat: accepit panem et gratias agens fregit et dixit. Accipite: et manducate hoc est corpus meũ quod pro vobis tradet: hoc facite in meã cõmemorationẽ. Silr et calicẽ postq̃ cenauit dicẽs. Hic calix nouũ testamentũ est in meo sãguine: hoc facite quotienscũqȝ bibetis in meam cõmemorationẽ Quotienscunqȝ enim manducabitis panem hunc & calicẽ bibetis: mortem dñi annunciabitis donec veniat. Itaqȝ quicũqȝ manducauerit panem vel biberit calicẽ domini indigne: reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem

seipsū homo & sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui eni manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit/non diiudicās corpus domini. Graduale. Oculi oīum in te sperant dñe: et tu das illis escā in tempore oportuno. ℣. Aperis tu manū tuam et imples omne aīal benedictione. Allā. ℣. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus: qui māducat meā carnē & bibit meū sanguinē i me manet et ego i eo. S. iohannem. vj.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorꝝ. Caro mea vere ē cibus: & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meā carnem et bibit meū sanguinē: in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuens pr̄: et ego viuo propter patrē. Et qui māducat me: et ipse viuet propter me. Hic est panis: qui de celo descendit Non sicut māducauerūt patres vestri māna in deserto: et mortui sunt. Qui manducat hunc panē: viuet in eternum. Offertorium. Sacerdotes domini incensum et panes offerunt deo: et ideo sancti erunt deo suo et non polluent nomen eius allelupa.

Ecclesie tue quesumus domine Secreta. vnitatis et pacis propicius dona concede que sub oblatis muneribus mystice designantur. P d. Prefatio. Quia per incarnati. Coio. Quotienscūq; māducabitis panem hunc: et calicē bibetis mortē dñi annunciabitis donec veniat: itaq; quicunq; manducauerit panem vel biberit calicem domini indigne reus erit corporis et sanguinis dñi allelupa.

Manda deus virtutem tuā: confirma hoc deus qd̄ operatus es in nobis. A templo tuo quod est in hierusalem tibi offerēt reges munera. Increpa feras arundinis congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludāt eos qui probati sūt argento. Gloria pa. Kyriel. Xp̄eleyson. Kyriel. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Benedicamus patrem et filium cū sancto spiritu. Laudem⁹ et superexaltemus eum in secula. Laudemus dn̄m quem laudant angeli. Quē cherubin et seraphin sctūs sanctus sanctus proclamāt Domīe exaudi orationē meam. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Orō.

Deus abraham deus ysaac deus iacob sit vobiscum et ipse vos coniungat: impleatq3 benedictionem suam in vobis. Qui viuit et regnat cum deo patre in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Oremus Bene ✠ dicat vos deus pater cu

Sancti Kiriky

stodiat vos iesus christus illuminet vos sps sanctus: ostendatqz dns faciem suā in vobis et misereatur vestri: cōuertat vultum suum ad vos et det vobis pacē. Impleatqz vos omni benedictione spirituali in remissionem peccatorū vestrorum vt habeatis vitā eternā: et viuatis in secula seculorꝝ. ℞. Amē. Hic intrent in ecclesiā vsqz ad gradū altaris et sacerdos in eundo cū suis ministris dicat ps. Beati omnes qui timēt dnm qui ambulant sine nota cū Gloria pa. et Sicut erat. kyriel. xpel. kyriel. tunc prostratis sponso et sponsa ante gradum altaris: roget sacerdos circūstantes orare pro eis dicens. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Saluum fac seruum tuum et ancillam tuā. Deus meus sperantes in te. Mitte eis dne auxilium de sācto. Et de syon tuere eos. Esto eis dne turris fortitudinis. A facie inimici. Dne exaudi orationem meā. Et clamor. Dns vobiscum Et cū spiritu. Oremus. Oratio.

Bene ✠ dicat vos dominus ex syon: vt videatis que bona sunt hierusalem. et videatis filios filiorum vestrorꝝ et pacem super israel. Per xpm. Oremus. Or.

Deus abraham deus ysaac deus iacob bene ✠ dic adolescentes istos et semina semen vite eterne in mētibus eorꝝ: vt quicquid pro vtilitate sua didicerint: hoc facere cupiant per iesum christum filium tuū recuperatorē hominū. Qui tecum viuit. ⁊ cetera. ℞. Amen. Oremus. Oratio.

Respice domine de celis et bene ✠ dic conuentionē istam: et sicut misisti sctm̄ angelū tuū raphaelē ad thobiā ⁊ sarā filiā raguelis: ita digneris dne mittere bn̄ ✠ dictionē tuā super istos adolescētes: vt i tua volūtate pmaneāt ⁊ i tua securitate consistant: et in amore tuo viuāt et senescāt et digni atqz pacifici fiant et multiplicent in lōgitudinem dierum. Per christum. Respice dne. Oremus. Or.

Propicius super hunc famulum tuū: et super hanc famulā tuam vt in noīe tuo bene ✠ dictionem celestē accipiāt: et filios filiorum suorū et filiarum suarū vsqz in terciam et quartam progeniem incolumes videant: et in tua voluntate perseuerent: et in futuro ad celestia regna pueniāt. Per christum dnm. Oremus. Oratio.

Omnipotens et misericors deus qui primos parentes nostros adam et euā sua virtute creauit ⁊ sua sāctificatione copulauit: ipse corda et corpora vr̄a sctī ✠ ficet et bene ✠ dicat atqz societate et amore vere dilectionis coniungat. Per christum. Deinde benedi cat eos dicēs sic.

Bene ✠ dicat vos deus omipotēs omni bn̄dictione celesti efficiatqz vos dignos in cōspectu suo superabūdet i vobis diuitias gr̄e sue et erudiat vos v̄ba v̄itat3: vt ei corpore pariter ⁊ mēte placere valeat3. ℞. Amen. Finitis orōnibꝫ predictis introductisqz illis in presbyterium.

scilicet inter chorū et altare ex par
te australi ecclesie ⁊ statuta mulie
re ad dexteram viri videlicet inter
ipsum et altare incipiat missā solē
niter de trinitate. Offm.
Benedicta sit sancta trini
tas atqꝫ indiuisa vnitas:
cōfitebimur ei quia fecit nobiscū
miam suam. In tempore pascha.
alleluya allā. ps. Benedicamus pa
trem et filiū cum sancto spiritu. non di
citur vlterius. kyrie. cū suis v. dici
tur. Ad hāc missā seruet modus et
ordo per oīa q̄ i dupli. fest Glia i ex.
Iste due orōnes dicuntur sub vno
oremus et sub vno Per dominū.
Omnipotens sempiterne Oratio.
deus qui dedisti famulis tu
is in confessione vere fidei eterne
trinitatis gloriam agnoscere: et i
potentia maiestatis adorare vni
tatem: quesumus. vt eiusdem fi
dei firmitate/ ab omnibus semp
muniamur aduersis. Oratio.
Exaudi nos omnipotens et miseri
cors deus: vt quod nostro mi
nistratur officio tua benedictione
potius impleatur. Per. j. Ad cori
Fratres: Nescitis thios. vj.
quoniā corpora vestra mē
bra sunt christi: Tollens ergo mē
bra christi faciā membra meretri
cis: Absit. An nescitis qm qui ad
heret meretrici vnum corpus effi
cit: Erunt eni inquit duo i carne
vna. Qui autem adheret deo: vnus
spiritus est. Fugite fornicationē.
Omne eni peccatū quodcunqꝫ fe
cerit homo: extra corpus est. Qui
autē fornicatur: in corpus suum
peccat. An nescitis qm corpora ve
stra templum sunt spiritus sancti
qui in vobis est: quē habetis a deo
et nō estis vestri: Empti eni estis
precio magno: glorificate et por
tate deum: in corpore vestro. Gr.
Benedictus es domine qui intueris abys
sos: et sedes super cherubin. v. Benedi
cite deo celi: quia fecit nobiscū miam su
am. Alleluya. v. Benedictus es domie
deus patrum nostrorū: et laudabilis in
secula. Si in tempore paschali con
tigerit secundū Alleluya. erit vnū
de ebdo. pasche vel vnū de illis que
scribuntur post offm. Quasi modo.
Alma chorus Sequētia.
domini nunc pangat nomina
summi. Messyas sother emanuel sa
baoth adonay. Est vnigenitus via
vita manus homousyon. Princi
pium primogenitus sapiētia vir
tus. Alpha caput finisqꝫ simul vo
citatur et est oo. Fons et origo bo
ni paraclitus ac mediator. Agnus
ouis vitulus serpens aries leo ver
mis. Os verbū splendor sol gloria
lux et imago. Panis flos vitis mōs
ianua petra lapisqꝫ. Angelus et
sponsus pastorqꝫ propheta sacer
dos. Athanatos kyros theon pan
thon craton ⁊ ysus. Saluificet nos
Sit cui secla. Per oīa dora. Secū
In illo tē dum matheū. xix.
pore: Accesserunt ad iesum
pharisei: tentantes eum et dicen
tes. Si licet homi dimittere vxo
rem suam quacūqꝫ ex causa: Qui
respondens: ait illis. Non legistis
quia qui fecit hominē ab iicio: ma
sculū et feminam fecit eos: ⁊ dixit

eis Propter hoc dimittet hō patrē et matrē et adherebit vxori sue et erunt duo in carne vna. Itaqz iā non sunt duo: sed vna caro Quod ergo deus coniūxit: homo non separet. Credo. Offertoriū. Benedictus sit pat vnigenitusqz dei filius: sctūs quoqz spūs / qz fecit nobiscū miām suā. In tp̄e paschali. Allelupa. Nota q̄ odor thuris benedicti nūq̄ datur in ecclia sponso et spōse. Inde est q̄ oblato thure et benedicto super altare si descēdat thuribulū ad clericos vel ad laicos: aliud thus est apponendū ✠ clericis vel laicis offerendū. Secre.

Sanctifica q̄s dn̄e deus trinitas sācta per tui sancti noīs inuocationem hui⁹ oblationis hostiā et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternū. Oratio.

Adesto dn̄e supplicationibus nostris et hāc oblationem quam tibi offerimus pro famulis tuis quos ad statū maturitatis et ad diē nuptiarum perducere dignatus es: placatus ac benignus assume. Et finiatur sub vno Per d. Prefatio Qui cū vnige. Post Sāctus prosternant se sponsus et sponsa i oratione ad gradum altaris et tento pallio super eos: quod teneāt quattuor clerici in suppellicijs ad quattuor cornua: nisi alter eorum vel ambo prius desponsati fuerint et benedicti: quia tunc non habetur palliū super eos: neqz sacramētalis benedictio. Deinde dicto. Per oia secula sclor. et R̷. Amē post Pater noster. anteq̄ dicitur. Pax domini. facta fractione eucaristie more solito dimissaqz hostia in tribus fractionibus super patenam dicat sacerdos conuersus ad illos sequētes orationes sub tono lectionis illis interim genu flectentibus sub pallio hoc modo. Dn̄s vobiscū. Et cū spi. Oremus. Oratio

Propiciare dn̄e supplicationibus nostris et istitutis tuis quibus propagationem humani generis ordinasti benignus assiste: vt quod te auctore coniungitur: te auxiliante seruetur. P xp̄m. Oratio. Orem⁹.

Deus qui potestate virtutis tue de nichilo cuncta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs homini ad imaginē dei facto ideo inseparabile mulieris adiutorium cōdidisti: vt femineo corpori de virili dares carne principium: docens quod ex vno placuisset institui: nunq̄ licere disiungi. Caueat sacerdos de ista clausula.

Deus qui tam excellēti mysterio coniugalem copulam cōsecrasti: vt christi et ecclesie sacramentū presignares in federe nuptiar. ne dicat in secundis nuptijs vsqz. Deus per quem. vt patet inferius. Oratio.

Deus per quē mulier iungitur viro et societas pricipaliter ordinata: ea bene ✠ dictione donatur: que nec sola per originalis peccati penam nec per diluuij est ablata sententiā: respice quesumus propicius super hanc famulam tuam: que maritali iungēda cōsortio: tua se expetit ptectione

muniri. Sit i ea iugū dilectionis et pacis / fidelis et casta nubat i chri sto: imitatrixq̧ sāctarum permaneat feminarū. Sit amabilis vt rachel viro sapiens vt rebecca: lōgeua et fidelis vt sara. Nichil in ea ex actibꝫ suis ille auctor preuaricationis vsurpet: nexa fidei mādatisq̧ permaneat vni thoro iuncta: cōtactus illicitos fugiat / muniat infirmitatem suā robore discipline. Sit verecundia grauis: pudore venerabilis doctrinis celestibus erudita: sit fecunda in sobole: sit pbata et innocēs: et ad optatam perueniat senectutem: et videat filios filiorum suorꝫ vsq̧ i terciam et quartā progeniē: et ad beatorum requiem atq̧ ad celestia regna perueniat. Per. Notandum est ꝙ hec clausula in oratione predicta scilicet Deus qui tam excellenti. vsq̧ ad Deus per quem mulier. non dicit in secundis nuptijs vt superius dictum est. Uir enim aut mulier ad bigamiā transiēs: non debet iterū a sacerdote benedici: quia cū alia vice benedicti sit eorꝫ benedictio non debet iterari / quia caro bn̄dicta trahit ad se carnem non benedictā et in titulo de secundis nuptijs inhibitum est et per decre. xxx. q. j. Hac ratiōe benedictio non dat in secūdis nuptijs: quod testatur beatus āmbrosius sic. Prime nuptie a dn̄o sūt constitute: secūde vero sunt permisse. Prime aūt sub omni benedictione celebrantur: secūde vero carent aliqua benedictione. Sed cū plures benedictiones sint in nuptijs celebran. s. in introitu cho. sub pallio post missā et super thorum in sero: quere que benedictio sit iteranda in secūdis nuptijs et que non? Dicendū est ꝙ in hac oratione Deus qui potestate v̄tutis tue. sunt tres benedictiones q̄ idem habent principiū. s. Deus. media aūt est omnino omittēda in secūdis nuptijs scilicet ista. Deus qui tam excellēti mysterio coniugalē copulam cōsecrasti: vt christi et ecclesie sacramentū presignares in federe nuptiarum. vt̄s: quia in ista benedictione agitur de vnitate christi et ecclesie: quod figuratur in primo matrimonio: non aūt in secundo Unde apostolus ad chorinthi. vj. Erūt duo in carne vna. et extra de bigamis cap. Debitū / vnius vxoris vir. Sed qui adheret pluribus dissoluit vnitatem vel fedus vnitatis: et ideo bn̄dictio que agit de vnitate scilicet Deus qui tā excel. non dicitur in secūdis nuptijs. Et hoc est verum tā pro viro bigamo ꝙ pro muliere vidua quia caro benedicta trahit ad se carnem nō benedictam. Sed omēs alie benedictiones indifferenter debent dici secundū romanā ecclesiam et secundū ostiensem et secūdum thomam de acquino et morardū doctorem. Et sciendū est ꝙ ista questio discussa fuit et determinata i sacro palatio. dn̄i pape et translata i angliā per magistrū iohānem haystede. Anno dn̄i millesimo. ccc xxj. et causa discussionis erat quia

multitudo sacerdotū tunc tempo
ris ad sedem apostolicam cōuola-
uerūt causa obtinēdi absolutiōis
beneficiū et pro benedictionibus
in secundis nuptijs indiscrete col-
latis. Ideo superstatuitur hec no-
ua constitutio iohannis [illegible] xxij.

Concertatio que sic incipit.
Concertationi antiq̄ finem īponere cu-
pientes: presenti declaramus edi-
cto q̄ licet vir et mulier ad bigami
am vel ad secundas nuptias tran
sierit: benedici non debent: cū fue
rint alias benedicti. Quod si for-
san alter eorum vel ambo essēt ad se-
cundas nuptias trāsituri: et ī pri-
mis nuptijs benedicti non fuerit:
danda est eis benedictio in secun-
dis nuptijs. Sane volentes anti-
quū rigorem temperare concedi-
mus q̄ presbyter qui secūdas nu-
ptias benedixerit scienter: ad sedē
apostolicā ex hoc veire minime te
neatur sed a pena suspēsionis hoc
casu a iure indicta per suos potest
diocesanos absolui. Si qui vero
iuxta opinionem quorundā hacte
nus reputantes se esse suspensos:
ordines quoslibet seu queuis bene
ficia receperint diocesani eorum a pe
na suspensionis predicte ipsos ab
soluere: ac super execution ordi-
nū et retētione beneficiorum hu-
iusmodi cum eis valeant licite di
spēsare. Hic queri potest quare se-
cunde nuptie non benedicuntur?
Ad hoc dico: q̄ secnndū matrimo
niū q̄uis in se consideratū sit per-
fectum sacramentū: tamen in or
dine ad primū sacramentū consi
deratum aliquid habet defectu sa
cramēti: quia non habet plenam
significationem cū non sit vnani
mis vnius sicut est ī matrimonio
christi et ecclesie: et ratione hui9 de
fectus bn̄dictio a secūdis nuptijs
subtrahitur. Sed hoc ītelligendū
est quādo secūde nuptie sunt secū
de ex parte viri et ex parte mulieris
vel ex parte mulieris tm̄. Si enim
virgo contrahat cū illo qui habu-
it aliam vxorem: nichilominus nu-
ptie benedicūt. Saluatur et alio
modo significatio etiā ī ordine ad
primas nuptias: quia christus et si
vnam ecclesiā habet: habet tamē
plures psonas despōsatas in vna
ecclesia. Sed aīa non potest spon-
sa alterius esse q̄ christi: quia cum
demone fornicatur. nec est matri
moniū spūale: et propter hoc quā
do mulier secūdo nubit nuptie nō
benedicuntur propter defectū sa-
cramenti. Post hec vertat se sacer
dos ad altare et dicat Pax domini.
et Agnus. more solito. Tunc sur-
gant ab oratione sponsus et spon
sa: et accipiat sponsus pacem a sa
cerdote et ferat spōse osculans eā
et neminē alium nec ipse nec ipsa
sed cleric9 statim a presbytero pa-
cem accipiens proferat alijs sicut
solitum est. Coio. Benedicimus de-
um celi et coram oībus viuentibus con-
fitebimur ei: q2 fecit nobiscū mīam suā.
In tempore paschali. allā allelupa.

Proficiat nobis Postcoio.
ad salutem corporis et ani-
me dn̄e deus huius sacramēti su-
sceptio: et sempiterne sancte trini

tatis eiusdem indiuidue vnitatis
confessio. Alia postcoio sub vno.
Oremus. et sub vno Per dominū

Quesumus op̄s deus institu
ta prouidentie tue pia amo
re comitare: vt quos legitima so
cietate connectis: lōgeua pace cu
stodias. Per. Post missam bene
dicatur panis et vinū vel aliquod
bonū potabile in vasculo et gustēt
in noīe dn̄i: sacerdote dicente. Do
minus vobiscū. Et cū spi. Orem⁹

Bene ✠ dic dn̄e istū Oratio
panem et hūc potum et hoc
vasculū sicut benedixisti quinq; pa
nes in deserto: et sex ydrias in cha
na galilee: vt sit sani et sobrij atq;
immaculati oēs gustantes ex eis:
saluator mundi. Qui viuis et re
gnas cū deo patre in vnitate sp̄us
sancti deus. Per. Nocte vero se
quente cum sponsus et sponsa ad
lectum peruenerint accedat sacer
dos et benedicat thalamū dicens
Dn̄s vo. Et cum spiri. Ore⁹ Or.

Bene ✠ dic dn̄e thalamū istū
et oēs habitātes in eo: vt in
tua pace consistant et in volūtate
tua permaneant: et in tuo amo
re viuant et crescant et multiplicē
tur in longitudinē dierum. Per ꝛc.
Bn̄dictio super lectum tm̄ cū Do
minus vobiscū. Et cū. Oremus.

Bene ✠ dic dn̄e hoc Oratio.
cubiculum qui non dormis
neq; dormitas qui custodis israel:
custodi famulos tuos in hoc lecto
quiescētes ab omībus fantasmati
cis demonū illusionibus custodi
eos vigilantes: vt in p̄ceptis tuis
meditentur dormientes. vt te per
soporem sentiant et hic et vbiq; de
fensionis tue muniantur auxilio.
Per do. Deinde fiat benedictio su
per eos in lecto cum Oremus Or.

Bene ✠ dicat deus corpora
vestra et animas vestras et
det sup vos bene ✠ dictionem si
cut benedixit abraham ysaac et ia
cob. ℟. Amen. Alia dicitur bene
dictio cum Oremus.

Manus domini sit super vos:
mittatq; angelum suum sāctum
qui custodiat vos omnib; diebus
vite vestre. ℟. Amen. Item alia
benedictio super eos cū Oremus

Bene ✠ dicat vos pater et fi
lius et spiritus sanctus: qui
trinus est ī numero et vnus est in
nomine. ℟. Amen. His peractis
aspergat eos sacerdos aqua bene
dicta et sic discedat ꝛ dimittat eos
in pace. Benedictio panis in die
bus dn̄icis. In primis legat sacer
dos euangeliū. In principio erat:
et postea dicatur. ℣. Sit nomen dn̄i
benedictum. Ex hoc nūc et vsq; in secu
lum. Benedicamus domino. Deo grās
Deinde dicat Dn̄s vobiscū Et cū
spiritu tuo. Oremus. Orō.

Bene ✠ dic domine creatu
ram istam panis sicut benedixisti
quinq; panes in deserto: vt omēs
gustātes ex eo tam corporis ꝙ̄ ani
me recipiant sanitatem. In noīe
patris et filij et spiritussancti amē
Hic aspergat sacerdos aquā bene
dictam super panem. Benedictio
mulieris post partū ante introitū
ecclesie. In primis dicat sacerdos

hosps. Leuaui oculos. Beati omnes. cũ Gloria. Kyrie eleyson. Xpe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne. Sed libera nos. Dñe saluam fac ancillã tuam. Deus meus sperãtem in te. Mitte ei auxilium de sancto. Et de syon tuere eam. Esto ei domine turris fortitudinis. A facie inimici. Domine exaudi orationẽ. Et cla. Dñs vobiscũ. Oremus. Oratio.

Deus qui hanc famulam tuã de pariendi periculo liberasti et eam in seruitio tuo deuotã esse fecisti concede vt temporali cursu fideliter peracto sub alis misericordie tue vitã perpetuam et quietam consequatur. Per. Tũc aspergatr mulier aqua bñdicta a sacerdote dicente. Asperges. Deinde inducat eã sacerdos per manũ dexterã in ecclesiã: dicẽdo. Ingredere i templũ dei vt habeas vitam eternã et viuas i secula seculorum. Amẽ. Ordo ad seruitium peregrinorum. In primis dicũtur ps. sequentes super illos corã altari prostratos postq̃ cõfessi sũt hoc modo incipiens. Psalmus.

Ad te dñe leuaui aiam meam: deus meus in te confido non erubescã. Neq3 irrideant me iimici mei: eteni vniuersi qui sustinent te non ɔfundentur. Cõfundantur oẽs iniqua agentes superuacue. Vias tuas dñe demõstra michi: et semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus saluator meus/et te sustinui tota die. Reminiscere miserationũ tuarũ domine: et misericordiarũ tuarum que a seculo sunt. Delicta iuuẽtutis mee: et ignorantias meas ne memineris. Secundũ miam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuã domine. Dulcis et rectus dñs: propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Diriget mãsuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Uniuerse vie dñi mia et veritas: requirentibus testamentũ eius et testimonia eius. Propter nomen tuũ dñe propiciaberis peccato meo: multũ est eni. Quis est homo qui timet dñm: legẽ statuit ei in via quã elegit. Anima eius in bonis demorabitr: et semen eius hereditabit terrã. Firmamentũ est dñs timentib3 eum: et testamẽtum ipsius vt manifestetur illis. Oculi mei sẽper ad dñm: quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos Respice i me et miserere mei: q2 vnicus et pauper sũ ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me. Uide huilitatem meã et laborem meũ: et dimitte vniuersa delicta mea. Respice iimicos meos quoniam multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me. Custodi aiam meã ⁊ erue me non erubescam: quoniam speraui in te. Innocentes ⁊ recti adheserũt michi: q2 sustinui te. Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis.

Miserere mei ps. Gloria. Deus secundũ magnã misericordiã tuam. Et secundum multitudinẽ miserationũ tuarũ: dele iniquitatẽ meam. Amplius

laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meã ego cognosco: et peccatum meũ contra me est sẽper. Tibi soli peccaui et malũ corã te feci: vt iustificeris ĩ sermonibus tuis / et vincas cũ iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sũ: et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatẽ dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi. Asperges me dñe ysopo et mũdabor: lauabis me et super niuẽ dealbabor. Auditui meo dabis gaudiũ et leticiam: et exultabunt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mundũ crea in me deus: et spiritũ rectum innoua in visceribus meis. Ne proiicias me a facie tua: et spiritũ sanctum tuũ ne auferas a me. Redde michi leticiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te cõuertẽtur. Libera me de sanguinibus deus de° salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiã tuã. Dñe labia mea aperies: et os meũ ãnunciabit laudẽ tuam. Quoniam si voluisses sacrificiũ dedissẽ: vtique olocaustis nõ delectaberis. Sacrificiũ deo spũs contribulatus: cor contritũ et humiliatũ deus nõ despicies. Benigne fac dñe in bona volũtate tua syon: vt edificẽtur muri hierl'm. Tũc acceptabis sacrificiũ iusticie oblationes et olocausta: tũc imponent super altare tuũ vitulos. Gloria pa. ps.

Qui habitat in adiutorio altissimi: ĩ protectione dei celi cõmorabit. Dicet dño susceptor meus es tu: et refugiũ meum de° meus sperabo in eũ. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: et a verbo aspero. Scapulis suis obũbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis. Scuto circũdabit te veritas eius: nõ timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die: a negocio perãbulante in tenebris ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille et decẽ milia a dextris tuis: ad te aũt non appropinquabit. Verũtamẽ oculis tuis considerabis: et retributionem peccatorũ videbis. Quoniã tu es dñe spes mea: altissimum posuisti refugiũ tuũ. Non accedet ad te malũ: et flagellũ non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabũt te: ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuũ. Super aspidẽ et basiliscũ ambulabis et conculcabis: leonem et draconem. Quoniam in me sperauit liberabo eum protegã eum qm̃ cognouit nomen meum. Clamauit ad me et ego exaudiã eũ: cum ipso sũ in tribulatione / eripiã eum et glorificabo eũ. Longitudine dierũ replebo eũ: et ostendã illi salutare meum. Glia. Kyriel'. Xpe'l'. Kyriel'. Pater nr̃. Et ne. Sed libera. Ego dixi dñe miserere mei. Sana aiam meã quia peccaui tibi. Vias suas domin° demõstret tibi. Et

semitas suas edoceat te. Gressus tuos dirigat dominus secundum eloquium suũ Ut non dominetur tui omnis iniusticia. Utinam dirigantur vie tue Ad custodiendas iustificationes domini. Perficiat dominus gressus tuos in semitis suis. Ut non moueantur vestigia tua. Benedictus dñs die quotidie. Prosperũ iter faciat tibi deus salutarium nostrorum Angelus bonus comitetur tecum. Et bene disponat itinera tua et actus tuos vt iterum cum gaudio reuertaris ad propria. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini Nichil proficiat inimicus in te: Et filius iniquitatis non apponat nocere tibi. Exurge dñe adiuua nos. Et libera nos propter nomẽ tuum. Domine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam et salui erimus. Domine exaudi orationẽ meam. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscũ Et cum spiritu tuo. Oremus. Orõ.

Adesto dñe supplicationibus nr̃is et viam famuli tui in salutis tue prosperitate dispone: vt inter oẽs vie et vite huius varietates: tuo sẽper protegatur auxilio. Deus Or. Per. x. Oremus.

Deus qui ad vitã ducis et confidẽtes ĩte paterna protectione custodis: q̃s. vt his presentibus famulis tuis. N. a nobis egredientibus: angelicũ tribuas comitatũ: vt auxilio tuo protecti/ nullius mali concutiantur formidine: nullo exprimantur aduersitatis lãguore nullius irruentis inimici molestentur insidijs: sed spacijs necessarij itineris prospero gressu peractis: proprijsque locis restituti: et recipiãtur sospites/ ac debitas exoluãt tuo nomi gratias. Per. x.

Deus qui di Or. Oremus.

Diligentibus te miam tuã sẽper impendis et a seruientibus tibi in nulla es regione lõginquus: dirige viam huius famuli tui. N. in voluntate tua vt te protectore: te perducẽte per iusticie semitas sine offẽsione gradiatur. Per. xp̃m.

Hic surgãt peregrini a prostratione. Et sequatur benedictio pere et baculi hoc modo. Dominus vobiscum. et Oremus. Orõ.

Domine iesu xp̃e qui ineffabili tua miseratione ac patris iussione spiritusque sancti cooperatione de celo descendere: ouẽque perditam diabolica seductione voluisti querere: atque proprijs humeris ad celestis patrie gregẽ referre: quique precepisti filijs matris ecclie: orando petere/ bene viuendo querere/ ac pulsando perseuerare: vt citius inuenire valeant salutaris premia vite: te humiliter inuocamus/ quatenus sanctificãdo bene ✠ dicere digneris has peras vel hanc perã et hos baculos vel hunc baculum: vt quicũque ea pro tui nois amore ad istar humilis armature: lateri suo vel lateribus suis applicare: atque suis collis suspendere siue in manibus suis gestare: sicque peregrinando suffragia sanctorum humili comitante deuotione studuerint querere: dextere tue protecti muni

mine: puenire mereantur ad gau
dia visionis eterne. Per te salua-
toꝛ mundi. Qui viuis et reg. Hic
aspergatur aqua benedicta et po-
nat sacerdos collo peregrini perā
In nomine domini dicens.
nostri iesu christi accipe hāc
peram: habitum peregrinationis
tue: vt bene castigatus ⁊ saluatus
peruenire merearis ad limina sā-
ctoꝛum quo pergere cupis et pera
cto itinere tuo: ad nos reuertaris
incolumis. Per eundem. Et sic fi
at alijs si sit plures. Hic tradat vni
Accipe baculum dicens.
hunc baculū sustētationis
itineris ac laboꝛis peregrinatiōis
tue: vt deuīcere valeas omnes ca-
teruas inimici: et peruenire secu-
rus ad limina sanctoꝛum quo per
gere cupis: et peracto obedientie
cursu ad nos iterum reuertarꝭ cū
gaudio. Per christum. Et sic dicat
alijs si sint plures Benedictio cru
cis pergentis hierusalem cū. Do-
minus vobiscū. Et cum. Oꝛem⁹.
Deus inuicte potē Oꝛatio.
tie pietatis imense / atqꝫ pe
regrinantium totius consolatio-
nis auxilium: qui famulis tuis in-
uictissia arma tribuis q̄s hanc cru
cem deuote humilitatꝭ bene ✠ di
cere digneris: vt venerāde crucis
vexillum cuius in eo est designata
figura sit inuictissimū robur ser-
ui tui cōtra hostis antiqui nequis-
sima tentamenta: sit in via defen
sio / sit in domo tua ꝓtectio / sit no
bis vbiqꝫ pꝛesidiū. Per dominum
nostrum. Hic aspergatur aqua be
nedicta super vestem. Deinde si a
liquis eoꝛum pꝛofecturus est hie-
rusalem detur ei vestimentū cru-
ce signatum: sacerdote dicente.
Accipe vestimentum cruce
domini saluatoꝛis nostri si
gnatū / vt per illud sal⁹ / bn̄dictio
et virtus: pꝛospere pꝛoficiscendi
ad sepulchꝛum ei⁹ tibi comitetur:
Qui cum deo patre. Et sic faciat
alijs si sint plures. Combustio cru
cis in carne peregrinis euntibus
hierusalem pꝛohibitū est in lege se
cundum iura canonica sub pena
excōmunicationis maioꝛis. His
finitis dicitur missa pꝛo iter agen
tibus moꝛe simplicis fel. ix. lectio.
Esto michi in Officium.
deum pꝛotectoꝛem et in lo-
cum refugij: vt saluū me
facias quoniam firmamentū me
um et refugium meū es tu: et pꝛo
pter nomen tuum dux michi eris
et enutries me. In tēpoꝛe pascha-
li. alleluya alleluya. ps. In te domi
ne speraui non confundar in eternū: in
iusticia tua libera me et eripe me. Oꝛō.
Adesto domine supplicatio
nibus nostris: et viā famu
loꝛum tuoꝝ in salutis tue pꝛospe-
ritate dispone: vt inter om̄s vie et
vite huius varietates: tuo semper
pꝛotegantur auxilio. Per dominū
nostrum. Lectio libri genesis.
In diebus illis: Locutus est
abꝛahā: dicēs. Dn̄s deus celi
qui tulit me de domo patris mei:
et de terra natiuitatis mee qui lo-
cutus est michi / et iurauit dicens:
Semini tuo dabo terrā hanc: ipse

mittet angelũ suũ corã te. Gr. Esto michi in deũ protectorẽ et in locum refugij vt saluum me facias. ℣. In te speraui domine non confundar in eternum. Repetatur gradua. Allelu ya. ℣. Qui timent dominũ sperent in eum adiutor et protector eorum est. Si in tẽpore paschali contigerit hoc seruitium: tunc dicitur secundũ. Allã. vnũ ex illis que scribũtur post officium. Quasi modo geniti. Secundũ matheum .x. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Euntes predicate dicẽtes: quia appropiquabit regnũ celorum. Infirmos curate: mortuos suscitate / leprosos mundate / demones eijcite. Gratis accepistis: gratis date. Nolite possidere aurũ neqȝ argentum: in zonis vestris. Non peram: non calciamenta neqȝ virgam: neqȝ duas tunicas habeatis. Dignus est enim operari⁹: mercede sua. In quancũqȝ ciuitatem intraueritis: iterrogate quis in ea dignus sit. Et ibi manete: donec exeatis. Intrantes aũt domũ: salutate eã dicentes. Pax huic domui. Et siquidẽ illa domus fuerit digna: maneat pax vestra sup eã. Si autem non fuerit digna: pax vestra ad vos reuertetur. Et quicunqȝ nõ receperit vos: nec audierit sermones vestros: exeuntes de domo vel de ciuitate: excutite puluerem de pedibus vestris sup eam. Amẽ dico vobis tolerabilius erit terre sodomorũ et gomorreorum in die iudicij ꝙ illi ciuitati. Offer. Sperent in te omnes: qui nouerunt nomen tuũ domine: quoniam non derelinquis querẽtes te: psallite domino qui habitat in syon quoniã non est oblitus orationẽ pauperũ. In tempore pascha. allelu ya. Hic offerant peregrini.

Propiciare quesu- Secreta. mus domine supplicationibus nostris et has oblatiões quas offerrimus pro famulo tuo benignus assume: viãqȝ illius precedẽte gratia tua dirigas: et subsequẽte comitare digneris: vt de actu atqȝ incolumitate eius secundũ misericordie tue presidia gaudeam⁹. Per dominum. Cõmunio. Tu mãdasti mandata tua custodiri nimis vtinam dirigantur vie mee ad custodiẽdas iustificationes tuas. In tempore paschali. allelu ya allelu ya. Postcõmu.

Sumpta q̃s domine celestis mysterij sacramẽta ad prosperitatem itineris famulorum tuorum proficiant: et eos ad salutaria cuncta perducant. Per dominum nostrum iesum christũ filiũ.

Post missam dicat sacerdos has sequentes orões super peregrinos prostratos corã altari: siue profecturi fuerit ad hierusalem siue ad sancti iacobi limina vel ad aliam peregrinationẽ cũ. Dñs vo. Ore⁹. Orõ.

Deus infinite mie et maiestatis immẽse: quem nec spacia locorũ: nec interualla tẽporum ab his quos tueris adiungunt: adesto famulo vel famulis tuo vel tuis in te vbiqȝ confidenti. vel ꝯfitentibȝ et p̄sta: vt per omnẽ quã itur⁹ vel ituri ẽ vel sit viã dux ei vel eius ẽ comes esse digne

ris nichil ei vel eis aduersitatis noceat: nichil difficultatis obsistat: cuncta ei vel eis sint salubria cuncta sint et prospera vt sub ope dextere tue quicquid iuste petierit vel petierint desyderio celeri et prospero consequatur effectu. Per. x. Ore.

Omnipotens sempiterne deus Or. qui es via veritas et vita: iter vestrum vel tuum in beneplacito suo disponat: angelum suum raphaelem in hac peregrinatione vestra vel tua custodem adhibeat qui ad loca desyderata cum pace eundo perducat: et cum salute iterum ad nos redeundo reducat. Sit interuentrix tua vel vestra beata dei genitrix maria cum vniuersis angelis et archangelis patriarchis quoque et prophetis. Sint intercessores tui vel vestri sancti apostoli petrus et paulus cum ceteris apostolis martyribus confessoribus atque virginibus: obtineantque tibi vel vobis sancti quorum queris vel queritis suffragia cum omnibus sanctis iusta desyderia et prosperitatem: remissionemque omnium peccatorum: ac vitam eternam. Per eundem do. Deinde comunicentur: et ita recedant in nomine domini. Sciendum est quod quotidie per aduentum domini quando chorus non regitur vsque ad vigiliam natiuitatis et ab oct. epyphanie vsque ad. iiij. feriam ante pascha et a crastino sancte trinitatis vsque ad aduentum domini ante terciam dicitur missa in capitulo pro fidelibus defunctis cum diacono et subdiacono albis cum amictibus indutis tantum: nisi precedente die festum duplex vel octa. cum regimine chori contigerit: tunc enim nulla erit missa pro defunctis in capitulo: et nisi quando corpus adest presens: et etiam in anniuersariis epyscoporum: tunc enim ad altare autenticum aliquando dicitur missa aliquando ad alia altaria iuxta que corpora eorum requiescunt humata. Item nulla feria in paschali tempore dicitur missa capitularis pro defunctis: nisi fuerit corpus presens vel anniuersarium vel aliquod trigintale. Ad missam. Officium.

Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem: exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet. Nota quod ad qualibet missam que pro corpore presenti celebratur cuiuscunque fuerit nisi pro rege vel regia vel alio magno domino quinque dominorum. Prima oratio. Omnipotens sempiterne deus misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animam famuli tui. Secunda oratio. Deus qui inter apostolicos. Tertia oratio. Deus venie largitor. Quarta oratio. Omnipotens et misericors deus vnica salus mortalium. Quinta oratio. Fidelium deus. Infra trigintale quinque dicuntur orationes. Prima oratio. Deus cui proprium. Minor et cetere orationes vt supra pro corpore presenti. Item in tricesima die omnes orationes dicuntur vt infra trigintale.

In omnibus anniuersariis quicque

dicitur orationes. Prima orō Deus indulgētia. Cetere vts. pro corpore presēte. In anniuersarijs tm̄ siplicibus cuiuscūqz canonici vel cuiuscūqz alteri⁹ oratio sic pronūcietur **Deus indulgētiarū dn̄e da aīabus fa.** Si missa p corpore presenti vel anniuersariū cuiuscūqz fuerit infra trigintale celebretur: prima orō pro corpore presēti vel anniuersario dicitur: secunda pro trigintali. orō. **Deus cui pro. mīor.** Tercia. **Deus q̄ inter ap.** Quarta **Deus venie largitor.** Quita **Fidelium.** quando aūt dicitur missa ferialis ī capitulo pro defūctis tres dicitur orationes prima. **Deus q̄ inter aposto.** Secunda. **Deus venie largitor.** Tercia. **Fideliū de⁹.** Quādocūqz corpus est presens et in anniuersarijs episcopor et decanorum ecclie postq̄ executor officij in inceptione misse altare thurificauerit: diaconus cum thuribulo accedat et corpus illud ī feretro vel in tūba incenset: similiter ante euāgelium dū tractus canit incēsato pri⁹ altari: et tercio postq̄ sacerdos sacrificiū ante lotionem loco suo dispositū thurificauerit: idem diaconus thurificet sicut prius: nō circūeūdo corp⁹ in feretro vel tūbā: sed ex vtraqz pte vtraqz vice incipiendo a capite: sēper tm̄ thurificando. Nunq̄ enim thurificatur corpus ad **Placebo** vel ad **Dirige.** secundū vsum sar sed hoc semper: nisi fuerit corp⁹ regis epi comitis vel baronis. Quotidie ante diem sepulture pro corpore presēti cuiuscunqz fuerit dicitur ista Oratio.

DEus cui proprium est misereri semper et parcere te supplices deprecamur pro anima famuli tui quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eam in manus inimici nec obliuiscaris in finem: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi atqz ad regionem viuorum pduci: vt quia in te sperauit et credidit: sāctorum tuorum mereatur societate letari. Pro corpore presenti et in anniuersarijs et trigintalibus episcoporum et in die animarum. Epistola. j. ad thessalonicēses. iiij.

FRatres: Nolum⁹ capitu. vos ignorare de dormientibus: vt non contristemini sicut et ceteri q̄ spē non habēt. Si enim credimus q̄ iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet cū eo. Hoc enim vobis dicimus ī verbo domini: quia nos qui viuimus qui residui sumus in aduentu dn̄i nō preueniemus eos qui dormierūt. Qm̄ ipse dn̄s in iussu et in voce archangeli: et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in christo sūt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur: simul rapiemur cū illis in nubibz obuiā christo ī aera: et sic semper cū dn̄o erimus. Itaqz cōsolamini inuicē: in verbis istis. In anniuersarijs trigintalibus aliorū quorūlibet. Lectio li. machabeor. ij. xij. capi.

IN diebus illis: Vir fortissimus iudas collatione facta

duodecim milia dragmas argenti misit hierosolymã offerri ea pro peccatis mortuorum: iuste et religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret: superfluum videretur et vanum orare pro mortuis. Et quia consyderabat: quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repositã gratiam Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluãtur. He due sequẽtes epistole legantur per totum annum ad missã quotidianã pro defũctis alternis vicibus per ebdoma. Lectio libri apocalypsis beati iohannis apostoli. xiiij. capi.

IN diebus illis: Audiui vocẽ de celo: dicẽtem michi. Scribe: beati mortui qui i domino moriũtur. Amodo iam dicit spũs: vt requiescant a laboribus suis Opera enim illorum sequũtur illos. ¶ Ad

FRatres: corinthios. xv. ca. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium Quoniam quidem per hoiem mors: et per hoiem resurrectio mortuorũ. Et sicut in adam oẽs moriuntur: ita et in christo omnes viuificabũtur. Unusquisque aũt: ĩ suo ordine. Quandocũque corpus adest preśẽs cuiuscũque fuerit: et in omnibus missis pro episcopis dicit a tribus clericis de secũda forma habitu non mutato ad caput defũcti: si adest/ sinautem ad gradũ chori. Gradu. Si ambulẽ in medio vmbre mortis non timebo mala quoniam tu mecũ es dñe. ℣. Uirga tua et bacul⁹ tuus ipsa me cõsolata sunt. Et idẽ grad. semper incipiatur: et suus. ℣. percantetur a tribus clericis de secũda forma habitu non mutato ad caput defuncti si adest/ sinautem ad gradum chori. In omnibus alijs missis pro defũctis dicatur sequẽs grad. a toto choro simul interĩ sedente: nisi in die animarum. Graduale. Requiẽ eternam dona eis domine: et lux ppetua luceat eis. ℣. Anime eorum in bonis demorentur: et semen eorum hereditet terram. Ita quod idem incipiatur et suus ℣. percantetur a tribus clericis de secunda forma habitu non mutato: quãdocũque corpus adest presens ad caput defuncti tantũ: sinautem ad gradũ chori et in die animarum in pulpito Alias illud idẽ gradua. Requiem eternam. et suus ℣. Anime eorum i bonis. quotienscũque cantant in anniuersarijs et trigintalibus: et in missis ferialibus pro defunctis post eorum inceptionem a toto cho. interim sedente/ absque neuma in fine percantẽtur Quandocunque corpus adest presens et in omnibus missis pro episcopis defunctis dicatur tractus. Sicut ceruus. ibidem vbi graduale a quattuor clericis de supiori gradu: habitu nõ mutato nequaquam vt in alijs trac. alternatim sedẽtibus sed interĩ continue stãtibus ad caput corporis quod presens fuerit: vel episcopi defũcti si adest sinautẽ ad gradũ chori quousque finierit ipsum trac. ita quod oẽs illi quattuor clerici simul primum. ℣. incipiant

quem duo ex parte chori principa lis prosequantur. Sequens. ℣. ab alijs duobus ex altera parte cante tur: et sic alternis vicibus singuli ℣. totius trac. ab illis quattuor di cuntur choro simul interim seden te: ita quidē vt oēs simul ipsū trac. terminent. Trac. Sicut ceruus de syderat ad fontes aquarū: ita desyderat anima mea ad te de⁹. ℣. Sitiuit anima meā ad deū viuum quando veniā et ap parebo ante faciem dei mei. ℣. Fuerūt michi lachrime mee panes die ac nocte dum dicitur michi per singulos dies vbi est deus tuus. In āniuersarijs et tri gesimis et in omnibus alijs missis pro defunctis dicitur sequēs trac. De profundis. a toto choro alterna tim simul interim sedente cū can tu in gradali super hoc notato: ni si in die aīarum tantū: tunc enim dicitur cum eodē cantu quo in do minica. lxx. a quattuor clericis de superiori gradu habitu nō muta to ad gradū chori supradicto mo do quo scilicet tractū. Sicut ceruus Tractus. De profundis clamaui ad te domine dn̄e exaudi vocem meā. ℣. Fi ant aures tue intendentes in orationem serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaue ris dn̄e dn̄e q̄s sustinebit? ℣. Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam su stinui te dn̄e. Pro corpore presenti et in omnibus anniuersarijs et trigi talibus episcoporum et in die anima rum: similiter in dominicis et ī se cundis ferijs quando dicitur mis sa ferialiter in capitulo / vel alibi dicitur hoc euangelium. Secun dum iohannem. xj. capitulo.

In illo tp̄e: Dixit martha ad iesum. Dn̄e si fuisses hic: fra ter meus non fuisset mortu⁹. Sed et nūc scio: quia quecūq̧ poposce ris a deo dabit tibi deus. Dicit illi ies⁹. Resurget frater tuus Dicit ei martha. Scio quia resurget in re surrectione: in nouissimo die. Di cit ei ies⁹. Ego sū resurrectio: et vi ta. Qui credit in me: etiam si mor tuus fuerit viuet. Et oīs qui viuit et credit in me: nō morietur ī eter nū. Credis hoc? Ait illi Utiq̧ dn̄e Ego credidi quia tu es christus fi lius dei viui: qui in hunc mūdum venisti. Feria. iij. S. iohēm. vj. ca.

In illo tēpore: Dixit iesus di scipulis suis et turbis iudeo rum Omne quod dat michi pater ad me veniet: et eum qui venit ad me non eijciam foras. Quia descē di de celo non vt faciam volunta tem meā: sed volūtatem eius qui misit me. Hec est autem volūtas eius qui misit me patris: vt om ne quod dedit michi non perdam ex eo: sed resuscitem illud in nouis simo die. Hec est eni voluntas pa tris mei qui misit me: vt omīs qui videt filiū et credit ī eum / habeat vitam eternam. Et ego resuscita bo eū: in nouissimo die. Feria. iiij

Secundū iohannem. v. ca. In illo tēpore: Dixit iesus di scipulis suis et turbis iudeorum. Amen amen dico vobis: quia qui verbū meum audit et credit ei qui misit me: habet vitam eternā. Et in iudiciū non veniet: sed transiet a morte in vitā. Amen amen dico

vobis: quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filij dei: et qui audierint viuent. Sicut eni pater habet vitā i semetipso: sic dedit et filio vitā habere i semetipso. Et potestatē dedit ei iudiciū facere: quia filius hois est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua oēs qui in monumētis sunt / audient vocē filij dei. Et procedēt qui bona fecerunt: in resurrectionem vite. Qui vero mala egerūt: in resurrectionē iudicij. Feria. v. Secūdum iohannem. v. capitu.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Sicut pater suscitat mortuos & viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neqꝫ eni pater iudicat quēq̄ / sed oīe iudiciū dedit filio: vt oēs honorificent filiū sicut honorificant patrē. Qui non honorificat filium: nō honorificat patrē qui misit illū. Amen amē dico vobis: quia qui verbum meū audit: et credit ei qui misit me: habet vitam eternā. Et in iudiciū non veniet: sed trāsiet a morte in vitam. Feria. vj. Secundū iohannē. vj.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis et turbꝫ iudeorum. Ego sū panis viuus: qui de celo descendi. Si quis mādūcauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et panis quē ego dabo caro mea est: pro mundi vita. Litigabant ergo iudei: ad inuicē dicentes Quomodo potest hic carnem suā dare nobis ad manducandū? Dixit ergo eis iesus. Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hois: et biberitis eius sanguinem non habebitis vitā in vobis. Qui manducat meā carnē: et bibit meum sanguinē / habet vitā eternā. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Sabbato Secundū iohānem. vj. cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Amen amē dico vobꝫ: nisi mādūcaueritis carnem filij hois: et biberitis eius sanguinem: non habebitis vitā in vobis. Qui manducat meam carnē et bibit meū sanguinē: habet vitā eternam. Et ego resuscitabo eū: in nouissimo die. Offertoriū. Domine iesu christe rex glorie libera animas omniū fidelium defunctorꝫ de manu inferni et de profūdo lacu: libera eas de ore leonis: ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscura tenebrarū loca sed signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctam. Quā olim abrahe promisisti et semini eius. Notandum est q quandocūqꝫ corpus adest presens et in oībꝫ anniuersarijs et trigitalibus post ablutionem manuū incipiat sacerdos iunctis manibꝫ in medio altaris hoc modo.



Hostias et pces tibi dñe offerim⁹ Chorus respondeat. Tu suscipe pro animabus illis quarū hodie memoriam agimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Et interim dicat sacerdos priuatim. In spiritu humilitatis. more solito. Deinde conuer

lus ad populum dicat similiter priuati. Orate fratres et sorores pro fidelibus defunctis. Et chorus respondeat cantando V. Requiē eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Quam olim abrahe pmisisti et semini eius. In omnibus vero alijs missis pro defunctis que ferialiter dicūtur nec quando vltimo ante pascha cōpletur officiū mortuorum: nec etiam in die animarū dicitur. In die animarū tantum. Offer. O pie deus qui primū hominem ad eternam gloriam reuocasti: pastor bone qui ouem perditā pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dum veneris iudicare: libera de morte animas eorū quas redemisti: ne tradas bestijs animas confitentes tibi ne derelinquas eas in finem. Ante SU diē sepulture. Secreta. Suscipe q̄s domine misericors pater oblationē quam tibi offerimus pro anima famuli tui: quam hodie de carnali corruptione liberasti: et cōcede. vt ab omnibus humane cōditionis excessibus his remedijs expietur: et i requie sempiterna diem resurrectionis prestoletur. Per do. In omnibus missis pro corpore presenti et in omnibz anniuersarijs et trigintalibus: et in die animarū: et quando vltimo fit seruitiū mortuorum ante pascha dicitur hec Coio. Pro quorum mēoria corpus christi sumitur dona eis domine requiem sēpiternam. V. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorum memoria sāguis christi sumitur dona eis domine requiem sempiternā. In omnibus alijs missis pro defūctis dicitur hec Coio. Lux eterna luceat eis domine: cū sanctis tuis i eternū quia pius es. cū V. Requiem eternā dona eis domine et lux perpetua luceat eis. Et cū repetitione. Cum sanctis tuis in eternum quia pius es. Secundū omnes libros sarū. ecclesie ante diem sepulture.

PResta q̄s omnipo Postcoio. tens deus / vt animā famuli tui N. ab angelis lucis susceptā: in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per do. In die sepulture cuiuscū q3 corpus fuerit dicit

OMnipotens sempiter ista oratio. ne deus misericordiam tuā supplices deprecamur: vt animā famuli tui: cuius corpori debitum sepulture officium persoluimus in sinū abrahe patriarche tui iubeas collocari / vt cum dies agnitionis tue aduenerit: inter sanctos et electos tuos eum resuscitari precipias. Per do.

SUsci Secreta. pe domiē pro anima famuli tui hostiam quā te deo patri obtulisti pro nobis benigne: et quia causa hoim descendisti de celis: te redeūte sanctorum tuorum mereatur adiūgi consortijs. Per te saluator mundi. Qui cū deo patre. Postcō.

PResta quesumus dn̄e vt aīa famuli tui: cui corpori hodie officia humanitatis exhibemus: his sacrificijs expiata: saluationis tue perpetuo munere gratuletur. Per do. In die trigintali. Oratio.

DEus cui propriū est misereri semper et parcere: propiciare anime famuli tui: et omnia eius pèccata dimitte: vt mortis vin

culis absolutus: trāsire mereatur ad vitā. Per dn̄m no. Secreta.

Intuere quesumus om̄ps eterne deus: et placat⁹ suscipere dignare hoc sacrificium: quod tibi offerimus pro aīa famuli tui: et concede illi pacem perpetuā et requiē sempiternā. Per do. Postcō.

Prosit q̄s dn̄e anime famuli tui diuini celebratio sacramēti: vt eius in quo sperauit et credidit: eternū capiat te miserante consortiū. Qui tecū viuit. In anniuersariis. Oratio.

Deus indulgentiarū domine dā anime famuli tui cuius anniuersarium depositionis diē commemoramus refrigerij sedem: quietis beatitudinē luminis claritatē. Per.

Propiciare Secreta. quesumus dn̄e supplicationibus n̄ris pro anima famuli tui: cuius hodie ānua dies agitur: pro qua tibi offerim⁹ sacrificium laudis/ vt eam sanctorū tuorum consortio sociare digneris. Per dn̄m.

Presta quesumus Postcōi. dn̄e/ vt aīa famuli tui cuius anniuersariū depositionis diē recolim⁹: his purgata sacrificijs indulgentiā pariter et requiē capiat sempiternā. Per. Pro epis oratio

Deus qui iter apostolicos sacerdotes famulos tuos pōtificali fecisti dignitate cēseri: presta quesumus. vt quorum vicē ad horam gerebāt in terris: eorū perpetuo consortio letentur in celis. Per do. Secreta.

Offerimus tibi dn̄e oblationē nostre seruitutis pro animabus famulorū tuorum pontificum supplicātes: vt cū presulibus ap̄lice dignitatis quorū sunt executi officiū: habere mereantur sempiterne beatitudinis portionē. Per do. Postcōmu.

Proficiat quesum⁹ domine animabus famulorꝝ tuorū pontificum diuini celebratio mysterij: vt quos in terris positos huius muneris dispensatores esse fecisti: inter electos antistites eos iubeas cōnumerari. Per dominum

Pro fratribus et sororibus. Orō.

Deus venie largitor ⁊ humane salutis auctor q̄s clemētiam tuam: vt nostrarꝫ congregationū fratres et sorores qui ex hoc seculo trāsierunt: intercedente beata maria semper virgine: et beato michaele archangelo cū omnibus sanctis ad perpetue beatitudinis consortiū puenire cōcedas. P.

Deus cui⁹ misericordie non est numerus Secreta. suscipe propicius preces humilitat⁹ nostre: et animabus fratrum et sororum nostrarū congregationū: quibus tui nominis dedisti confessionem: per hec sacramenta salutis nostre cunctorꝫ remissionē tribue peccatorum. Per d. Postcoio

Presta quesumus omnipotens et misericors deus/ vt anime fratrum et sororū nostrarꝫ cōgregationū: pro quibus hoc sacrificiū laudis tue obtulimus maiestati per huius sacramēti virtutem a peccatis oībus expiate lucis perpetue te miserāte recipiāt bea-

titudinem. Per do. Pro benefactoribus. Oratio.

Omnipotens et misericors deus vnica salus mortalium: te supplices exoramus pro animabus famulorum famularumque tuarum: parentum et benefactorum nostrorum: vt intercedente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis: peccatorum eis largiri digneris indulgentiam/ et in nouissimo die beate resurrectionis leticiam. Per eund. Sec.

Sanctifica quesumus domine hec fidelium omnium vitalia sacramenta: et per ea interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis concede: vt hoc ipsum proficiat animabus famulorum famularumque tuarum: parentum et benefactorum nostrorum/ vt ab omnibus vicijs expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per eundem. Postcomm.

Viuificet nos quesumus domine salutare quo pasti sumus sacramentum: et interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis: concede. vt hoc ipsum proficiat animabus famulorum famularumque tuarum parentum et benefactorum nostrorum: ad promerendam tue propiciationis gratiam et percipiendam future resurrectionis gloriam sempiternam. Per eundem christum. Pro abbate. Oratio.

Presta quesumus domine: vt anima famuli tui abbatis quem in hoc seculo commorantem sacris muneribus decorasti: in celesti sede gloriosa semper exultet. Per d. Secre.

Suscipe quesumus domine hostias quas tibi pro anima famuli tui abbatis humiliter immolamus: obsecrantes misericordiam tuam vt cui sacerdotale officium contulisti dones et meritum. Per dominum. Postcomm.

Concede quesumus omnipotens deus: vt per hec sancta mysteria: anima famuli tui abbatis in conspectu tuo clara consistat: qui tibi fideliter ministrauit. Per do. Pro sacerdote. Oratio.

Deus cuius misericordie non est numerus/ suscipe pro anima famuli tui sacerdotis preces nostras: et lucis ei leticieque regionem in sanctorum tuorum societate concede. Per d. Secre.

Quesumus domine deus noster/ vt oblationem quam tibi offerimus pro anima famuli tui sacerdotis placatus accipias: et quem tuis altaribus seruire tribuisti: ad beatorum peruenire iubeas consortia sacerdotum. Per dominum. Postcomm.

Presta quesumus omnipotens deus per hec sancta mysteria anime famuli tui sacerdotis eterne felicitatis consortium: cui donasti sacri altaris consequi ministerium. Per do. Pro patre et matre. Oratio.

Deus qui nos patrem et matrem honorare precepisti: miserere clementer animabus patris et matris mee earumque peccata dimitte: meque eos in eterne claritatis gaudio fac videre. Per dominum nostrum ie. Secreta.

Suscipe domine hoc sacrificium quod tibi pro anima

bus patris et matris mee offertur: eisqꝫ gaudiũ sempiternum in regione viuorum concede: meqꝫ cũ eis felicitati sanctorum adiũge. Per dominum nostrum. Postcõmu.

Celestis dñe participatio sacramẽti animabus patris et matris mee requiem et lucẽ obtineat perpetuã / meqꝫ cũ illis gratia tua coronet eterna. Per dñm.

Pro quolibet defuncto. Oratio.

Deus cui soli competit medicinã prestare post mortẽ: tribue qs. vt aĩa famuli tui ab omnibus exuta peccatis electorum tuorũ societatibus aggregetur. Per

Secreta.

Suscipe quesumus dñe hanc oblationẽ quam tibi offerimus pro anima famuli tui: vt requiẽ eternã dones ei inter sãctos et electos tuos quatenus illorũ consortio et vita perfruatur eterna. Per Postcõmu.

Ascendãt ad te dñe preces nostre et per hec sãcta que sũpsimus anima famuli tui gaudia eterna suscipiat: vt quem fecisti adoptionis participem iubeas hereditatis tue esse consortẽ. Per.

Pro amico defuncto. Orõ

Adiuua nos deus salutaris noster et beatissime dei genitricis semperqꝫ virginis marie precibꝫ exoratus: animã famuli tui in beatitudinẽ sempiterne lucis constitue. Per dominum. Secreta.

Suscipe quesumus dñe hostias placationis et laudis: quas in honore beate dei genitricis marie nomini tuo consecrandas offerimus: et pro requie famuli tui tibi suppliciter iploramus. Per dominum. Postcommunio.

Ascendãt ad te dñe preces nostre et anima famuli tui gaudia eterna suscipiat: et quẽ fecisti adoptionis participem: intercedẽte beata dei genitrice maria: iubeas hereditatis tue esse consortem. P eundẽ.

Pro defuncto morte preuento. Oratio.

Omnipotens et misericors deus: in cuius potestate humana conditio consistit animã famuli tui quesumus ab omĩbus absolue peccatis: vt penitentie fructũ quem voluntas eius optauit: preuentus morte non perdat. P dñm. Secreta.

Satisfaciat tibi domine quesumus pro anima famuli tui sacrificij presẽtis oblatio et peccatorum veniã quam quesiuit inueniat: et quod officio vocis implere non potuit desyderate penitentie fructu: te largiente percipiat.

Postcõ. P do.

Deus a quo prestatur humanis cordibꝫ omne quod bonum est: tribue per hec sãcta que sumpsimus: vt sicut anime famuli tui penitentiã velle donasti / sic indulgentiam tribuas miseratus optatam. P dominũ

Pro masculis familiaribus. Orõ

Omnipotens sempiterne deus / cui nunquam sine spe misericordie supplicatur: propiciare animabus famulorũ tuorum: vt qui de hac vita in tui nõis confessione decesserunt: sanctorum tuorũ numero facias aggregari. P do. Secreta.

PRopiciare quesumus domine animabus famulorum tuorum pro quibus hostias tibi placationis offerimus/et quia in hac luce in fide manserunt catholica: in futura eis vita misericordissima retributio cōdonetur. P dominū

HEc nos cōmunio Postcoio. domine purget a crimine: et animabus famulorum tuorum celestis gaudij tribuat consortium: vt ante tribunal glorie christi tui segregati cum dextris nichil cōmune habeāt cum sinistris. P eundē

Pro feminis familiaribꝫ. Oratio

QUesumus dn̄e pro tua pietate miserere animabus famularum tuarum: et contagijs mortalitatis exutas/i eterne saluationis partem restitue. P do. Secre.

HJs sacrificijs domīe anime famularū tuarum a peccatis omnibus exuantur: sine quibꝫ a culpa nemo liber existit: vt p hec pie placatiōis officia: perpetuam misericordiam consequātur. Per

INueniant q̄s domīe anime famularū tuarū lucis eterne consortiū: cuius perpetue misericordie consecute sunt sacramentum. Per dominū nostrum iesū.

Pro femina defuncta. Oratio.

MAiestatem tuā quesumus domine suppliciter deprecamur: vt aīa famule tue ab omnibus que humanitus cōmisit exuta: in tuorum censeatur sorte iustorum. Per dominum nostrū. Secreta.

HOstias tibi domine humili supplicatiōe deferimus: deprecantes maiestatē tuam. vt anima famule tue per hec pie placationis officia: peruenire mereatur ad requiem sēpiternam. P dn̄m.

PResta quesumus Postcō. dn̄e anime famule tue misericordiam sempiternā: vt eam mortalibus nexibus expeditā: lux eterna possideat. P dominum no.

Pro trigintalibus. Oratio.

INclina domīe aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animas famulorū famularū q tuarum quas de hoc seculo migrare iussisti: i pacis ac lucis regione constituas et sanctorū tuorum iubeas esse consortes. P dominum nostrū. Secreta.

ANimas famulorum famularumq tuarum quesumus domīe ab omnibus vicijs conditionis humane hec absoluat oblatio: q̄ etiā totius mundi tulit immolata peccatum. Per dominum. Postcoio

ANnue nobis domīe per hoc sacrificium quod sumpsimus/vt anime famulorum famularūq tuarum remissionem quā semper optauerunt mereantur percipere delictorum. Per dominum.

Pro bn̄factoribus. Oratio

MIserere quesumus domīe animabus oium benefactorū nostrorum defunctorum et pro beneficijs que nobis largiti sunt in terris: premia eterna consequantur

PEr. Secreta. in celis. Per. La ceat tibi dn̄e sacrificij presentis oblatio: pro nostra oiumq be-

nefactorũ nostrorum salute: quorum quarumqꝫ memoriã speciali affectu recolimus omibusqꝫ christianis viuis ac defunctis misere re propicius. Per dominũ nostrũ

Sumpta sacra Postcõmu. menta domine nos absoluant a vinculis peccatorũ: et animabus omniũ benefactorum nostrorum defunctoꝝ consortia obtineant spirituũ beatorum. P. Pro quiescẽtibus in cimiterio. Oratio

Deus cuius miseratione aĩe fidelium requiescunt: animabus famuloꝝ famularũqꝫ tuarum oim hic et vbiqꝫ i christo quiescentium: da propicius veniã peccatorum. vt a cunctis reatibus absoluti/tecum sine fine letentur. P dominũ nostrũ. Secreta.

Pro animabus famuloꝝ famularũqꝫ tuarũ oim hic et vbiqꝫ in christo quiescentium: hostiam dñe suscipe benign⁹ oblatã: vt hoc sacrificio singulari vinculis horrẽde mortis exute vitã inuenire mereantur eternã. P eundẽ. Postcõ.

Deus fideliũ lumen animarum: adesto propicius inuocationibus nostris: et da famulis et famulabus tuis quorũ corpora hic et vbiqꝫ in christo requiescũt: refrigerij sedem quietis beatitudinem/luminis claritatem. P eũd

Pro quibus orare tenemur. Orõ.

Concede quesumus domine deus noster: vt anime famulorum famularũqꝫ tuarum: quorum quarumqꝫ ꝛmemoratonem speciali deuotione agimus: et pro quibus iussi et debitores sumus: atqꝫ omniũ benefactorum nostroꝝ ac oium consanguineorũ et familiarium nostroꝝ cunctorumqꝫ fidelium in finibus sanctorum tuorum requiescãt/morqꝫ ex mortuis resuscitati: tibi placeãt in regione viuorum. P dominũ. Secre.

Hec munera q̃s dñe que oculis tue maiestatis offerim⁹: animabus famulorum famularumqꝫ tuarum quorum quarũqꝫ cõmemoratione speciali deuotione agim⁹: et pro quibus orare iussi et debitores sumus: atqꝫ oium benefactorum nostrorũ/necnon consanguineorum nostrorũ ac familiarium nostroꝝ cunctorũqꝫ fideliũ salutaria esse concede: vt tua pietate vinculis horrende mortis exute: eterne beatitudinis mereãtur esse participes. P do. Postcõ.

Deus qui inestimabili misericordia animas mortaliũ ab angustijs trãsfers ad requiem propiciare supplicationibus nr̃is pro animabus famuloꝝ famularumqꝫ tuarum quorum quarũqꝫ cõmemoratione speciali deuotione agimus: ⁊ pro quibus orare iussi et debitores sumus: et omniũ benefactoꝝ nostrorum/necnon consanguineorũ nostrorum ac familiarium nostrorum cunctorumqꝫ fidelium: vt eas paradiso restituens/in tuorum censeas sorte iustorum. P dominũ no. Pro omibus fidelibus defũctis. Oratio

Fidelium deus oium conditor et redemptor/animabus oim

fidelium defūctoꝝ remissionem
cunctoꝝ tribue peccatorum: vt in
dulgentiā quam semper optaue-
runt pijs supplicationibus conse-
quantur. Qui cū deo patre et spū.

HOstias quesum? Secreta.
dñe quas tibi pro animab?
omniū fideliū defunctoꝝ offeri-
mus propiciatus intende: vt qui-
bus fidei christiane meritū contu
listi dones et premiū. P. Postcōio.

ANimabus quesumus dñe
omniū fidelium defuncto
rū oratio proficiat supplicantiū:
vt eas et a peccatis omnibus exu-
as: et tue redemptionis facias esse
participes. P d. Oratio generalis

PIetate tua quesumus domi
ne nostroꝝ solue vincula om
nium delictorum: et intercedente
beata et gloriosa sēperq3 virgine
dei genitrice maria cū omnibus
sanctis tuis dominū [illegible] reges &
principes episcopos & abbatem et
omnē plebem illis cōmissam: nos-
q3 famulos tuos atq3 loca nostra ī
omni sanctitate custodi: omnesq3
consanguinitate ac familiarita-
te vel confessione et oratione no-
bis iūctos seu omnē populum ca-
tholicum a vicijs omnibus purga:
virtutibus illustra / pacem et salu
tem nobis tribue / hostes visibiles
et inuisibiles remoue / pestem et fa-
mē repelle / inimicis nostris et ami
cis nostris verā caritatem / atq3 in
firmis sanitatē largire: et iter fa-
mulorum tuorum in salutis tue
prosperitate dispone: et omnibus
fidelibus viuis ac defūctis ī terra
viuentium vitam & requiem eter
nam concede. Per eund. Secreta

DEus qui sīgulari corporis
tui hostia totius mundi sol
uisti delicta hac oblatiōe placatus
maculas peccatoꝝ nostrorum ab
sterge: et omniū christianorū fide
lium viuorū atq3 mortuoꝝ pecca
ta dimitte nobisq3 itercedente bea
ta et gloriosa semperq3 virgīe dei
genitrice maria cum omnibus san
ctis tuis / pmia eterna largire sal-
uator mundi. Qui cū deo patre.

SUmpta sacra- Postcōio.
menta quesumus domine
omnia crimina nostra detergant:
omnēq3 prauitatem et hostilē im-
pugnationē visibilem et inuisibi-
lem seu infirmitatem atq3 subitā
mortē merit? dei btē genitricis: sē
perq3 virginis marie et omnium
sanctorū tuorum intercessione a
nobis procul repellant: et omnibus
fidelibus viuis ac defunctis pro-
sint ad veniā: pro quorū quarūq3
tibi sunt oblata salute. Per eundē

SAnctis Oratio generalis.
sime dei genitricis semper
q3 virginis marie: et beatarū oīm
celestiū virtutū: sāctorum quoq3
patriarcharū / prophetarū / aposto
lorum / euangelistarū / martyrū /
confessorum / atq3 virginū: et om
niū simul sanctorum tuoꝝ quesu
mus oīpotens deus meritis ac pre
cibus placatus: tribue nobis mise
ricordiam tuā: & da populo tuo in
uiolabilem fidei firmitatem et pa
cem: repelle a nobis hostem / et fa-
mē / et pestem: da nobis in tua vir

tute constantiã et fortitudinẽ: im
mitte hostibus nostris formidinẽ
et inualitudinẽ: retribue oĩbus no
bis bona faciẽtibus vite eterne be
atitudinẽ: da inimicis nostris & per
sequentibꝫ nos recognitionẽ et in
dulgentiã: concede defunctis no-
stris et oĩbus in christo quiescenti-
bus remissionem oĩm pctõꝝ/ et re
quiẽ sempiternã. Per eundẽ. Secr.

IN cõspectu diuine maiesta-
tis tue q̃s omp̃s deus interce
dente sanctissima dei genitrice sẽ
perq; virgine maria: et beatꝫ omi
bus celestibus virtutibus sanctis
quoq; patriarchis/ pphetis aplis/
euangelistis martyribus cõfesso-
ribus: et virginibus/ atq; omibus
simul sanctis tuis: oblationes no-
stre et preces acceptabiles ascen-
dãt: et tua propiciatione veniam
nobis et pacem tribue: hostẽ famẽ
et pestẽ a nobis repelle/ fidẽ spẽ et
caritatem nobis largire defensio-
ne tua nos sẽper protege: hostium
nostroꝝ superbiã et virtutẽ conte
re oĩbus nobis bona faciẽtibꝫ gra
tie tue abundantiã tribue: discor-
dantes ad pacis bona cõuerte: de-
functis nostris requiẽ concede: et
omibus fidelibus tuis vitã sempi
ternã largire. Per. Postcõmunio

PEr huius sacramẽti myste-
riũ atq; virtutem q̃s dñe de
us noster omp̃s: sanctissima dei ge
nitrice semperq; virgine maria &
beatis oĩbus celestibus virtutibꝫ:
sanctis quoq; patriarchis prophe
tis apostolis euangelistis marty-
ribus confessoribus & virginibus
atq; omnibus simul sãctis tuis in
tercedentibus: vicioꝝ nostrorum
macule deleãtur: et preces nostre
in conspectu maiestatis tue acce-
ptabiles inueniãtur: populusq; tu
us a peccatis & hostibus liberetur:
fidei rectitudine roboretur: hosti-
umq; nostroꝝ supbia et fortitudo
prosternãtur: pestilentie et fames
procul pellãtur: bona nobis faciẽ-
tes gratie tue abundantia repleã-
tur: discordãtes i fraternã pacem
reuocẽtur: defuncti nostri requiẽ
consequãtur: et oẽs fideles tui vi-
tã eternã adipisci mereãtur. Per
eũdẽ dominũ. Oratio generalis

OMniũ sanctoꝝ tuorum iter
cessionibus q̃s domine gra-
tia tua nos semper protege: & chri
stianis omnibus viuentibus atq;
defunctis miam vbiq; pretende:
vt viuẽtes ab oĩbus impugnatio-
nibus sint tua opitulatione defen
si: et defuncti remissionẽ merean-
tur percipere suorum oĩum pecca
torum. Per dominum. Secreta.

OBlationes nostras q̃s domi
ne propiciatus intende et ob
tuorum oĩum sanctoꝝ honorem:
veniã nobis nostroꝝ tribue pecca
torum et xp̃ianis omnibus viuen
tibus atq; defũctis hec p̃sens obla
tio: et presentis vite subsidia: et fu
ture premia eterna acquirat. Per
dominum nostrum iesum christũ.

Postcommunio.

HEc sacrificia domine que sumpsi
mus: meritis et intercessionibus
omnium sanctorum tuorum no-
bis ad salutẽ proficiãt: et xp̃ianis

omnibus viuentibus atq defunctis te fauēte: eterna ac tēporalia premia benigne acquirāt. Per dominum. Oratio generalis.

Omnipotens sempiterne deus qui viuorum dñaris simul et mortuorum omniūq misereris: quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis: te supplices exoram⁹: vt pro quibus effūdere p̄ces decreuimus: quosq vel presens seculū adhuc in carne retinet: vel futurū iam exutos corpore suscepit/pietatis tue clementia/omniū delictorū suorū veniā et gaudia consequi mereātur eterna. Per do. Secreta.

Deus cui soli cognitus est numerus electorū i superna felicitate locandus: tribue q̄s. vt vniuersorū quos in orōne cōmendatos suscepimus siue omniū fidelium noīa beate predestinationis liber ascripta retineat. Per do. Postcōmu.

Pro celestis cōuiuij iocunditate gratias tibi referimus rex et sacerdos noster/maiestatem tuam huīliter rogantes: vt hec sacrosancta corporis et sāguinis tui hostia non sit nobis reatus ad penā: sed intercessio salutaris ad veniam sit ablutio scelerū / sit fortitudo fragiliū/sit contra omīa mūdi pericula firmamentū: sit viuorū atq mortuorū fidelium remissio omniū delictorum. Per te saluator mūdi rex glorie. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnita. Si quis trigintale sancti gregorij celebrare disposuerit: tūc celebret tres missas de natiuitate domini: tres de epyphania domini: tres de purificatione beate marie: tres de annūciatione eiusdem: tres de resurrectione domini: tres de ascensione domini: tres de penthecoste: tres de trinitate: tres de assumptione beate marie: et tres de natiuitate eiusdem: ita q̄ iste misse celebrentur infra octauas dictorum festorum sicut in prima die cū eodem. Kyrie eleyson. Gloria in excelsis. et Credo et sequētia et prefatione Communicātes et Hanc igitur. Sanctus et Agnus. sicut continentur in canone: et cum istis orationibus subsequentibus: ita q̄ orationes subsequentes cum oratione de festo sub vno. Oremus. et sub vno Per dominum. dicantur. Et debent dici quotidie per annum. Placebo. et Dirige. cum nouē psalmis et nouem lectionibus: et nouem antiphonis: nisi in tempore paschali: in quo quotidie cum tribus lectionibus dicetur: et totiens dicetur cōmendatio animarū: ita q̄ tam ad Placebo. q̄ ad Dirige. sit prima oratio. Deus summa spes. et etiam in commendatione animarum et ad missam de die dicitur p̄dicta oratio ab eo qui missā celebrat per totum annum. Orō.

Deus summa spes nostre redemptionis qui i terra promissionis ante omnes terras nasci elegisti: mortemq ibidem sustinuisti: libera propici⁹ animam famuli tui. N. de manibus demonum: et eandem terram de potestate paganorum: vt populus qui

in te non credit: per virtutem tuã emendationẽ habeat: et illis omnibus q̃ in te confidunt: pro tua magna pietate succurre. Qui cũ deo patre et spiritu sancto viuis et re.

Secreta.

OMnipotens sempiterne deus redemptor animarum saluandarum et precium redemptionis generis humani miserere clemẽter anime famuli tui. N. et quicquid in eo viciorum fallente dyabolo et propria iniquitate contraxit: tu pius et misericors abluas indulgendo et terram quã sanguine proprio tuo dedicasti: de manibus inimicorũ crucis eripias: vota filiorũ israel ad eius liberationem instantiũ: in viam salutis eterne misericorditer dirigendo. Qui viuis.

Postcõio.

DEus cuius misericordie nõ est numerus cui soli competit medicinã prestare post mortem: qui es vita viuentium: spes morientium: et salus oĩum in te sperantiũ: qui terram hereditatis tue per peccata filiorum esau pollutã: precioso sanguine tuo dignatus es consecrare: tu aĩam famuli tui N per huius virtutem sacramenti a peccatis oĩbus exuas et a penis quas pro his meretur eripias: et populũ incredulum ac rebellẽ per gratiã tuam facias peculiarem illisq; oĩbus qui in tua mĩa confidũt: manũ auxilij tui pijssĩe largiẽdo. Qui vi. cũ deo patre et spiritu sancto.

Missa pro mortalitate euitanda quã dñs papa clemens fecit: et cõstituit in collegio cũ omnibus cardinalibus et concessit oĩbus penitẽtibus vere ꝯtritis et cõfes. sequẽtem missam audiẽtibus [illegible] indulgẽtie. Et omẽs audientes sequentẽ missã debent portare i manu vnam candelã ardentem dum missã audiunt per quinq; dies sequentes et tenere eã in manu per totam missã genibus flexis: et eis mors subitanea nocere non poterit: et hoc est certum et approbatũ in Auinione et in partibus circũuicinis.

Officium.

REcordare dñe testamenti tui et dic angelo percutienti: cesset iam manus tua: vt non desoletur terra: et ne perdas omnẽ aĩam viuã. In tempore pascha. allã. ps Qui regis israel intẽde qui deducis velut ouẽ ioseph.

Or.

DEus qui nõ vis mortẽ sed penitentiam desyderas peccatorũ populũ tuũ q̃s ad te conuerte propicius: vt dũ tibi deuot⁹ existit iracũdie tue ab eo flagella clemẽter amoueas. P dominum nostrũ iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vni

Lectio libri regum ii. xxiiii. capitulo

IN diebus illis: Immisit dñs pestilentiam in israel de mane vsq; ad tempus cõstitutum: et mortui sunt ex populo a dan vsq; bersabee septuaginta milia virorum. Cumq; extendisset manum suã angelus domini super hierusalem: vt disperderet eam / misertus est dominus sup afflictionẽ: et ait angelo pcutienti populum. Sufficit nunc: contine manũ tuã. Erat aũt angelus

domini iuxta areã areuna iebusei. Dixitq; dauid ad dñm: cum vidisset angelum cedentem populum. Ego sũ qui peccaui: et ego inique egi Isti qui oues sũt quid fecerũt: Uertatur obsecro manus tua contra me: et cõtra domũ patris mei. Uenit aũt gad ppheta dñi ad dauid in die illa: et dixit ei. Ascende et constitute altare domino: in aera areuna iebusei. Et ascendit dauid iuxta sermonẽ gad: quem precepe rat ei dñs. Graduale. Misit dñs verbum suũ et sanauit eos et eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur domino mĩe eius et mirabilia eius filijs hoĩm Allelupa. ℣ Saluabo populũ meum in medio hierusalẽ: et ero eis in deũ in veritate et iusticia.

Sequẽtia.

Iubilemus pia mẽte voce corde concinente: trinitatem collaudantes. Patrẽ prolemq; precemur sãctum neuma veneremur: laudis melos cõcrepantes. Oẽs vna proclamemus sũmũ deum imploremus: misereri vt digneř. Cor grauatur mẽs languescit: iã gens meret et plangescit: pestis morsũ dũ vereř. Aura ledit furit pestis: morbus vrit: nulla mestis spes salutis reddiř Mare fluit mixtũ felle: iam tẽpestas iam procelle: plebs vbiq; premitur. Si pro malis irascaris tẽpus est vt reuertaris: pie iesu miserere. Leo lustrãs oues querit nisi pl̃is ouis perit: bone pastor nos tuere. Terra mare firmamẽta q; parẽt elemẽta: tuo facta numine. Mare nouit te calcãtem: dũ te sentit ãbulantẽ factor fertur fluie Cuncta sistunt te iubente nõ mouentur sed repẽte: redditur pacifica Toto nisu tota cura oĩs laudat te factura: o virtus almifica. Auras mitte nobis letas pestes prece procul pelle. Transfer nos ad vite metas: ne nos turbẽt tot procelle. Olim culpa nos ligati: respirãtes cedimus. Corde mesto flagellati: tibi soli credim⁹. Lex antiqua trãsgressores cõuersos eripuit. Tue legis abusores: pie dum corripuit. Joab abner persequẽte: et hũc armis insequẽte: prece datur venia. Joab vitã consecut⁹: nocte viam transit tutus: per montis cacumina. Dauidi pphetico: vita daŕ termino: pro delicto graui. Tersum fugit facinus: dũ fatetur vocibus inquiẽs peccaui. Ezechias reddit fletũ et peccatum est deletum: statim vt penituit. Fletũ fecit et profecit: sibi deus hinc adiecit: annos et constituit. Mitis hester pie mentis: pro salute sue gentis: assuerũ adijt Hic fit salus mardocheo crux equatur amon reo qui suspensus perijt. Uirtus iudith de supernis diua dum illumĩat. Caput aufert holofernis: et captiuos liberat. Mater ergo summi regis: tibi natus christus verus. Uos signauit vmbra legis hester tu: hic assuer⁹. Uirgo natũ intercede vt afflictos liberet. Saluet hos a pestis cede: quos pie redemerat. Uirgo mater maris stella: fõs ortor verbi cella: ne nos pestis aut pcella: pctõres obruant Eya mater terge fletũ tẽpestatis tolle fretum cor mestorũ redde le-

tum: iam preces subueniant. Pro les parcit si poras mater ergo rũpe moras: posce tuũ filium. Aura feda rumpens pestis simul cadãt confermestis: salutis auxiliũ. Nostros tuus ipse nat⁹: tollat penas et reat⁹ nobis prestans cõsolamẽ. Qui regni sẽpiterni vbi ciues sũt sẽni psonem⁹ oẽs. Amẽ. Secũdũ

In illo tẽpore. lucam. iiij. capi. Surgens iesus de synagoga: introiuit in domũ symonis Socrus autem symonis tenebat magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea Et stans super illam: imperauit febri et dimisit illam. Et ꝯtinuo surgẽs: mĩstrabat illis Cum autẽ sol occidisset: omẽs qui habebant infirmos varijs languoribus: ducebant illos ad eũ. At ille singulis manus imponens: curabat eos. Exibant autem demonia: a multis clamantia et dicentia: qr tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant eũ esse christũ. Factã autem die egressus ibat in desertũ locum: et turbe requirebant eũ Et venerunt vsqꝫ ad ipsum: et detinebant eum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Qr et alijs ciuitatibꝫ oportet me euãgelizare: regnũ dei. Quia ideo missu sum. Et erat predicans: in synagogis galilee. Offertorium. Stetit põtifex inter mortuos et viuos habẽs thuribulum aureum in manu sua et offerens incẽsi sacrificium placauit irã domini et cessauit plaga a domo et a populo isrl. In tẽpe pas. allã. Se.

Subueniat domine quesumus plebi tue sacrificij presentis operatio/ que nos ab erroribus et terroribus vniuersis potenter absoluat: et a totius custodiat et defẽdat perditionis incursu. Per dominum nostrum iesum christũ filiũ. Cõmunio. Multitudo languentium et qui vexabantur a spiritibus immundis veniebant ad iesum: quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Postcõio.

Exaudi nos deus salutaris noster/ et intercedẽte beata dei genitrice maria populum tuũ ab iracũdie tue horroribus liberum: et in misericordia tua fac tua largitate securum. Per dominũ no.

Istud euangelium compositũ fuit per dominũ Johannem pa[illegible] xxij. apud auinionẽ [illegible] decessum: suũ pro quo concessit oĩbus illud dicentibus vel audientibus vere confessis et contritis trecentos dies indulgẽtie. Passio domini nostri iesu christi secundum

In illo tempore. iohannem. Apprehendit pylatus iesum: et flagellauit eũ. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt super caput eius: et veste purpurea circundederũt eum: et veniebant ad eum et dicebant. Aue rex iudeorum. Et dabant ei alapas expuentes in eum: et acceperunt arundinem: ꝛ percutiebãt caput eius. Susceperunt autem milites iesũ: et baiulans sibi crucem exiuit in illum locum qui dicitur caluarie: et ibi crucifixerunt eum: et cũ eo alios duos hinc ꝛ inde: mediũ autẽ iesum. Postea autẽ

sciens iesus oia que ventura erāt: dixit. Sitio. Illi autē spongiā plenam aceto ysopo circūponētes obtulerunt ori eius: et cum gustasset noluit bibere: sed dixit. Consūmatū est: et inclinato capite emisit spiritum. Et statim terra cōtremuit: et sol obscuratus est: et velum tēpli scissum est: et petre scisse sūt et monumēta aperta sūt/ et qui dormierant surrexerunt. Que cum vidisset centurio dixit. Uere filius dei erat iste. Tandem vnus militum lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui ista vidit testimoniū perhibuit: et scimus quia verū est testimonium eius. Dominus vobiscū. Oremus.

Domine iesu christe qui manus tuas et pedes tuos: et totum corpus tuū pro nobis peccatoribus in ligno posuisti: et coronam spinarū a iudeis in despectu tui sacratissimi corporis super caput tuū impositam sustinuisti: et quinqz vulnera pro nobis peccatoribus i crucis patibulo passus fuisti: et nos de sacro sanguine tuo redemisti: da nobis q̄s domie hodie et quotidie vsū penitentie/ abstinentie/ et patientie huīlitatis/ castitatie/ lumen/ sensū/ et intellectū: veram scientiam vsqz in finem. Per te iesu christe: saluator mundi rex glorie. Qui cum patre et spiritu sācto viuis et regnas deus Per omnia secula seculorū. Amen. Missa de sctō sebastiano. Offm.

Egregie martyr sebastiane princeps et ppagator sanctissimorū preceptorum ecce nomen tuū in libro vite celestis ascriptum est et memoriale tuum non derelinquetur in secula. ps. Benedicam dominum in omni tempore. Or.

Omnipotens sempiterne deus qui meritis beati sebastiani martyris tui gloriosissimi quādam gñalem pestem epidimie hominibus pestiferam reuocasti: presta supplicibus tuis: vt qui pro simili peste reuocāda ad ipsum sub tui confidentia cōfugerint: ipsius meritis et precibz ab ipsa peste epidimie et ab omni tribulatione liberentur. Per dominū nostrū iesū. Epistola. Beatus vir qui in sapiētia. Graduale. O sancte sebastiane christi athleta gloriosissime qui pro christo reliquisti terrene militie pricipatum et suscepisti magnum supplicium intercede pro nobis ad dñm. ℣. O sancte sebastiane christi martyr egregie cuius meritis tota lombardia fuit liberata a peste mortifera libera nos ab ipa et a maligno hoste allelupa. ℣. O sctē sebastiane nos tremētes ac flentes imploramus tuum clemens auxilium vt possimus obtinere per te pestis mortifere apud christum remedium. In tēpore paschali scdm. Allelupa. O q̄ gloriosum est templum tuum beate sebastiane in quo diuina est promissio et peccatorum remissio splendor et lux perpetua et sine fine leticia.

Omnes vna de Sequentia.
Ocātemus et martyris personemus laudem sebastiani. Hic a deo est elect⁹ per quē morbz est eiectus lāguoris pestiferi. Nā se christo totū vouit q̄ vult nos hūc vene

cari christus eū nunc promouit in patria celesti. Cūctis hic subuenit mestis statim est sedata pestis sui causa meriti. Ipsum si nunc depre cemur nomen quoq venere mur martyris sctissimi. Morbꝫ iste nō nocebit sed mortiferū delebit populum q̄ tenuit. Nos pro nr̄is tā tis malis iam absorbet pestis talis ꝙ tota gens gemuit Sancte mar tyr sebastiane salua nos a morte epidimie. Nostra grauia ob pecca ta terra ista desolata non sit pie q̄s Sed nos considera et in nobis ces sa pestem iā te petim⁹. Ista per te gens sit tuta et ne noceat acuta febris hec in āglia. Ex quo nr̄a spes est tota in te martyr nunc remota sit pestis mortifera. O sancte seba stiane nr̄e gētis anglicane conser uator et tutor sis. Et dn̄m depcare vt a nobis reuocari valeat vesana pestis. Ex tua sctā prece ne sit mor bus nob; nece. Sed recedat ab hac domo. Amē dicat oīs homo. Amē. Euāge. Nisi granū frumē. Offr. Martyr egregie decus militie athleta ti dei ora natum dei vt auertat a nobis in dignationem suam martyr suffragia et funde pia vt epidimia nec sit noxia in hac patria nec in alia per subsidia posce tua nos tibi talia damus p̄conia hic prece pre mia da nobis pia miles eya alleluya.

Subueniat nobis Secreta domine tua mīa intercedē te btō sebastiano martyre tuo / vt ab imminētibus peccator nostro rum periculis: te mereamur pro tegente saluari et suis precibus a peste epidimie et ab omni tribula tione liberari. Per dominum nr̄.

Coīo. Beatus es et bene tibi erit egre gie martyr sebastiane quia cum sanctis gaudebis et cum angelis exultabis i eter num.

Da q̄s domi Postcoīo. ne populo tuo salutem mē tis et corporis: vt interuētu beati sebastiani martyris tui bonis ope ribus inherendo tuo semper mu nere et suor meritor interuentio ne a peste epidimie et ab omni tri bulatione mereamur tua ꝓtectio ne defendi. Per dominum nostrū.

Cōmemoratio scti erasmi marty ris et pōti. Offm̄. Letabitur iustus.

Deus qui sanctam no Orō. bis huius diei leticiam pro commemoratiōe beati martyris tui erasmi atq pontificis fecisti: adesto familie tue precibus et da vt cuius hodie cōmemorationem celebramus: eius meritis et inter cessionibus adiuuemur. Per do. Epl'a. Oīs pontifex. Gr. posuisti. all'a. Gloria et hono. Seque. Orga nicis. S. matheū. Euange. Cir cuibat iesus. Offer. posuisti. Sec.

Intende propicius q̄s domi ne oblata tibi hec munera et deprecatione beati erasmi marty ris tui atq pōtificis in cuius ea cō memoratione deferimus: nos ip sos eadēq sanctifica. Per do. Cō.

Sumpsi Postcō. Magna est. mus domine in sancti mar tyris tui atq pontificis erasmi cō memoratione celestia sacramen ta: cui⁹ suffragijs q̄s largiaris vt qđ temporaliter gerimus: eternis gaudijs consequamur. Per dn̄m.

Missa scti rochi confessoris. Offm
Oratio. Letabitur iustus.

Omnipotens et misericors deus qui meritis et precibus beatissimi rochi cõfessoris tui quandam pestem hominum generalem gratiose reuocasti: presta supplicibus tuis. vt qui pro simili peste reuocanda ad tuam confugiunt fiduciã / ipsius gloriosi confessoris precamine ab ipsa ifirmitate: et ab omni perturbatione liberentur. Per dominũ.

Epistola. Iustũ deduxit. Gradu. Iustus vt palma. allelupa. V. Iustus germinabit. Et flo. Sequẽtia.

In honore saluatoris sancti rochi cõfessoris agatur memoria. Qui de celo prenotatur et ad matrem nunciatur salute angelica. Qui de vẽtre matris natus signo crucis est signat9 quod sinistro patuit Quarta sextaqz feria semel lactans indicia sanctitatis prebuit. Uti mundo qui cũ posset et mundanũ fucum nosset mundus mũdum tenuit Omni spreta re paterna mente tendens in superna oĩa deseruit. Ac post mortem sui p̃ris et decessum sue matris peregre diuertitur. Et ad domos infirmorũ peste dira perpessorum festine ingreditur. Jesum christũ deum clamat signo crucis cunctos sanat sua prouidentia. Ad quem venit vir beatus prorsus fuit hic sanat9 diuina potentia. Ciuitates italie rome longobardie sanat suis precibus. Hospitali placentie percussus pestis silice abiectus e menibz Languens dũ in silua sitit fõtem deus sibi mittit preostensa nebula Paruus canis panes portat a gotardo et reportat cane viro regula Sic vir sanctus confortatur dum gotardo consolatur in valle miserie. Et per angelum sanatur qui a deo mittebatur raphael in nomĩe Postqz in longobardia prouincia angleria ponitur ĩ carcere. Ab angelis fouebatur et de celo letabat̃ visus miro lumine. Rochus ibi vitam finit cui deus dari sinit tabulam per ãgelum. Que diuine scribebatur scriptis auri et ditat̃ manu dei syderum. Nomen rochi infra scriptũ quod a deo fuit dictum vt qui eum decorant. Pestis vlcus depellatur sanitasqz hijs reddatur qui eum cõmemorãt. Tu qui deo es tam carus et in luce valde clar9 sana tuos famulos Et a peste nos defende opem nobis ac impende contra morbi stimulos. Uir tã potens tam beatus cum honore collocatus in celesti curia. Uoto voce veneretur vt per ipsum nobis det̃ christi frui gloria. Amen. Secun

In illo tẽpore: Circuibat dñs iesus ciuitates et castella docens in synagogis eorum et predicans euangelium regni et curans omnẽ languorem et omnem infirmitatem. Uidens autẽ turbas misertus est eis: quia erant vexati et iacentes sicut oues nõ habentes pastorẽ. Tunc dicit discipulis suis. Messis quidẽ multa operarij vero pauci. Rogate ergo dominũ messis / vt mittat operarios in messẽ suam Euntes

autē predicate dicentes q2 appropinquauit regnum celorum infirmos curate/mortuos suscitate/leprosos mūdate/demones eijcite: gratis accepistis gratis date: ecce ego mitto vos sicut oues ī medio luporū. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe. Offertoriū. Veritas mea.

Munera tibi que Secreta. sumus dñe oblata sanctifica/et intercedente pro nobis beato rocho cōfessore tuo per hec omnes scelerū nostrorū placatus maculas absterge: et sanitatē corporis et anime nobis tribue. Per do.

Coio: Magna est. Postcoio. Sumpsimus domine tua sācta beati rochi merita recolentes: presta quesumus. vt eius semper et fideli muniamur auxilio et magnifico proficiamus exēplo. P do.

In cōmemoratione sancti christofori martyr. Offm. Gloria et hono.

Concede quesum9 Oratio. oīpotens et misericicors deus/vt qui beati christofori martyris tui memoriā agimus: ei9 pijs meritis et intercessionibus a morte perpetua subitanea peste fame timore paupertate ⁊ ab omnibus insidijs inimicorum nostrorum liberemur ī terris. Per te iesu christe saluator mūdi rex glorie quem idem christoforus meruit in suis humeris portare. Qui viuis et regnas cū deo patre in vnitate spiritus sancti deus Per oīa secula seculorū. Epistola. Beatus vir qui inuentus est sine macula. Gradu. posuisti. ℣. Desyderium. allelupa. ℣ Letabitur iustus in domino. Sequentia. Organicis: De cōi vnius martyris. Euangelium. Nichil opertum. Offertoriū. Gloria et honore.

Accepta sit in con Secre. spectu tuo domine nostra deuotio et eius nobis fiat supplicatione salutar9 pro cuius cōmemoratione defertur. Coio. Magna est

Sacro mu Postcoio. gloria. nere satiati supplices te domine deprecamur: vt quod debite seruitutis celebramus officio/intercedente beato christoforo martyre tuo saluationis tue sentiam9 augmentū. Per dñm no. Missa de sancto anthonio ꝯfes. Officiū.

Gaudeamus omnes in domino diem festū celebrantes sub honore beati āthonij confessoris tui de cuius cōmemoratione gaudent angeli et collaudant filium dei. ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio.

Deus ps. Gloria patri. Orō. qui concedis obtentu beati anthonij confessoris tui morbidū ignem extigui et membris egris refrigeria prestari: fac nos ipsius meritis a gehenne incendijs liberatos integros mēte et corpore tibi feliciter in gloria presētari. Per

Ecce Lectio libri sapientie. confessor magnus qui in vita sua probatus est et cognitus est in verbis suis fidelis. Quasi stella matutina in medio nebule: et quasi sol refulgēs sic beatus anthoni9 refulsit ī templo dei Quasi arcus

refulgens inter nebulas glie quasi flos rosarum in diebus veris. Quasi lilia in transitu aque: et quasi thus redolens in diebus estatis. Quasi ignis effulgens: et thus ardens in igne. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Quasi oliua pullulans et cypressus in altitudinem se extollens in accipiendo ipsum stolam glorie et vestiri eum consummatione virtutis. Gradua. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Vitam petijt et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Allelupa. V. Felix corpus et felix anima felix virtus sancti anthonij cuius nomen collaudant omnia et verentur gentes et populi flamas ignis orchi incendia mox suffocat victor demonium tua prece laude et gloria nos copulat sanctorum cetui allelupa. V. O anthoni pastor inclite qui cruciatos reficis morbos sanas et destruis ignis calorem extinguis pie pater ad dominum ora pro nobis mise ris.

In hac die Sequentia. Letabunda nostri chori plebs iocunda psallat cum tripudio. Et hac die triumphali laudes vota spiritali persoluat anthonio Hic insigni stirpe natus dono dei decoratus effulsit virtutibus. Antra petit per desertum ne se vicijs insertum mundus fallat opibus. Quo viso serpens antiquus christi seruo inimicus pparat insidias. Cellam subit sine mora et quasi virgo decora sibi dat blandicias. Quo comperto miles fortis inquit cuba fines mortis super his carbonibus. Demon fugit et turbatus mox demonibus stipatus hunc cedit verberibus. Jeiunijs maceratus mundum spnens christo gratus carnis soluit debitum. Quicquid igne trucidatur gehennali liberatur ob ipsius meritum. Nunc exultat laureatus stola vite decoratus in celesti culmine. Thronum summe maiestatis cum spiritibus beatis leto cernit lumine. Pie pater preciose fundepreces copiose summo regi glorie. Pro presenti concione vt in celi regione melos canat glorie. Amen. Euangelium secundum matheum. xix.

In illo tempore: Dixit symon petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te: quid ergo erit nobis: Jesus autem dixit eis. Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut vxorem aut filios aut agros propter nomen meum centuplum accipiet: et vitam eternam possidebit. Offer. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Sacrificium nostrum Secre. quesumus domine benignus intende: quo sicut beati anthonij precibus cruciatus temporales sanare non desinis ita exui misericorditer impetremus ab eternis. Per. Co. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postco.

PRosit nobis domine ad salutē sacri muneris oblatio/ per quā beati anthonij fulti suffragio exemplo ipsius oīa tela nequissima ignea extinguentes sanctorum mereamur adiūgi cōsortio. Per dominū nostrum. Missa de sancto gabriele archangelo. Offi.

GAudeāt omnes fideles de sublimi ministerio gabrielis archāgeli per quē vtriusqꝫ testamenti patribus incarnati verbi sacramentū reuelatum ꝫ et maria virgo celesti credens nūcio mater verbi effecta est. ps. Gaudeant angeli atqꝫ letentur archangeli et congratulentur martyres.

OMīs sēpiterne de9 Oratio qui per gabrielem archāgelum regnis peccati deiectis christi vnigeniti filij tui regnum cum iusticia sēpiterna adduci pphetam docuisti danielem vt consūmetur preuaricatio finem accipiat peccatum et iniquitas deleatur: concede nobis interuentu beate marie matris christi et sui diui nuncij gabrielis archangeli ab omni preuaricatiōe ⁊ peccato mūdari/quatenus deleta omni iniquitate eiusdē vnigeniti filij tui et regni eius participes et coheredes effici mereamur. Per eundē dominum nostrum iesum christum filium tuū.

IN diebꝫ Le. pphē daniel. ix illis. Ecce vir gabriel quem viderā in visione a principio cito volās tetigit me in tempore sacrificij vespertini et docuit me et locutus est michi dixitqꝫ daniel nūc egressus sum vt docerem te et intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Ego autē veni vt indicarem tibi qꝛ vir desyderiorum es. Tu ergo aīaduerte sermonē et ītellige visionem. Septuaginta ebdomades abbreuiate sunt super populum tuū et super vrbem sanctā tuam vt consumet preuaricatio ⁊ finem accipiat peccatum et deleatur iniquitas et adducatur iusticia sempiterna et impleatur visio ⁊ prophetia ⁊ vngat sāctus sctōꝝ. Scito g° et aīaduerte ab exitu sermonis vt iterū edificet hierusalē vsqꝫ ad christū ducē ebdomade septē et ebdomades sexagita due erunt et rursū edificabit platea et muri ī angustia tēporū. Et post ebdomadas sexaginta duas occidet christus et non erit eius populus qui eū negaturus est. Et ciuitatem ⁊ sanctuariū dissipabit populus cū duce venturo et finis eius vastitas ⁊ post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autē pactum multis ebdomada vna et in dimidio ebdomadꝫ deficiet hostia et sacrificiū et in tēplo erit abominatio desolationis et vsqꝫ ad consūmationem ⁊ finem perseuerabit desolatio. Graduale. Cū viderem ego daniel visionem et quandā intelligentiam ecce stetit in conspectu meo quasi species viri et audiui vocem clamātis et dicentis gabriel fac istum intelligere visionem. V. Vere benedictus gabriel archangelus ⁊ omnium iustorum ore laudandus qui timidos et collapsos ī daniele confortat et erigit desperantiū vīa

in zacharia claudit et corda eorum creden-
tium in fide matris christi cum laude ape-
rit nūcia pacis et vite sic omnibus demō-
strat. ℣ Alleluya Inter milia milium et
decies cētena milia gabriel totius huma-
ne salutis nuncius electus est qui filium
hominis suscipientem a deo patre princi-
patum et honorem ostēdit regnūq; eius
in vtero virginis incipere. nunciauit cui
omnes populi tribus et lingue seruient.

Nunc Sequentia. allelupa.

Letetur plebs fidelis recitan-
do gabrielis laudes et p̄conia. Or-
tus manet in splendore missus ve-
nit in amore ferens nobis gaudia
Omis homo omi die gabrielis et
marie petat beneficia. Ex his ma-
nat fons virtutis dulcor vite spes
salutis et diffusa gratia. Hic predi-
xit precursoris ortum nostri redē-
ptoris et multorū gaudia. zacha-
rie nō credentis velle dei mire mē-
tis clausit oris hostia. Dum te vir-
go salutauit in te venit qui purga-
uit multa mūdi crimina. Et nos
reconsiliauit angelus dum cōmu-
tauit tenebras in lumina. Ab ad-
uersis nos euelle sana morbos et
expelle pestes et demonia. Gabriel
qui descendisti cū salute seruos xp̄i
ducas ad celestia. Tractus. Gau-
de maria virgo cūctas hereses tu sola in-
teremisti. ℣. Que gabrielis archangeli
dict' credidisti. ℣. Dū virgo deum et ho-
minem genuisti. ℣. Et post partum vir-
go inuiolata permansisti dei genitrix in-
tercede pro nobis. Euangelium. Se-
cūdum lucam. Missus est āgelus
Offertoriū. Confitebimur tibi domi-
ne deus peccata nostra prosternētes pre-
ces cum daniele propheta in cōspectu tuo
vt veniat nobis vir gabriel archāgelus
qui cito volans sacrificium in vesper mū-
di in vtero virginis ex virtute altissimi
procreandum et per summū pontificem
christum pro omni salute deo patri offe-
rendum longe ante suo ministerio decla-
ratū est nunc de manibus nostris digne
suscipere per eum laude digneris. Sec.

Munera sacrificij nostri que-
sumus domine deus in cor-
pus et sanguinem filij tui benedi-
ctio tua conuertat quem diuinissi-
mus gabriel archangelus de bea-
ta virgine maria nasciturum nū-
ciauit dominū nostrum iesū chri-
stū filiū tuū. Coio. Apparuit autē
angelus stans a dextris altaris incensi et
dixit zacharie. ego sum gabriel qui asto
ante deum et missus sum loqui et euan-
gelizare quoniam in vtero virginis hu-
manitate assumpta inungetur sanctus
sanctorum allelupa. Postcōmunio.

Sacramentum absconditū
a seculis in deo quod gabri-
el archangelus de maria virgine
nasciturum edocuit: et pro nostra
salutari refectione nunc admira-
bili sacramēto relatum vera fide
percepimus: quesumus dn̄e deus
noster. vt intercedēte beata dei ge-
nitrice maria et gabriele archāge-
lo cum principatibus et potestati-
bus in celestibus reuelata tādem
facie videre mereamur. Per do-
minū nostrum iesum christum fi-
liū tuum. Missa compassionis si-
ue lamētationis btē marie. Offiū

Vide domine quoniā tribu-
lor: cōturbatus est venter

meus submersum ꝫ cor meum in
memetipsa quoniam amaritudi-
ne plena sum. ps. Posuit me domin⁹
desolatam tota die merore confectā. Glo
Pietatem tuā Oratio. ria.
quesumus domine iesu cle-
mentissime qui pro nobis peccato-
ribus mortē subiens temporalē nec
proprio corpori nec materno dolo
ri parcere voluisti: presta. vt nos
passionis tue memoriā eiusdemqꝫ
matris tue mesticiā recolētes vobis
cū felicitat eterne sim⁹ participes.
Qui vi. L. hiere. pphē. trenor. ij.
In diebus illis: Dixit hiere-
mias propheta. Cui compa
rabo vel cui assimulabo te virgo fi
lia hierusalem. Cui adequabo te ꝛ
cōsolabor te virgo filia syon. Ma-
gna est enim velut mare cōtritio
tua: quis medebitur tibi. Plause-
runt super te manibus omnes trā
seuntes per viam/sibilauerunt et
mouerūt capita sua super filiam
hierusalem. Aperuerunt super te
os suū omnes inimici tui sibilaue-
runt et frenduerunt dentibus et
dixerunt. En ista est dies quam ex
pectabamus/fecit dn̄s que cogita
uit compleuit sermonē suum quē
preceperat a diebus antiquis. De-
struxit et nō pepercit et letificauit
super te inimicum ꝛ exaltauit cor
nu hostium tuor. Deduc quasi tor
rentem lachrymas per diem ꝛ no
ctem: nō des requiem tibi neqꝫ ta-
ceat pupilla oculi tui. Cōsurge et
lauda in nocte in principio vigilia
rum. Effunde sicut aquam cor tu
um in conspectu domini. Gradu.

Omnes inimici mei audierūt malū me
um letati sunt quoniam tu fecisti quia ī
gemisco ego ꝛ non est qui consoletur me
℣. Multi enim gemitus mei et cor meū
merens quia dominus me posuit ama-
ram. Alleluya. ℣. Ecce positus est hic in
ruinā et in resurrectionem multorum in
israel et in signū cui contradicetur et tu-
am ipsius animam pertrāsibit gladius
In tempore paschali. secundum.
Alleluya. ℣. Omnes inimici eius appre-
henderunt eam inter angustias vnde de
solata est vehementer non habens conso
latorem. Aliud Allā. in eodem. R.
℣. Posuit me dn̄s desolatam tota die me
rore confectam. In tempore quadra
gesimali. Tract⁹. Usquequo do-
mine obliuisceris me ī finem: vsquequo
auertis faciem tuā a me. ℣. Quādiu po
nam cōsilia ī anima mea dolorem in cor
de meo per diem. ℣. Usqꝫ quo exaltabi-
tur inimicus meus super me respice et
exaudi me domine deus meus. ℣sus.
Quoniam tu domine suauis et mitis et
multe misericordie omnibus inuocanti-
bus te. ℣. Intende anime mee et libera
eam propter inimicos meos eripe me. ℣
Et ne auertas faciem tuam a puero tuo
quoniam tribulor velociter exaudi me.
℣. Respice in me et miserere mei da im-
perium puero tuo et saluum fac filium
Meste pa Seqꝫ. ancille tue.
rentis christi marie lachry
mas eya nūc recole plebs agni mi
tis cruore redempta. Qui generis
humani collapsi maculas purpu-
rea lauit in cruce vulnera passus
cruenta. Sputa clauos atqꝫ ludi-
bria spinas tulit et seua verbera.
Mater cernēs tanta supplicia flet

discerpens pect⁹ et vbera Heu me clamat heu me cōgeminat plorās tristis q̄ sepe replicat fili dulcissime cur ista pateris. Cur cōfix⁹ in cruce moreris ac si reus fuisses sceleris cum nichil vnq̄ mali commiseris. Heu me clamans dat alta suspiria dicens cur vita sic durat anxiatur ita moratur mors aut cur michi parcit Que mater vnq̄ que ve puerpera nati dilecti tāta supplicia videre simul et vltra viuere possit. Est ita ne gratia quā sic michi retulisti gabriel dicēs. Aue maria gratia plena. Sunt michi contraria que prius promisisti cū michi nūc pro gratia sunt dolor et pena. Inter omnes mulieres me dixisti benedictam omnes nunc videre possunt me gementē et afflictam. De hoc senex symeō prophetat dicens vt euangelista narrat. Ecce positus est in ruinā tuus iste filius. Et tuam ipsius animā pertransibit gladius. Mater leta concepisti et dolorem non sensisti quādo virgo peperisti tuum vnigenitum. Cū vsura nūc soluisti penas quas tūc euasisti vidēs modo morte tristi mori tuum filiū. Sic stat mater desolata iā nō mater sed orbata dulci suo filio. Plāgit plorat prestolatur quoadusq̄ deponatur corpus de patibulo. O lachrymosus intuitus sedet semimortua parens et extincti funeris in gremio tenet exuuias Omnia pererrat stigmata locaq̄ cruenta clauorum necnon et plagas singulas videt spinoso precicta tempora serto et in latere patentes cordis ianuas. O grauis dolor et gemitus. Nati quondam speciosa mēbra modo liuida tractat mater iter manus teneras. Amplexatur osculatur ora fctā pallida ꝓpter penas atq̄ plagas asperas. Manus extorquens exclamauit fletuq̄ corpus irrigauit stillas vt riuos lachrymās. Uenit tandem ioseph pius corpus inuoluit sindone venit atq̄ nichodemus perfundens illud vnguine. Post in monumento nouo preparabant recondere. Quis potest lachrymas tenere licet corde saxeo et non simul condolere in hoc plāctu virgineo. Qui cum ipsa nescit flere non est ei cōpassio. Qui scrutator scripturarū est videbit feminarum planctus amarissimos. Anna samuelis orat temulenta que dū plorat putatur apud emulos. Uox rachelis vlulantis in rama personuit suos filios plorantis cōsolari noluit. Tristis noemi dolebat seua mortis dū trahebat maritum cum filijs. Annaq̄ thobie flebat quando pater hūc mittebat in rages pro pecunijs. Anna mater samuelis annaq̄ thobie noemi et rachelis si credamus hieremie plorabant cum lachrymis. Sed ad lachrymas amaras virginis marie matris christi crucifixi veriq̄ messie non erat planctus similis. Ergo mater iesu christi ꝓpter penas quas tulisti pro tuo dulci filio des vt tecū hic ploremus et cor nostrū perforemus compassionis gladio Sic o virgo dolorosa fac nos tecū

lachrymosa sẽtire suspiria vt post vitam infelicem habeamus te ductricem ad eterna gaudia. Amen. Euangeliũ. Secundũ iohẽm. xix.

In illo tẽpore: Stabãt iuxta crucem iesu mater eius et soror matris eius maria cleophe et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem et discipulum stãtem quẽ diligebat: dicit matri sue. Mulier/ecce filius tuus Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua Et ex illa hora: accepit eã discipulus in suam. Offertoriũ. Christum cruce mortuum nostros ob defectus mesta mater aspicit pios per affectus et clamauit lacerãs capillos et pectus heu me iacet filius meus hic despectus nuper inter milia qui fuit electus sicut myrrhe fasciculus meus sic dilectus. Sec.

Hostias quesumus omnipotens redemptor in memoriã acerbissime passiõis tue lachrymosiqz doloris: quem pia virgo mestissĩa mater pro tua morte sustinuit tibi sacrandas propicius intuere et presta: vt per eas pietatis et compassionis lachrymas tibi viuo et vero deo cum eadẽ sãctissima matre tua valeamus offerre. Qui viuis. Prefatio. Qui salutẽ. Coĩo. De cruce depositum videns corpus christi mesta mr̃ lachrymas atqz vultu tristi dixit: o dulcissĩe fili quid fecisti ꝙ has penas asperas et mortem subisti. Postcõ.

Redemptor noster atqz saluator eterne deus fragilem facturam tuã nos pietatis oculo respicere digneris et presta: vt ꝗ preciosi corporis et sanguinis tui sacrosancta mysteria pro totius populi salute oblata percepim⁹: per hec ad cõpassionis lachrymas tue ꝗ mestissime matris deuotionem facilius accendamur. Qui viuis.

Sancte barbare virgĩ. et martyrĩ xvj. die decembris. Officium. Loquebar.

Deus cui⁹ Oratio. dilectionem beata barbara omni terreno amore anteposuit: presta quesumus. vt euius martyrij triũphum hodierna die recolimus/eius suffragijs ad celestia regna peruenire possimus. Per dominum. Epistola. Gaudens gaudebo. Gradua. Adiuuabit. Allelupa. ℣. Hec est virgo sapiens. Sequentia Exultemus. Euangeliũ. Simile est regnũ celo. thesauro. Offerto. Filie regum.

Hostiã Secreta. nostre deuotionis tibi domine offerimus quam precibus beate barbare martyris tue acceptabilem maiestati tue esse deposcim⁹ Per dominũ. Coĩo. Principes persecuti sunt.

Ut no- Postcoĩo. bis domine veri corporis et sãguinis filij tui sit fructuosa perceptio: beate barbare martyrĩ tue nos tibi iugiter cõmendet oratio. Per dominum. Nota ꝙ iste tres orationes sequẽtes de passione domini composite fuerũt a papa innocentio [illegible] qui eis concessit mul[illegible]

Domine [illegible] indulgentias. Domine iesu christe fili dei viui qui pro redẽptione nostra nasci et circũcidi voluisti/et a iudeis reprobari/a iuda osculo tradi capi ligari et cum vinculis anne cayphe herodi

pylato offerri: et coram eis illudi colaphis alapis flagellis arundine cedi facie velari et sputo cõspui spinis coronari falsis quoqȝ testibus accusari iudicari et vt agnus innocens tuã crucem ferendo ad victimã duci/clauis perforari felle et aceto potari atqȝ ĩ cruce morte turpissima condẽnari ac lancea vulnerari: tu p has sacratissimas penas ab omibus peccatis et penis nos libera et per sanctam crucem tuã illuc perduc nos miseros peccatores quo perduxisti tecum crucifixum latronẽ sero penitentem.

Secreta.

Auxilientur nobis pie domine iesu christe omnes passiones tue et defendãt nos ab omĩ tribulatione et angustia et ab omĩ dolore et tristicia ab omni periculo et miseria ab omni peccato et cordis immundicia ab omni scandalo et infamia a morbis malis aĩe et corporis: et a morte subitanea et improuisa et ab omni persecutione ĩimicorũ visibiliũ et inuisibilium: scimus enim ꝙ in quacũqȝ hora vel die passiõis tue memoriam habuerimus salui erimus: ideo de immẽsa tua pietate confisi te deprecamur pijssime saluator per benignissimas sanctissimasqȝ passiones vt benigno nos protegas auxilio: et continua pietate ab omni malo nos cõserues. Qui viuis et regnas.

Postcõmu.

Domine deus de deo lumen de lumine qui humanũ genus ex pcepto patris patibulo crucis proprio sanguine redimere dignatus es: te suppliciter exoramꝰ. vt non secundũ peccata nostra facias nobis sed secundũ miam tuã saluos nos fac indignos famulos tuos: tu quoqȝ exurge ĩ adiutoriũ nostrum et esto ibi nobis turris fortitudinis et clipeus inexpugnabilis iusticie a facie tam corporalis ꝙ incorporalis ĩimici: atqȝ ab omni peccato et pena misericorditer nos libera: et ab omni aduersitate corporis et anime clementer nos defende. Qui viuis.

In cõmemoratione sãcte trinitatis sequẽtia.

Benedicta sit beata trinitas deitas eterna pariter coequalis gloria. Deus genitor natus genitus cũ sacro pneumate permanens super omne quod extat Quibus est semper vna voluntas et a se discrepans haud vnꝙ triplicata persona Nã constat deitas vna non in tres deos diuisa quod fides fatetur a christo ortodoxe dedita. Hec nãqȝ pellit delicta patriã cedit serenam quam dulcẽ iubilãt agmina symphoniã celica. Alti throni vestigia imitantur stolis candidata. Operiunturqȝ binas quas captãt post secli discrimina. Et nos quos illustrat gratia dei superã demus nostra debita. Quatenus caterua celica nobis maneat post funera socia. Ultimoqȝ pacto discrimine possimus altis perfrui mox palatijs. Quo pspicua lux flagrat accensa constanti flama que deus est visio nostra et salus eterna Angelorum que illustrat fortiter pectora. Ut ĩ christo solo sua defigãt

lumina Hec namq; est illa sitis fla grans quam tunc sitient aie san ctorum vel corpora. Dum fuerit data perpetua eis pro bonis a iudi ce premia. Amen. In cōmemora tione sancti spūs sequētia.

Veni sancte spūs et emitte celitus lucis tue radium. Veni pa ter pauperū veni dator munerū veni lumen cordium Consolator optime dulc; hospes anime dulce refrigeriū. In labore reqes in estu temperies i fletu solatium. O lux beatissima reple cordis itima tuo rum fideliū. Sine tuo numine ni chil est in lumine nichil est inoxiū. Laua quod est sordidū riga qd est aridum sana quod est sauciū. Fle te quod est rigidū foue qd est frigi dū rege quod est deuiū. Da tuis fi delibus in te cōfidentibus sacrum septenarium. Da virtutis meritū da salutis exitum da perenne gau dium. Amē. Oratio dicenda a sa cerdo. ante missā.

Deus qui de indignis dignos facis & de pctōribus iustos et sctōs et de i mūdis mūdos munda cor et cor pus meū ab omī contagio et sorde pcti et fac me dignū atq; strenuū sctis altaribus tuis ministrū: et cō cede propicius: vt in hoc altari ad quod indignus accedo hostias ac ceptabiles atq; placabiles offerā pietati tue pro peccatis et offensis meis et innumeris quotidianisq; excessibz meis atq; cūctorū simul xpianor culpis abluēdis et per eū sit tibi votū meū acceptabile q se tibi deo patri p nobis obtulit sacri ficiū. Qui viuit et reg. de? per oīa secula sclō. Amē. Orōnes dicēde a sacerd. añ missā.

Dñe non sū dign? vt itres sub tectū meū sed cōfisus de tua pietate ad altare tuū accedo infirmus ad me dicū vite: cecus ad lumē claritatis eterne / egenus ad dñm celi et ter re: nud? ad regem glorie: ouis ad pastorē / figmētum ad suum crea torem / desolatus ad piū consolato rem / miser ad misericordē / crimi nosus ad venie largitorē / impius ad iustificatorē / induratus ad gra tie infusorem / rogās imense mie tue abundantiā quatinus meam digner; sanare infirmitatē / laua re feditatē / illumiare cecitatē / di tare paupertatē / vestire nuditatē: reducere erraneū / consolari deso latū / recōsiliare reum pctōri dare veniam misero idulgentiā crimi noso vitā / mortuo iustificationē: vt te panē angelorū regem regū et dñm dñantium recipere merear ea corporis castitate animi pu ritate ea cordis ɔtritione et lachry marū fonte ea leticia spirituali et celesti gaudio eo timore et tremo re ea reuerentia et honore ea fide et huilitate eo pposito & amore ea deuotione et grār actione qbus oportet & decet ita vt psit michi ad vitā eternā et sit michi in remissio nē oīum pctōrum meor. Amen.

Obsecro te piissime Alia or. dñe iesu christe vt per meri ta btissime virginis marie matris tue et oim sctōr et sanctarū tuar doceas me et pmittas cū tanta cor

dis puritate mētisq3 mundicia cū tanta deuotione et reuerentia ad tam mirabile sacramentū corporis et sanguinis tui accedere quanta decet et expedit anime mee/sentiat benignissime domine iesu christe cor meū dulcedinē beate presentie tue sit totius mei lāguoris spiritalis purgatio sit scelerū meorū absolutio sit michi contra infinita hui9 mūdi picula protectio: gustet nūc aīa mea q̄ suauis es domine vt te gustato omīs ab ea carnalis voluptas discedat: o panis delectabilis o refectio vitalis o esca desyderabilis o epulum perdulce omnia reficiens et nūq̄ deficiēs: angeli et spūs iustor pleno ore te sumūt: placeat tibi domine vt nūc te sumat fideliter aīa mea peccatrix in sua peregrinatione vt a te virtutē recipiens iter suum per te vsq3 ad te perficiat sine īpedimento sathane/mortifica in membris meis et in corde meo oēs stimulos carnis et oēs libidinosas cōmotiones vt tu rex virginum et amator castitatis ī meo tabernaculo quietam habeas mansionē/tu dn̄e nosti quot et quātis fluctibus lesa est aīa mea sed tu dn̄e qui es summus medicus veni et sana eam cui est tradita omīs potestas et īperium per infinita seculor secula. Amē.

Omni Oratio post missam. Omnipotens sempiterne deus cōseruator aīarum mundiq3 redemptor/me famulum tuū āte maiestatem tuā prostratum benignissime respice et hoc sacrificium quod in honore nōis tui pro salute fideliū tam viuor q̄ mortuorū ac etiam pro peccatis et offēsionibz nostris obtuli piissime respice irā tuam amoue a me gratiā et mansiōnē tuā michi concede/ianuā paradisi michi pande ab omnibus malis me potēter eripe et q̄cquid reatu proprio cōmisi indulge: sic in hoc seculo preceptis tuis me fac perseuerare vt dignus efficiar electorū gregi copulari te prestante deus meus cui9 nomē bn̄dictū honor atq3 regnū permanet ī secula seculorū.

Omnibus duplicibus festis per annū siue sit de tpali siue de fes. sctōr dicit vnū istor kyrie. cū suis. V. pro dispositione cātoris: ita tn̄ q̄ in festis maioribus duplicibz dr̄. Deus creator. et ī ceteris duplicibus per ordinem videlicet. Kyrie rex genitor. Kyrie fons. Kyrie omp̄s. Kyrie rex splendēs. Lux et origo. Cuctipotens. Conditor kyrie. Orbis factor. Ita tamē q̄ in die epyphanie et in die penthe. et in festo corporis christi dicitur. Kyrie fons. In festo sancti michaelis in mēse septēbris dicitur. Kyrie rex splendens. cū suis. V. in festo sancti dunstani et sancti michaelis ī mōte tūba dicit. Kyrie rex splendēs. absq3 v̄si. In vtroq3 festo sctē crucis dr̄.

Lux et origo. cū suis v̄sibz.

Deus creator oīum tu theos ymon nostri pie eleysō. Tibi laudes cōiubilātes regum rex christe oramus te eleyson. Laus virtus pax et imperiū cui est sēper sine fine eleysō. Christe rex vnice pris

almi nate coeterne eleyson. Qui
perditum hominē saluasti de mor
te reddens vite eleyson. Ne pere
ant pascue oues tue iesu pastor bo
ne eleyson. Consolator spiritus
supplices ymas te exoramus eley
son. Virtus nostra domine atqꝫ
salus nostra in eternum eleyson.
Sūme deus et vne vite dona no
bis tribue misertus nostriqꝫ tu di-

Kyrie rex ge (gnerꝫ eleyson.
nitor igenite vera essentia
eleyson. Kyrie luminis fons re-
rumqꝫ creditor eleyson. Kyrie q̄
nos tue imaginis signasti specie
elyson. Christe dei forma huma
na particeps eleyson Christe lux
oriens per quem sunt omnia eley
son Christe qui perfecta es sapiē
tia eleyson. Kyrie spiritus viui-
fice vite vis eleyson. Kyrie vtri-
usqꝫ vapor in quo cuncta eleyson
Kyrie expurgator scelerū et lar-
gitor gratie. Quesumus propter
nostras offensas noli nos relinque-
re. O cōsolator dolentis aīe eleysō.

Kyrie fons bonitatꝫ pater in-
genite a quo bona cūcta p̄-
cedūt eleyson. Kyrie qui patri na
tum mundi pro crimine ipsum vt
saluaret misisti eleyson. Kyrie q̄
septiformis dans dona pneuma-
te a quo celū terra replentur eley-
son. Christe vnice dei patris ge-
nite quem de virgine nasciturum
mundo mirifice sancti predixerūt
prophete eleyson Christe agie ce
li cōpos regie melos glorie cui sē-
per astat pro numine angelorum
decantans apex eleyson. Christe
celitus nostris assis precibus pro-
nis mētibus quem in terris deuo-
te colimus ad te iesu clamātes pie
eleyson Kyrie spiritus alme cohe
rens patri natoqꝫ vnius vsye con
sistendo fluens ab vtroqꝫ eleyson.
Kyrie qui baptizato in iordanis
vnda christo effulgens specie co-
lumbina apparuisti eleyson. Ky
rie ignis diuine pectora nostra suc
cende vt digni pariter proclama-
re possumus semper eleyson.

Kyrie omnipotens pater in-
genite nobis miseris eley-
son. Kyrie qui proprio plasmatū
filio redemisti eleyson. Kyrie ado
nay nostra dele crimina plebiqꝫ tue
eleyson. Christe splendor glorie
patrisqꝫ figura substantie eleyson
Christe patris qui mundum pre
cepto saluasti nobis eleysō. Chri-
ste salus hominum vitaqꝫ eterna
angelorum eleyson. Kyrie spiri-
tus paraclite largitor venie nobꝫ
eleyson. Kyrie fons misericor-
die septiformis gratie eleysō. Ky
rie indultor piissime procedens ab
vtroqꝫ. Carismatū dator largis
sime doctor viuifice clemēs eley-

Kyrie rex splendens (son.
celi arce salue iugiter et cle-
mens plebi tue semper eleyson.
Hymnidice quem turme cheru-
bin laude perenniter proclamant
incessanter nobis eleyson. Insi-
gniter caterue precelse et quibus
seraphin respondent te laudantes
nostri eleyson. Christe rex alti-
throne ordines angelorum nouē
quem laudāt incessāter pulchre di

gnare seruis tuis semper eleyson. Christe quem toto orbe vnica ecclia hymnizat sol et luna astra tellus mare cui et famulantur semp eleyson. Ipsi idem inclite patrie perpetue heredes scti omes digno carmine proclamant quouater nobis eleyson. Uirginis pie marie o alma proles rex regum benedicte redeptor cruore mercatis proprio mortis ex potestate semp eleyson. Insignissime ingenite o genite origine iam expers et sine virtute excellens omnia caterue huic tue clemens eleyson. Limpidissime glorie sol iusticie arbiter omes gentes districte dni iudices turme obnixe precamur tunc astanti clementer et ori (mens eleyson.

Ugo lucis sume deus eleyson In cuius nutu cucta constant semper eleyson. Qui solus potes misereri nobis eleyson. Redeptor hominu et salus eor benigne nobis eleyson. Per crucem redempti a morte perenni te exoramus eleyson. Qui es verbu patris sator pietatis lux veritatis eleyson. Paraclite spus sancte deus nobis eleyso Medicina nostra et mia eleyson. Trinitas et vnitas sancta nostri (semper eleyson.

Cunctipotens genitor deus omi creator eleyson. Fons et origo boni pie luxqz perennis eleyson. Saluificet pietas tua nos bone rector eleyso. Christe dei splendor virtus patrisqz sophia eleyson. Plasmatis humani factor lapsi reparator eleyson. Ne tua damnetur iesu factura benigne eleyson. Amborum sacrum spiramen nexus amorqz eleyso. Procedes fomes vite fons purificans vis eleyson. Purgator culpe venie largitor optime. Offensas dele sacro nos munere reple. Spiritus alme eleyson.

Conditor kyrie oium ymas creaturarum eleyson. Tu nostra delens crimina nobis icessater eleyson. Ne sinas perire facturam tuam sed clemens ei eleyson. Christe patris vnice natus de virgine nobis eleyson. Mundum perditu qui tuo sanguine saluasti de morte eleyson. Ad te nuc clamatu preces exaudias pius eleyson. Spiritus alme tua nos reple gratia eleyson. A patre et nato q manas iugiter nobis eleyson. Trinitas scta trina vnitas simul adoranda. Nostrorum scelerum vincula resolue redimens a morte. Omnes proclamamus nunc voce dulcisflua deus eleyson.

Orbis factor rex eterne eleyson. Pietatis fos imense eleyso. Noxas omnes nostras pelle eleyson. Christe qui lux es mundi dator vite eleyson. Arte lesos demonis intuere eleyson. Conseruans te credentes confirmansqz eleyson. Patrem tuum teqz flamen vtrorumqz eleyson. Deum scimus vnum atqz trinum esse eleyson. Clemens nobis assis paraclite vt viuamus in te eleyson.

Sequuntur informationes et cautele obseruande presbytero volenti diuina celebrare.

Prima cautela est vt sacerdos missam celebraturus cõsciẽtiam suam per puram cõfessionẽ optime preparet: sacramentũ vehementer desyderet: et confiteri itendat. Notulam de modo agendi officiũ memoriter et bene sciat Gestus valde compositos ac deuotos habeat. Cum enim quilibet teneatur deum diligere ex toto corde ex tota anima: et ex totis viribus suis: Hic deum diligere nõ probatur: qui in mensa altaris vbi rex regum et dominus oium tractat et sumitur: irreligiosus/indeuot⁹/impudic⁹/distractus/vagus: aut desidios⁹ apparuerit. Attẽdat igitur vnusquisq₃ q̄ ad mensam magnam sedeat. Cogitet qualiter eũ preparari oporteat. Sit cautus et circũspectus. Stet erectus non iacens in altari. Cubitos iũgat lateribus. Manus exaltet: vt extremitates digitorũ modicum super humeros videãtur Intellectũ signis et verbis coaptet: qm̄ magna latẽt in signis maiora in verbis: maxima in intẽtione. Tres digitos iũgat quibus signa faciat: reliquos duos in manu componat. Signa faciat directe non oblique: alte satis/ne calicem euertat. Non circulos pro crucibus. Cum vero inclinandũ erit non oblique sed directe ante altare toto curuatus corpore se inclinet. Secunda est vt non putet: sed certo sciat se debitas materias habere: hoc est panẽ triticeum et vinũ cum aqua modica De vino et aqua poterit sic certificari. Exigat a ministro vt gustet tam vinum q̄ aquam. Ipse autem presbyter gustare non debet. Guttam fundat in manum: digito terat et odoret: sic erit certior. Non credat ãpule signate non colori: quoniam sepius fallũt. Videat calicem ne sit fractus. Consideret vinum: si est acetosum nullo modo celebret Si est acetosum dissimulet. Si nimis aquosum abstineat nisi sciat vinum aque preualere. Et in omni casu si contingat dubitari: vel ꝓpter acedinem vel propter mixturam: vel insipiditatem vtrum possit confici: consulimus abstinere: quia in hoc sacramento nichil sub dubio est agendum: vbi certissime est dicendum Hoc/est/enim/corpus/meum. et Hic/est/enĩ/calix/sanguinis/mei Item oblatas conuenientes eligat: et vinum competenter infundat: quia hoc sacramentum debet sensibus deseruire/ad videndum/tangendum/et gustandum: vt sẽsus reficiatur ex specie: et intellectus ex re cõtenta foueatur. Aqua etiam ĩ paruissima quantitate infundatur: vt a vino absorbeatur: et saporem vini recipiat. Non est enim periculum quantumcunq₃ modicum apponatur de aqua: est autem periculum si multum. Apponitur etiam aqua solũ ad significandum. Sed vna gutta tantũ significat quantum mille. Ideo caueat sacerdos ne cum impetu infundat ne nimis cadat.

Tercia est vt canonem morosi-

us legat q̃ cetera. Et precipue ab illo loco. Qui pridie q̃ pateretur. Tunc enim respirans attendere debet et se totum colligere si prius non potuit singulis verbis intendens. Et dũ dixerit accipite et mãducate ex hoc om̃s respiret et vno spiritu tractim dicat. Hoc ẽ enim corpus meum / sic nõ immiscet se alia cogitatio. Non enim videtur esse rationabile discontinuare formam tam breuem tam arduam: tam efficacẽ cuius tota virtus depẽdet ab vltimo verbo: scilicet meum quod ĩ persona christi dicitur. Unde nõ debet cuilibet verbo pũctus imponi. Cum id nulla ratione valeat vt dicatur. Hoc. est. eni. corpus. meum. Sed totum simul proferat. Pari modo hoc idem in forma consecrationis sanguinis obseruetur. Itẽ proferendo verba cõsecrationis circa quamlibet materiam sacerdos semper intendat conficere id quod christus istituit: et ecclesia facit. Quarta est vt si plures hostias habet consecrare: debet harum vnã eleuare quã sibi deputauerat a principio ad missam: et teneat illam penes alias: ita q̃ visum et intẽtionem ad omnes simul dirigat. Et signando et dicendo. Hoc est enim corpus meum: omnes cogitet quas demonstrat. Cõsulimus quoqz vt canonem presbyter mẽoriter sciat: qz deuotius dicitur: semper tamen liber habeatur: vt ad ipsum memoriter recurratur. Quinta est vt dũ sumat nunq̃ vno haustu calicem sumat ne propter impetum tussis inopinate occurrat: sed bis vel terc aute sumat: vt impedimentum nõ habeat. Si vero plures hostias debet sumere: vt quãdo hostia est renouãda: primo sumat eã quam confecit et sanguinẽ. Post hec alias que supersunt suã prius sumat quã alias quia de suis credit ꝛ scit: de alijs credit et nescit. Demũ desuper ablutiones et nõ prius. Sexta est vt paucorũ noĩbus se astringat ĩ canone nec ꝑpetuo sed q̃ diu velit faciat qñ velit omittat: quia canon de multitudine noĩm prolixatur: et per hoc cogitatio distrahitur. Dignũ tamẽ est: vt pater / mater / frater / soror: ibi noĩetur. Et si qui pro eo cõmendantur: et specialiter pro quibz missa celebratur. Non tamẽ ibi fiat vocalis expressio sed mentalis. Septima est vt ante missam nõ os vel dentes lauet: sed tantum labia exterius ore clauso si ĩdiget. Ne forte aque gustum cũ saliua ĩmittat. Post missã etiam caueat excreationes quantum potest: donec comederit et biberit: ne forte aliquid inter dentes remanserit aut in faucibus: quod excreando eijceretur. Quãuis autem missa deuotissime sit celebrãda contẽplationis causa: est tamẽ modus habendus ne protractiõe nimia vel acceleratiõe fiat homo notabilis. Nam acceleratio signũ est incurie. Protractio est occasio detractionis. Sed medio tutissimus ibit. Eo autem affectu est quelibet missa habenda et dicen-

da a quocunq3 sacerdote: quasi pri
ma dicatur et nūq̄ amplius sit di
cenda: tam magnum enim donū
semper debet esse nouum. Habe
at itaq3 sacerdos diligentiam ad
cōficiendū. Reuerentiam ad tan-
gendum. Et deuotionē ad sumen
dum. Sic sentiendo et agendo di
gne tractabitur sacramētum rite
peragetur officium: atq3 pericula
et scandala euitabuntur. Item
in collectis dicēdis semper impar
numerus obseruetur. Una pro-
pter vnitatem deitatis. Tres pro
pter trinitatē personarum. Quin
q3 propter quinq3pertitam passio
nem christi Septem propter septi
formem gratiam spiritus sancti.
Septenarium numerum excede-
re non licet. Item quandocunq3
oratio dirigitur solum ad patrem
in fine dicatur. Per dominum no
strum iesum christum. Si vero di
rigitur ad patrem et mentio fit fi
lii in ipsa in fine dicatur. Per eun-
dem dn̄m no. iesum christum. Si
autem oratio dirigitur solum ad
filium: in fine dicatur. Qui cū deo
patre et spiritu sancto. Et si men-
tio spiritus sancti i quacunq3 ora-
tione fiat: in fine dicatur: eiusdem
spiritus sancti deus Per omnia.
Incipiunt cautele seruande quid
agendum sit circa defectus vel ca
sus qui oriri possūt in missa et pre
sertim circa cōsecrationem eucha
ristie. Primo quid sit agēdum cū
sacerdos deficit. Si sacerdos de-
ficiat siue moriatur ante canonē:
non est necesse vt alius missam cō
pleat. Si tamē alius vult celebra-
re: debet ab initio missam reincipe
re: et totum rite peragere. Si au-
tem in canone deficiat: factis iam
aliquibus signis: tamen ante trās
substantiationē et cōsecrationem
sacramenti: tunc alius sacerdos
ab illo loco vbi ille dimisit debet re
incipere: et tantum illud supplere
quod obmissum est. Si autem sa
cerdos in actu consecrationis de-
ficiat: verbis aliquibus iam i par-
te prolatis sed in toto non comple
tis: secundum innocētium: alius
sacerdos debet icipere ab illo loco.
Qui pridie. Si itē sacerdos deficiat
cōsecrato corpore sed nō sanguine:
alius sacerdos compleat consecra
tionem sanguinis: incipiens ab il
lo loco. Simili modo. Si cōsecra-
to corpore percipiat vinum nō es-
se in calice: debet hostia munde re
poni in corporali: et calice rite pre
parato incipiat ab illo loco. Simi
li modo. Si ante cōsecrationem
sanguinis percipiat aquam non
esse in calice: debet statim appo-
nere et conficere. Si autem post
consecrationem sanguinis perci-
piat q̄ aqua desit in calice debet ni
chilominus procedere: nec debet
miscere aquā cum sanguine: quia
pro parte sequeretur corruptio sa-
cramenti: debet tamen sacerdos
dolere et puniri. Si post cōsecra-
tionem sanguinis percipiat q̄ vi
nū nō fuerit positū: sed aqua tan-
tum i calice: siquidē hoc pcipit an-
te sumptionē corporis/ debet aquā
deponere et iponere vinum cum

aqua: et resumere cõsecrationem sanguinis ab illo loco. Simili modo. Si percipiat hoc post sumptionem corporis debet apponere de novo aliam hostiã iterum cum sãguine consecrandam: secundum doctores in sacra pagina: debet autem resumere verba consecrationis ab illo loco. Qui pridie: in fine autem iterum debet sumere hostiam illam vltimo cõsecratam: nõ obstante si prius sumpsit aquam et etiam illum sanguinem. Innocentius tamen dicit ꝙ si ex prolongatione sacerdos timet scandalũ ꝙ sufficiũt tantum illa verba per que consecratur sanguis scilicet. Simili modo: et sic sumere sãguinem. Quid autem faciet cũ aquã sumpto corpore iam habet in ore: et iã primo sentit ꝙ sit aqua: vtrũ debeat eam deglutire: vel emittere. Require in sũma hostiensis. in titu. de cele. misse. Tutius tamen est eam deglutire quam emittere: et hoc ideo ne aliqua particula corporis cum aqua exeat. Item si sacerdos post consecrationem recordetur se non esse ieiunum vel commisisse aliquod peccatum vel esse excõmunicatum: debet nichilominus procedere cum proposito satisfaciendi et absolutionem impetrandi. Si autem ante consecrationem recordetur predictorum: tutius est missam inceptam deserere: et absolutionem petere: nisi inde graue scandalum oriatur. Item si musca vel aranea vel aliquid talium ante consecrationẽ in calicem ceciderit vel etiam venenum immissũ fore deprehenderit: vinum debet effundi quod est in calice et abluto calice aliud vinum cũ aqua poni ad consecrandum. Sed si aliquod horum post consecrationẽ acciderit debet musca vel aranea vel aliquid talium caute capi et diligenter inter digitos pluries lauari: et vermis comburi: et ablutio cum cineribꝫ combustis in sacrario reponi. Venenũ autem nullo modo debet sumi: sed cum reliquijs debet sanguis talis cui venenum est immissum in vasculo mundo conseruari. Et ne sacramẽtum maneat imperfectũ: debet calicem denuo rite preparare et resumere consecrationem sãguinis ab isto loco. Simili modo. Et nota ꝙ secundum doctores nichil abominabile sumi debet occasione huius sacramenti. Item si sacerdos non recolit se dixisse aliquod horum que debuit dicere: nõ debet mente turbari: non eni qui multa dicit semper recolit que dixit. Etiam si sibi pro certo constat ꝙ aliqua obmiserit si talia nõ sũt de necessitate sacramẽti: sicut sũt secrete vel aliqua verba canonis: vltra procedat nec aliqđ resumat: Si tamen probabiliter sibi cõstat ꝙ obmisit aliquid: quod sit de necessitate sacramenti sicut forma verborum per quam cõsecratur: omnia verba consecrationis sup suam materiam resumere debet/ quia consecratio facta non esset: quod tamen nõ oportet. si preter-

missa esset. Coniunctio enim vel
alia verba q̄ precedunt vel sequū-
tur formam nō sunt de ipsius sub
stantia. Si autem sacerdos dubi
taret an aliquod verbū pertinens
ad substantiam forme obmisisset
vel nō/nullatenus debet fuare for
mā ꝯditionalē: sed sine temeraria
assertiōe formam totam super su-
am propriam materiam debet re
sumere: cum hac intentione ꝙ si
consecratio esset facta nullo modo
voluisset consecrasse sed si conse-
cratio nō esset facta vellet corpus
et sanguinem consecrare. Item
si quis tempore consecrationis ab
actuali intentione et deuotione di
stractus fuerit: nichilominus con
secrat dummodo intentio habitu
alis in eo remanserit: sūmo sacer-
dote scilicet christo supplente eius
defectum. Si autem per nimiam
distractionem habitualis intētio
cum actuali tolleretur videtur ꝙ
deberet verba cōsecrationis cum
actuali intentione resumere sic ta
men ꝙ nollet consecrare si conse-
cratio facta esset. Item si hostia
consecrata propter frigus vel alia
de causa labitur sacerdoti in cali-
cem siue ante diuisionem hostie si
ue post non debet eam de sangui-
ne extrahere nec aliq̄d propter hoc
reiterare vel immutare circa cele-
brationem sacramenti: sed proce-
dat in signis et ī alijs ac si haberet
eam in manibus. Si eucharistia
ad terram ceciderit: locus vbi iacu
it radatur et incineretur per ignē
et cinis iuxta altare recondatur.

Item si per negligentiam aliq̄d
de sanguine stillauerit super tabu
lam que terre adheret stilla/per sa
cerdotem cum lingua lambatur:
et locus tabule radatur et rasura
igni comburatur: et cinis iuxta al
tare cum reliquijs recondatur et
quadraginta diebus peniteat cui
hoc accidit. Si vero super altare
stillauerit calix: sorbeatur stilla: et
tribus diebus peniteat. Si vero
super lintheū et ad aliud stilla per
uenerit quattuor diebus peniteat
Si vsq; ad tercium: nouem dieb;
peniteat. Si vsq; ad quartum stil
la sanguinis peruenerit vigiti die
bus peniteat et lintheamina que
stilla tetigerit trib; vicibus lauet
sacerdos vel diaconus calice sup-
posito: et ablutio cum reliquijs re
condatur. Item si quis aliquo ca
su gule eucharistiam euomuerit:
vomitus ille debet incinerari et ci
neres iuxta altare debent recondi.
Et si fuerit clericus/monachus/
presbyter/vel diaconus. xl. dieb;
peniteat episcopus. lxx. laicus. xxx
Si vero ex īfirmitate euomuerit:
quinq; dieb; peniteat. Qui vō nō
bn̄ custodit sacramētū: ita ꝙ mus
vel aliud animal comederit. xl. die
bus peniteat. Qui autem perdi-
derit illud: vel pars eius ceciderit
et non fuerit inuēta. xxx. dieb; pe-
niteat. Eadē penitentia videt̃ di-
gnus sacerdos per cuius negligē-
tiam putrescunt hostie cōsecrate.
Dictis autem diebus penitens de
bet ieiunare et a communione et
a celebratione abstinere. Pēsatis

tamen circūstantijs delicti et per-
sone: potest minui vel augeri peni
tentia predicta secundum arbitri
um discreti confessoris Hoc tamē
tenendum est ꝙ vbicunq̄ inueni-
tur species sacramenti integre: re
uerenter sumende sunt: quod si si-
ne periculo fieri non potest sūt ta-
men pro reliquijs reseruande.

Item si hostia vel pars hostie in-
uenta fuerit sub palla vel corpora
li et dubitatur si est consecrata vel
non: debet eam post sumptionem
sanguinis reuerēter sumere vt in
titu. de cele. mis. plenius inuenies

Item circa materiam sāguinis
vide ne sit agresta vel vinum ita
debile ꝙ nullo modo habeat speci-
em vini. Ne sit aqua rubea expres
sa de pāno intincto in vino rubeo.
Ne sit acetum vel vinum om̄ino
corruptum: ne sit claretum vel vi
num de moris aut malogranatis
cōfectum: quia veram speciem vi
ni non retinent. Conficiens cū
vino quod est in via corruptionis
vel ad corruptionem: grauissime
peccat licet conficiat quoniam nō
retinet speciem vini.

Item cauendum est ne appona-
tur nisi modicum de aqua: quia si
tantum poneretur ꝙ speciem vi-
ni tolleret: non conficeretur.

Item si qua hic desunt: requiran
tur in summa et lectura hosti in ti
tu. de cele. missa.

Anno incarnationis dominice
quadringentesimo nonagesimo
septimo supra milesimum die ve-
ro quarta mensis decembris: ope-
ra et industria Magistri Martini
Morin impressoris / Rothomagi
iuxta insignem prioratum sancti
Laudi commorāti / Impensa ve-
ro Johannis richardi mercatoris:
hoc egregium opus sacri missalis
ad vsum famose ac percelebris ec-
clesie sar / nuper instanti ac perui-
gili cura visum / correctum et emē
dati: est palam et in papiro et par
gameno venale facili precio corā
cunctis productum et exhibitum.

1497

Anno Incarnationis
Dominice quadringentesimo

The first Edition (so far as is known) of
this Missal was printed at Rouen
in 1492

¶ Inuentoriū eorum que in hoc missali cōtinentur dominicarū videlicet et festiuitatum sanctorum: atque aliorum officiorum secundum vsum ecclesie Sar. Et primo dn̄icarum.

¶ Tabula festiuitatū sanctorum secundum ordinem me[illegible]ium.

Et primo in Januario.

Februarius.

Martius.

Tabula commemorationum ordinata secundum numerum sequentem commune.





Nos igitur efficientem dicimus esse jus gentiū d. l. offensam sive iniuriam, quæ aliquem ad defen- git d. l. 3. maximè cum sese invicem habeant vt a, vt alterū sine altero esse nō possit. Quodcunq; offensa, erit & in defensione. At offensa æstima- decidente est offensa. Igitur & defensio. Patet nitione defensionis, quę dicitur esse iniurię pro- l. 3. Nec refragatur sententiæ nostræ quod quis iniuria est causa efficiens defensionis, sequetur, unq; sit iniuria, ibi etiam sit defensio. Atqui de- semper est ibi, vbi est iniuria. Non enim omnes iniuriam defendunt. Ergo iniuria nō erit causa. o, non tamen causa efficiens efficit in omni, sed in dæquato. Non enim quodlibet in quodlibet, sed in suum. Et, quandocunq; defensio nō sequitur hoc ipsum non est adscribendum iniuriæ, sed po- so non defendit. Dū omne imprimens imprimat, e imprimentis, sed ratione receptivitatis in reci- habet Scholasticorum illud immotum. Quod cū men illa efficiens non desinit esse causa. Prętereà , quod ex vulgari adferri posset: privativum non efficiens positivi, cū nihil amplius quis dare pos- am quod ipse habet. *l. nemo plus, D. R. I. l. 1. D. of- fic. ejus cui mand. est iurisd.* Atqui offensam esse privativū quid. poterit esse causa defensionis. Respondemus, pri- m, non est causa positivi. Atqui hic privativū so- , cum accedat autoritas & permisso legis. d. l. 3.

dem tantū solisq; repelli potest: maximè cum *d. l. 1. in princ.* requirat etiam dolum, qui in brutis nullus est, vt ex defini- tione doli *in l. 1. paragr. 1. 2. 3. & tot. tit. D. de dol. mal.* evinci- tur; ideoq; nequit verbum *Natura* trahi ad ius naturale, sed ad ius gentiū tantum, præcipuè cum aliæ leges & rationes sint in contrarium. 2. Vult lex defensionem & propulsatio- nem. Defensio autem omnis est legitima, non eo modo, vt quis inferret, nos statuere defensionem legitimam esse, h. e. iuris civilis, sed quia contrarium eius, offensa nimirū est ille- gitima, *d. l.* 3. solisq; tantum est in hominibus. 3. Imò lex il- la de genere tantum loquitur, propulsatione scilicet, nō de eiusdem specie, defensione illa de qua nos loquimur. Secū- dum quam distinctionem statuimus rectè, animalia bruta habere propulsationem, non habere defensionem. Ratio distinctionis est. 1. ipsa *l. 1. paragr.* 27. Deinde, quia quemad- modum animalia bruta in genere conveniunt cum homini- bus, non autem in specie: sic nō ineleganter statuimus, pro- pulsationem quoq; tanquam genus convenire animalibus brutis cum hominibus, non autem speciem. *Præterea*, cum, vt supra abundè deductum, defensio & offensio sint corre- lata, & dato vno remotovè, detur removeaturvè alterum, necessum sit, vt relatum & correlatum sint ejusdem gene- ris & qualitatis, mutuusq; eorundem sit adspectus, vt benè notant logici, & demonstrat *text. parag. ius autem gentium inst. de iur. nat. gent. & civil. l. manumissiones 4. D. de iust. & iur.* Offensio autem est iuris gentium *d. parag. ius autem gentium, ibi bella etenim orta sunt.* Ergo & idem erit in defensione *d. parag. & d. l. 4.* suffragatur & *Livij* [illegible] non exiguè, qui ita iure gentium comparatū esse ait, vt [illegible]

& sceleratiores quique sui ipsius homicidæ flammis se do- nant, aquis præfocant, præcipitio collidunt & pereunt. Hoc Christus non docuit, imò diabolo præcipitium sug- gerenti, redi, inquit, post me Satana. Et *concilium Bracarense. 1. cap. placuit* 23. q. 5. Neq; cum Psalmis, ait, ad sepulturam eorum cadavera deducantur. Multi enim hoc sibi per ig- norātiam vsurpant. Similiter de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus puniuntur. Sed revertamur ad quæstionem, quæ maximè juvatur *l. 4. D. ad leg. Aquil.* duplici ex eadem ra- tione: quia expressè addit, quo jure veniat defensio hæc, nempe gentium, vel, vt ibidem Ictus, naturali ratione. Nec juvat lex hæc sententiam eorum, qui ex ijsdem verbis: *na- turali ratione*: conantur probare, defensionem esse juris na- turalis. Differunt siquidem jus naturale, & ratio naturalis. Illud, attestante imperatore, est hominibus cum brutis, suo tamen modo, vt de hoc alibi, commune. Hæc hominibus tantum. Hinc & jus gentiū definitur naturali ratione, *in l. 1. in pr. D. adquir. rer. dom.* Quarundam, inquit Gaius, rerū do- minium nanciscimur jure gentium, quod ratione naturali inter omnes homines peræquè servatur. Et *l. 2. D. eodem* ad- huc de jure gentium loquens: Quod nullius est, inquit, id ratione naturali occupanti conceditur. Deinde non po- test intelligi de jure naturali propter propositionem le- gis, quæ est: an latronem & insidiatorem liceat occidere? Æstimare autem quem esse latronem & insidiatorem, ho- minis tantum est, non bruti animalis. Accedit, quod natu- ralis ratio sola sit solius iuris gentium causa. *paragr. ius autem civile. 2. inst. iur. nat. gent. & civ.* & quasi formalis & specifica differentia juris naturalis & gentium, est ratio naturalis. Ad- do quoq; *l. 1. paragr. vim vi 27. D. vi & vi armat.* Quæ tamen lex maximè contrariam videtur firmare sententiam, vt in qua categoricè scribatur: *idq; ius natura comparatur.* Sed re- spondemus. 1. Verba esse intelligenda secundum subiectā materiam. Materia autem ibi est, quod agatur de vi & vi armata, quæ à solis hominibus vt inferri ita & natura ab ijs-

dem

sonam privatam. *Leopold. Hakelm. illustr. quæst. disp. lit. a.* distinguit inter personas coniunctas & extrā- ter has, an crimen immineat valdè enorme, an mune. Videamus de *Zoan* & *Obr.* sententia. Mag- eunt, si videat quem jurisdictioni suę subiectum, pati, omninò teneri succurrere: quia ideò magis- cio fungitur, vt saluti subditorum prospiciat *l. potentiores. D. off. præsid.* Sed fatemur esse verū ma- portere hoc facere, quid tamē, hocnè sequetur; Er- hoc nō debēt facere? quod aliquibus est, vt faciāt, id nè cōtinuo est reliquis, ne faciant, prohibitū? Q tantū argumētū hoc valeat, quādo nimirū aliqui imperatur, vt ab alio expressè removeatur, quale teria iurisdictionis merum imperium, in materia regalia? In reliquis autem secus. Ratio differentiæ sitatis est ex ipsa prohibitione speciali, quod exe- adducta probant *l. 1. D. off. ei, cui mand. est iurisd. terpp. quæ sint regalia. in vsib. feud.* Deinde id factum te reipub. cui quidem omnes defensionem deben- tamen magistratus, & qui in specie ad hoc, vt ma- deliguntur. Quod si magistratus hoc efficere, au aut non potest, merito datur locus alteri vnicuiq; consulat. Quod consulere, cum insit etiam def- passim notavimus, meritò vnicuiq; concedendum ipso, dum imperatur & imponitur magistratui, i etiam & imponitur in defectu magistratus, max maximum & irrecuperabile periculum & damn mora, subditis, cum imperate illud respiciat fine salutem scilicet populi & reipubl. Insuper cum aliarum personarum vnicuiq; *d. l. 3. D. inst. & iur.* cessa, imò imperata ab ipsa natura *d. l. 3*, ius autem sit immutabile. *par. sed naturalia. inst. iur. nat. gent. &* quetur id nemini adimi possit, aut demonstrab- trarium sentientes, esse ademptum. Accedit *d. l. 3.* neraliter & de omnibus, adducereq; confirmati